Restituenda est possessio cum omnibus, quæ interim percipi potuissent, de resti. spol c grauis. 448.1

Ad restitutionem nō potest inops compelli propter spoliationem, nisi prius ablata ei restituantur, eo. tit c. olim, lib 2. 449.1. & in nouellis, c. frequens. 223.2

Restituendus est prædo secundum iuris rigorem, & de restitutione prius agendum quam de canonica institutione, de rest. spol c in litteris. 444 2

Restitutionem potest petere Ecclesia post latam sententiam, de in inte. rest c ex litteris. 351.1

Restituta vxore debent omnia bona restitui cum ea. vt l. t non contest. c. accedens 2 407.2

Restitutionem petenti non potest aduersarius crimen opponere, de restitutio. spoliato. capitulo item cum quis. 443.1

Restitutionem petens, quid probare debet, eod. titu.

Cap.

en-

lia, eo tit. c. tua nos 1159.2

Simonia non est dare sua Ecclesiæ, & post petere recipi, nisi intentio sit corrupta petentis, & recipientis. ibid.

Simoniam ex sola intentione committens non tenetur renunciare, vel restituere, eodem tit. cap mandato 1166.2

SYNODO interesse compellantur qui subsunt, de maio. quod super his 307.1

SYNDICVM viri religiosi habeant, de syndico, cap. 1 340.2

SOCIETAS iuramento vallata de communi cõsensu absolui potest, de spons. c. 2 1011.2

SOLVERE non tenetur Ecclesia debita pro ea non contracta, de solu. c. 2 815.2

Ad solutionem antecessoris tenetur successor pro debitis Ecclesiæ, eo. tit. c. 1 ibid.

Solutionem debiti neganti incumbit probatio, eod. tit. c. vlt. 817.1

Ad solutionem expensarum tenetur qui diem non seruat de dolo, & contu. c. cum dilecti 465.2

SORTE electio fieri non debet, de sortileg. c. Ecclesia, 1241.2. & sortilegorum pœna, c. 1 1241.2

SORORES duæ duobus fratribus possunt copulari, de consan. & affin. c. quod super his 1074.1

SPECIALE præceptum plus tenet, quam generale, de hæret. c. si aduersus nos 1187.2

SPIRITVALIA pro temporalibus commutari non possunt, de rerum permut. c. exhibita 805.2

Spiritualia possunt compromitti in arbitros, de præben. c. nisi 737.1

In spiritualibus causis non legum districtione, sed canonum æquitate proceditur, de iura calum. cap litteras 416.2

In spiritualibus causis non recipitur iuramentum calumniæ ibidem

SPOLIANTES naufragos incidunt in canonẽ, de rapto c. excommunicationi 1211.2

Spoliato ob crimen a suo Episcopo prius beneficium restituatur, quam de crimine cognoscatur, de rest. spo. c. conquerente 445.1

Spoliantes testes non admittuntur ad testificandũ, sed spoliati ad oppositum probandum, eodem titulo, cap. 2 442.2

Spoliato si proponatur in modum actionis, non datur restitutio nisi in modum siue in formam exceptionis, de ord. cog. c. cum dilectus 427.2

Spolians tenetur ad restitutionem secundum suam possibilitatem, de resti. spol. c. olim 2 457.1

Super spoliatione conuentus non potest reconueniri ante restitutionem, de ord. cogn. cap. super spoliatione

Spoliato fiat restitutio ante litis ingressum si agitur petitorio, non possessorio, de rest. spo. c. 1 441.2

Tamen debet fieri cognitio causæ a iudice ante restitutionem, de accus. c. si constiterit.

Spoliantes Christianos piratæ sunt excommunicati, de rapt. c. excommunicationi 1211.2

SPONSALIA de futuro soluuntur per sponsalia sequentia de præsenti, de spons. duorum, c. 1. 1040.2

Sponsalia carnali copula sequente intelligitur matrimonium confirmatum, de sponsa capitulo veniens, 2 1018.2

Sponsalia de futuro soluit lepra superueniens, vel alia deturpatio consimilis, de iureiuran. cap. quemadmodum 580.2

Sponsalia de facto, quando inducunt publicæ honestatis iustitiam, de despon. impub. c. litteras 1030.1

Sponsalia de præsenti solui non possunt, quod si sic compellantur redire ad prima vota, de spon. duorum, c. 1 & 2. quia simul stare non possunt 1040.2

Sponsalia ante septennium contrahi possunt, de despon. impub. c. ad dissoluendum 1036.1

Sponsalibus contractis intra annos nubiles non cedant, eod tit. c. de illis, 1032.2. & c. a nobis, 1033.1. & si vnus sit magis adultus, alium expectet ibidem

Sponsalia per vnum facta impediunt contractum cũ omni consanguineo licet matrimonium non consummauerit, eo tit. c. continebatur 1031.2

Sponsalia per vim contracta, etsi sit sponsa traducta, non tenent, eo. tit. ex litteris 1034.2

Sponsam fratris nemo habere potest propter publicæ honestatis iustitiam, de spons. capitulo ad audientiam 1012.2

Sponsa non tenetur sequi sponsum vagabundũ, nec tenetur eum diu expectare, eo. tit. c. de illis 1013.1

Sponsa de præsenti viuente illo alium non potest accere nisi intret alter religionem, de sponsa. duorum, cap 2 1041.1

Sponsa duorum est, quando contrahit cum vno de futuro, cum alio per verba de præsenti, eodem titulo, cap. 1 1040.2

Sponsa duorum in lite nec cum vno nec cum alio contrahere debet quousque quæstio decidatur, eo tit. c. tua fraternitas. 1041.2

Sponsalibus contractis inter puberem & impuberẽ, pubes si per verba de præsenti consenserit, non potest dissentire. sed impubes potest, cum venerit ad ætatem, de despon. impub. c. de illis 1032.2

Sponsalia sunt & non matrimonium quæ fiunt ante annos legitimos, eo. tit. c. tuæ nobis 1037.1

Sponsalia contrahens de præsenti inducendus est cõsummare, eo tit. c. ex litteris 1034.2

Sponsalia de futuro contrahentes possunt separari si volunt, de spons. cap. præterea, tamen religionem alter intrare potest ante copulam, cap. verum, de conuer. coniug. 898.2

Sponsalia conditione honesta apposita non tenent nisi extante conditione, de condi. appo. capitulo de illis 1043.2

Sponsalia possunt contrahi inter absentes per personam interpositam, qui cler. vel vo. c. veniens 1049.1

Sponsalia contrahens, & terram relinquens potest alteri nubere, de spons. c. veniens 1017.1

Sponsalia iurans, vel promittens, & religionem intrare volens prius soluat promissum, eodem tit. cap commissum 1019.1

Post sponsalia contracta cum puella in cunabulis potest quis ducere matrem non obstante publicæ honestatis iustitia, c. litteras, de despon impube. 1030.1

Sponsalibus intra annos nubiles contractis postea non consentiens, potest alteri nubere, eodem tit. cap. ex litteris 1034.2

Sponsalia circa quam ætatem soluuntur, vel consummantur, eo. tit. c. attestationes 1033.2

Sponsalium probatio incumbit viro, de cland. despõ. cap. 1 1011.1

Sponsalia conditione inhonesta contracta sunt tenenda, & conditio fugienda, sed apposita conditio contra substantiam matrimonij, soluit matrimonium de condi. appo. 1042.2. & vlt. 1046.2

In sponsalibus recurrendum est ad communem intelligentiam verborum, cum alter ignorat linguam, de spons. c. ex litteris 1 1013.2

Ad sponsalia consummanda tutius quis mouetur, quam compellatur, eo. tit. c. requisiuit 1019.2

STATVTA Ecclesiæ variari possunt pro tempore, de consag. & affi c. non debet 1075.2

Statuta laicorum super ecclesiastica non valent nisi ab Ecclesia confirmentur, de const. c. quæ in 13.2

Statuentes contra Ecclesiam excommunicentur, nisi reuocent, de sent. excom. c. nouerit 1359.1

SVBDELEGATVS a principe solus valet iterum causam delegare, de appel. c. cum causam 685.2

A subdelegato si fuerit appellatum, delegatus potest procedere si aliquid iurisdictionis sibi retinuit, de off. deleg. c. super quæstionum 154.1

SVBDIACONVS, & diaconus simili gaudent priui-

priuilegio, de seru. non ord c. miramur 212.2

Subdiaconus a Papa ordinatus priuilegium habet, de temp. ord c. cum in distrib. 184.1

Subdiaconus petitus in seruum, vicarium dare potest, de ser. non ord c. miramur 212.2

Subdiaconus potest eligi in Episcopum, & qui habet curam animarum, de æta. ord. c. a multis 194.1. & c. præterea 191.2

SVCCESSOR non obligatur ex contractu in damnum Ecclesiæ ab antecessore facto, de preca. cap 1. 790.1 & de transact. c. veniens 321.1

Successor potest reuocare donationem antecessoris, de dona. c. propter ingratitudinem 824.2

Successor punitur pro culpa antecessoris, & etiam excommunicatur nisi satisfaciat intra certum tempus pro culpa pro qua fuit antecessor excommunicatus, de sequest. poss. & fruct. c. 1. 479.2. Eccle. c. aduersus consules 1002.2

Successionis vitium tollit media persona, de fil. presby. ex transmissa 205.1

SVFFRAGANEVS delegationem Archiepiscopi non tenetur recipere inuitus, de offi ord. c. pastoralis 291.1

SVSPENSVS est quo ad alios cuius peccatum notorium est, de cohabi. cler. c. quæsitum 714.1

Suspensus nec eligi nec eligere potest, de consue. c. cū dilectus 65.2

Item non debet conferre beneficium, de cler. exco. c. si celebrat 1254.2

Item non auferat beneficia, sed superior faciat, de concel. præb. c. quia diuersitatem 760.1

Item si celebret, priuetur officio, & beneficio rigore iuris, de cler. exc. m. c. clerici. 1249.1

Item suspensus est quilibet obligans Ecclesiam pro debitis alienis, de solu. c. si quorundam 815.2

Suspensus est quilibet existens in mortali peccato, de cohab. cler. c. quæsitum 714.1

Suspensus a Papa propter contumaciam recipiens beneficium in suspensione priuetur etiam prius habito, de æta. & qual. c. cum bo. ę memoriæ 193.1

Suspensus est episcopus ordinarius accepto iuramento de non inquietando super promotione, & ordinatus vterque per triennium donec Papa dispenset, de simo. c. si quis ordinauerit 1166.1

Item in forma electionis, vel in personam electam objciens & non probans, per triennium a beneficijs ecclesiasticis est suspensus Inno. de elect. capitulo primo 40.2

Suspensus est iudex ecclesiasticus per vnum mensem ab ingressu Ecclesiæ, qui sine temptis protulit sententiam excommunicationis, & non fruitur irregularis efficit: de qua nisi per Papam dispensatur, de sent. excom. c. cū medicinalis, Inno. in nouel. 478.2

Item de proferente sententiam ex fauore, vel gratia in detrimentum alterius partis, idem dicitur quod de prædictis, Inno. de sen. & re iud. c. 1 lib. 6 152.2

Suspendi debet per triennium clericus clandestinas coniunctiones faciens matrimoniales, vel si eis interest, de clandest. despons. c. cum inhibitio 1038.2

Suspendi debet ab offi io, & beneficio falsans literas capituli, de testib. c. tam litteris 518.2

Suspensionis sententia non ligantur episcopi, & superiores, nisi de eis mentio expressa fiat, Inno. in nouel. de sen. excom. c. quia periculosum 484.2

Suspensus est sacerdos concubinarius quo ad alios, cum in iudicio per sententiam, vel propriam confessionem est condemnatus, de cohabi. cleri. c. 6 711.1

Suspensio, quæ est contra negligentes tantum sic statuta de sex mensibus non currit, nec talibus computatur, nec a susp. nsis, nec de suspenso valet electio. de elect. c. cum inter R. 89.2

Et de concel. præb. c. quia diuersitatem. 760.1

In suspensionis absolutione requiritur iuramentum sicut in excommunicatione de stando mandato Ecclesiæ, de sen excom. c. venerabili 1360.2

Suspensus celebrans est deponendus, de dolo & contum. c. veritatis 469.1

Suspensus est Eps per annum ipso iure clericum alterius diœcesis ordinans sine litteris dimissorijs, Greg. in nouel de temp ord. c. nullus 246.2

Et clerici Episcoporum sic suspensorum possunt sine licentia eorum a vicinis Episcopis, canonice tamen ordinari ibid.

Suspensi sunt prælati per triennium, qui Ecclesias, vel bona immobilia Ecclesiarum supponunt dominio laicorum, vel eos instituendos aduocatos, vel patronos, laici vero qui ad hæc prælatos, vel alias personas p vim vel metum compulerint, cuiuscunque conditionis sint sunt excommunicati, & nihilominus factum est irritum, Greg. de reb. eccles. non alie. c. hoc consultissimo, lib 6 354.2

SVSPECTO non debet causa committi, nec Papa cōmittit ex certa scientia, de off deleg c. causam, 143.2 & de excep. c. cum inter priorem. 595.2

Propter suspicionem iniustam potest dominus reuocare mandatum, de rescrip. c. ex parte 78.1

Ex suspicione potest vxor accusari de adulterio, de adul. c. maritus 1118.1

Suspicionis causa non coram suspecto iudice, sed coram arbitris est probanda, de appel. cap. secundo requiris 66.1

Suspicionis causa de iudice coram quo probanda, de offi dele. suspicionis 273.1

Suspicionis causa non probata iudex procedat, de appel. cum speciali 683.2

Suspicio sola licet vehemens, non cōdemnat, de præsum. c. litteras. 563.1

T

TABELLIONATVS officio non debent vti clerici in sacris ordinibus constituti, ne cleri vel mona c. sicut 1008.1

Tabellio, qui morte præuentus non perfecerit instrumentum, auctoritate ordinarij per alium tabellionem potest nota prioris in formā publicam redigi de fide instr. c. cum P. 557.1

Tabellionatus officium, de prob. c. quoniam contra falsum 494.2

Tempore prior, est in iure prior, de concess præben. c. quia diuersitatem 760.1

Temporis transcursus crimen probat, nec currit tempus nisi a tempore notitiæ, de hæreti. excommunicamus, c. 1 1190.1

TERRAM vnius Ecclesiæ non licet applicare alteri Episcopo, vel Abbati, licet sit dominus ambarum, de reb. eccl. non alie. c. 1 784.1

Terræ nomine continetur regnum, castrum, & villa, de verb. sig. c. cum in partibus. 1371.1

TERGIVERSATIO est deceptio, & sine tergiuersatione notorium dicitur, quod nulla arte celari potest, de cohab. cle. c. vlt. 714.1

TESTES de fama Ecclesiarum sunt cogendi, de test. cog. c. dilectorum, & ibi gl. 541.2

Testes cogi possunt ad testimonium ferendum, sed producti super exceptione dilatoria non debent iterū produci super principali, de testibus, & attest. c. de testibus 514.1

Testes etiam multi possunt adduci, & admitti, eod. tit c. sicut nobis. 503.2

De teste falso & corrupto potest opponi exceptio ante sententiam & post, de prob. c. licet 490.2

Testimonium deponens debet in scripta redigi, vt lit non contest. c. accedens. 405.2

A testibus sunt circunstantiæ subtiliter inquirendæ, de proba. c. licet 490.2

Testes ab vtraque parte producuntur in iudicijs duplicibus. ibid.

Testis

Tran.

LAVS DEO, BEATAEQVE semper Virgini eius Matri Mariæ.

REPERTORIVM VERBORVM

Quæ in Margarita continentur.

Primus numerus paginam, secundus columnam demonstrat.

Exami-

Præsenta-

FINIS.

LAVS DEO, BEATAEQVE ſemper Virgini eius Matri Mariæ.

DECRETALES GREGORII PP. IX

(Books III-V)

Venetiis, Apud Iuntas, 1605

---

preceded by:

Augustinus Caravita, Additiones super Decret.[alibus] . Venetiis, Apud Iuntas, 1604. (pp.48)

Margarita Decretalium. (pp.56)

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶ Quia sup. visum est de iudicijs, & iudices maxime clerici nō debēt esse in peccato, maxime cū iudicant. 3. q. 7. iudicet. ideo post tracta tū iudiciorū subijcitur qualiter clerici debeant se habere in uita & honestate, ut sic vitent omnē maculā peccati. Item potest cōtinuari, ut s. in procemio continuatur. Nam in primo libro dixit de personis & officijs earum. In secundo de actibus hominū in iudicio: restat uidere de actib. hominum extra iudicium tā respectu clericorū q̄ laicorū. Et qa clerici sūt digniores laicis, primo hic tractat in tertio de actibus clericorū: in quarto vero de actib. laicorū. Tractaturus igitur auctor in hoc tertio lib. de actibus clericorum, uoluit p̄mittere istam rubricam de uita & honestate clericorū: qa p̄ omnib. debent clerici uita & honestate fulgere. Et dic quòd verbum, uita, concernit necessaria ad victum clericorum: uerbum autem, honestate, concernit ipsos respectu morum, & sic nihil superfluit.

Cap. 13. ut refert Burchardus li. 3. decre. c. 102. & Iuo. par. 2. c. 137. sed Anto. Augustinus in notis antiquæ cōpilationis, c. 1. eod. tit. ait hoc c. in concilij esse ex concilio Turonensi 2. ca. 4. & uide l. nemo Apostolorum, & ibi glossam, & Doctor. C. de sacros. eccle.

De hac materia habetur 12. q. 1. & 21. q. 4. & 13. dis. c. clerici comam. usque ad finem dist. & ca. his bene ergo. & 3. 41. & 43. & 44. & 86. & 91. & 92. distin. per totum, & de consecra. d. st. 5. nunquam, vsque ad capitulum de spiritu.

VT laici.] Laici ꝑpe altare uel in choro dū officia celebrantur, stare non debent. sed causa orādi ire uel accedere possunt. hoc dicit Tria sunt dicta. Secundum: ibi, Sed pars. Tertium: ibi, Ad orandum. Abb.

CASVS. Dr̄ in hoc capitulo, ꝙ laici non debent sedere in choro inter clericos, quando cantant diuina officia, sed in sancta sanctorum. Nota quòd laici inter clericos sedere non debent. Item ecclesia debet habere duas partes, s. chorum, qui per cancellos diuiditur ab altari, & sancta sanctorū, id est, partem inferiorem ecclesiæ, quæ vulgariter dicitur, nauis ecclesiæ.

¶ al. ita: quæ à cancellis.

a ¶ Vt la. c.] supple, statuimus.

[Glo. seq. reddit causam, & textum fortificat.]

b ¶ Secus altare. Laici enim ibi stare non debent, sed tantum clerici, ut liberius intendant diuinis offitijs. 1 ut de consec. dist. 2. sacerdotum. consecratæ etiam mulieres incensum circa altare portare non debent 23. dis. sacratas, & in c. nō liceat, & de consec. d. st. 1. in sancta. & inf. tit. proxi. c. 1. in fi.

1 Pro laicis qui cantant in ecclesia nō in pulpito arguit Io. 92. dist. non liceat. Ioan. And.

[Glo. seq. cum seq. ponit quadruplex nomē loci inter cancellos: sed in quarto aliqui uariant.]

c ¶ Sed pars illa.] id est, chorus in quo morantur clerici ad cantandum, qui diuiditur ab altari per cancellos, vt patet, per exemplum in ecclesia Bonon. & locus infra cancellos appellatur sacrarium. vnde in sacrati homines ibi sacrata vasa contingere non debent, de consec. distin. 1. in sancta, & appellatur sacrarium diaconium, eo ꝙ diaconus ministrat ibi altari 23. dist. non oportet. dicitur etiam presbyterium. de consecra. dist. 2. sacerdotum.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita & honestate clericorum.

¶ Ex concilio Maguntino. †

¶ Cū celebratur, diuisus esse debet clerus a populo.

CAP. I.

VT laici [a] sec⁹ altare [b] quādo sacra mysteria celebrantur, stare, vel sedere inter clericos non præsumant. Sed pars [c] illa, quæ † cancellis ab altari diuiditur, tantum psallentibus pateat clericis. Ad orandum vero & communicandū laicis & fœminis (sicut mos est [d]) pateant sancta sanctorum. [e]

† Pictauen.

¶ Ex concilio Pictauien. †

CAP. II.

CLerici † arma [f] portātes, & vsurarijs [g] excommunicentur.

† Cap. 2. eod. ti. in 1. cōpila. Vide in Clemen. de excessib. plat.

¶ Ex concilio Maticen. †

† Maticenē.

¶ Presbyter habens populum debet habere clericū, qui secum cantet, & in alijs hic expressis, eum iuuet.

CAP. III.

VT † quisque presbyter, qui plebem [h] regit, clericum habeat, [i] qui nec vsurarij esse debent.

† Burchardus lib. 2. decreta. 56. Iuo part. 6. c. 152. & c. 7. eod. ti. in 1. compil.

d ¶ Sicut mos est.] & ita est hic arg. pro consuetudine.

e ¶ Sācta sanctorū.] ī qua summus sacerdos intrabat: sed hodie laici, & feminæ ad orandū & cōicandum tantum p̄nt intrare. Alij exponunt, sancta, id est, maior pars ecclesiæ, siue corpus.

ADDITIO Quæ pars dicitur nauis ecclesiæ à vulgaribus.

CLerici.] pro summario nota, ꝙ armorū delatio clericis est inhibita, in tm̄ quòd ꝯtra facientes grauiter peccant, hoc colligit ex eo, q a tale delictum est excommunicatione dignum ut hic, sed excommunicatio non infertur nisi pro graui crimine, ut in cap. nullus, & in c. nemo. 11. q. 3. Abbas.

CASVS patet. Nota quòd clerici arma portare non debent:

f ¶ Clerici arma.] clerici arma portare non debent. 23. q. vlt. clerici, & c. quicunque, sine iusta causa. 2. Iustam causam intellige, si per loca periculosa transitū faciāt, tunc possunt portare arma ad terrorē latronum, licet ꝑcutere nō debeāt arg. 23. q. 3. Maximianus, aliter portare nō debent: si tertio admoniti non destiterint, perdunt priuilegium illius canonis. 17. q. 4. si quis suadente. & ī. de sen. excom. in audientia, & c. contingit.

2 Concord. text. in auth. statuimus, cū not. C. de epis. & cleri. & Bald. in eo. c. d. de pate. c. si clericus.

[Glo. seq. differētiam ponit, a qua in fine recedit.]

g ¶ Vsurarij.] hoc intellige 3 de laicis, qui sunt excōicādi nisi restituāt usuras. ī. de vsur. ꝓterea, & clerici ab officio & b̄nficio suspēdēdi, ut ibi dr̄, & repellēdi sunt ēt à dignitatibus ī. de exce. pla. inter dilectos, & ēt deponi debent si de hoc cōuincant. 47. dis. quoniam multi, & nihilominus excōicandi sunt, si eas nō restituant.

3 Secūdum Tanc. & Vincen. Io. And.

VT quisque.] CASVS. Statutum fuit in concilio Maticen. ꝙ quilibet rector ecclesiæ habeat clericū qui secum cantet, & epistolā & lectionem legat, & qui possit docere pueros, & parochianos suos monere, ut mittant filios suos ad discendam fidem catholicam, id est, Credo in Deum: quos ipse doceat diligenter. nota ꝙ ex hac dec. quòd duo ad min⁹ debēt esse in ecclesia. Itē nota ꝙ solus p̄sbyter non debet diuina officia celebrare. Itē nota, quod sacerdotis interest docere parochianos suos symbolum, & eos inuitare ad fidem.

h ¶ Plebem.] i. populum: quæcunque sit ecclesia, siue plebs, siue capella, ut s. de filijs p̄sbyterorū, proposuit.

[Glo. seq. arguit.]

i ¶ Clericum habeat.] arg. quòd ecclesia dedicari non dēt, nisi dos pro duob. ad minus sufficiat clericis. 1. q. 1. placuit, & de conse. dis. 1. nemo.

ADDITIO. De hoc ut ī. de conse. eccl. uel alta. cap. cum sit. in glo. nec etiam.

[Gl. seq. signat ꝯtrariū, & soluit, demū q̄rit, & soluit.]

P. IV.

secum cantet: & epistolam [a] & lectioné legat: & qui possit scholas [b] tenere, & admonere suos parochianos, vt filios suos ad fidem [c] discendã mittant ad ecclesiam: quos ipse cum oĩ castitate erudiat.

¶ Gregorius nonus. †

CAP. IIII.

Siquis† ex clericis [d] comam relaxauerit, [e] anathema sit. † [f]

¶ Ex concilio carthagin. †

CAP. V.

Clericus neque comã nutriat [g], neq; barbã.

¶ Ex concilio Triburien.

¶ Clericus non professus nec in sacris existens potest vxorem ducere, sed iterum tondebitur, si vult gaudere priuilegio clericali, vel dispensatiue tenere beneficium. h. d. secundum modum, qui est magis consentaneus litera, secundum quem ponit vnum casum dumtaxat.

CAP. VI.

Clericus † si tonsura dimissa vxorem acceperit, qui quidé sit sine gradu, [h] nec monasterio a parentibus traditus, [i] vxoré permittatur habere, & iterum tondeatur, [k] nec in vita sua vxorem dimittere audeat.

¶ Alexan. iij. Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ Clericus debet tonsurã deferre, & si nõ vult, potest inuitus a suo superiore tõderi.

CAP. VII.

Clericus † : & infra. ¶ Clerici qui comam nutriunt [& barbam] †] etiam inuiti [l] a suis archidiaconi tondeantur.

¶ Idem in concilio Lateranen. †

¶ Frequẽtãs monasteria monialiũ, & monitus non desistẽs, si clericus est, deponitur, si laicus, excommunicatur.

CAP. VIII.

Monasteria sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta & rationabili [m] causa frequẽtare [n] præsumpserit,

---

a ¶ Epistolam.] sic acolytus debet legere epistolam. ↄtra 34. dis. si subdiaconus. hoc intellige in necessitate, in ecc esijs illis, ubi non sunt subdiaconi, alias intellige secundũ illud 49. dis. qm̃ videmus. Nec diaconus ét epistolam legere debet, quia uidetur ab ordine suo recedere 1 74. dist. si qui clerici. arg de consẽ. dist. 1. c. 1. & 2. in fin. & 92. dist. ꝑn sancta. Sed pone ꝙ ibi non sit subdiaconus, sed presbyter diaconus, & acolythus: q̃s dicet epistolã? Acolythus & diaconus dicat Euangeliũ, qđ est eius officiũ: sed acolythus si dicat ꝓphetiam, diaconus dicat epistolam. Vin.

b ¶ Scolas.] docendo pueros Psalteriũ, & cantare.

c ¶ Ad fidem:] idest, Symbolũ id est, Credo in Deum patrem: quod antiquitus ante baptismũ didicerãt baptizãdi. de con se. dist. 3. ante viginti. & 10. q. 1. placuit.

Si quis ex clericis. CASVS. Dicitur in hoc capit. ꝙ si aliquis ex clericis comam relaxauerit, scilicet in contemptum ecclesię, anathema sit. Nota, ꝙ clericus qui comã nutrit, ex communicandus est.

d ¶ Si quis ex clericis.] istud cap. habes 34 dist. si quis ex clericis.

[Gloss. seq. casum excipit, & ponit versus.]

e ¶ Relaxauerit.] habitũ semel susceptũ nõ debet dimittere. 20. q. 3. proclinis. nisi ex iusta causa. inf. eo clerici, vnde cum quidam reprehenderetur à Papa, respondit.

Tutius vt peterem laici sub imagine Romam,
Fas fuit vt sinerem luxuriare comam. Ber.

f ¶ Anathema sit.] i fiat. non. n. est excõicatus ipso iure. 30. dist. qua per totum.

Clericus.] CASVS patet. Nota, ꝙ clericus comã, nec barbam nutrire debet, nisi ex iusta causa. i. ex timore.

g ¶ Nutriat.] ex iusta cã, ut dictum est in prox. c. & ĩ. eo clerici. immo detonso capite & patentib. auribus incedere debet. 2. 23. dist. non liceat 2.

Clericus.] Legi potest hoc cap. sic, quod principium & finis ponant vnum casum, medium alium, & secundum hunc intellectum. h d. Si clericus non in sacris contrahat matrimonium, vxorem non dimittat; & si professus contrahat, separabitur ab vxore, iterum tondebitur. Abb. CASVS. aliquis clericus, qui non est in sacro ordine, nec est professus aliquam religionem, accepit vxorem, & dimisit tonsuram: quæsitum est in concilio Triburieñ. quid sit de isto clerico faciendum? statuit concilium, quod vxoré retineat. & iterũ tondeatur, nec in uitã sua eã dimittat. Nota quòd clericus coniugatus dẽt portare coronam.

h ¶ Sine gradu.] sacro. sim. 32. dist. si quis eorum.

i ¶ Traditus.] si. n. traditus fuisset ita ꝙ monachus esset, non posset hr̃e vxorem, quam postmodũ accepisset, alias nõ prohibetur redire ad sæculum. ĩ. de reg. & trãs ad reli. cum simus. & 20. q. 1. quã progenitores. & 32. di. placuit, & c. seriati. & c si q. uero.

[Glo. seq. signat ↄtrariũ, & remittit.]

K ¶ Tondeatur.] ar. est hic ꝙ clericus cõiugatus dẽt portare coronã. argu. ad hoc. 20. q. 3. eos qui. & c. ꝓclius. Sed arg. contra. ĩ. de cleri. ↄiuga. Ioannes, vbi de hoc.

Cleric⁹.] Capitulum istud ponitur 23 dist. clerici, & est pars illius inf. ne cleri. vel mo. c. clericis. Bernar.

CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ clerici, qui comã nutrierint, tondeantur ab archidiaconibus suis etiã inuiti. Nota quod clerici tonsuram portare debent.

[Glo. seq. duo elicit argumenta.]

l ¶ Inuiti.] argum. ꝙ aliquis cogendus est ad bonũ, & ad id ꝑcipue quod iam suscepit. 45. dis de Iudæis. i fi. & ĩ. de bap. & ei⁹ effect. maiores, versus finé, alias nemo debet cõpelli ad bonum, ut. ibi dr̃, & 23. q. 5. ad finem. Itẽ argu. beneficia conferuntur in inuitos. 45. dist. & qui emendat. & 23. quæst. 5. non vos circa me. & q. 4 displicet. & 74. dist. placuit, & c contuluit.

Monasteria.] CASVS. Quidã clerici monasteria monaliũ nimis frequentabant: statuit Laterañ. ↄcilii, ꝙ sine manifesta & rõnabili cã ulterius frequentare non ꝓsumãt, qđ si fecerint, ꝑ epm̃ arceantur: & si non destiterint, ab officio suspendãtur: si laici fuerint, excõicentur. No. ꝙ cum aliquis facit contra prohibitionem canonis, non sufficit ad hoc ꝙ excusetur cã rõnabili, nisi sit manifesta. Item hoc verbum, frequentare, in uitium [illegible] crimen propter quod excommunicatur laicus, deponit clericum.

m ¶ Rationabili.] 18 q. 2 perniciosum, & c. diffinim⁹, & 91. dist. clericus, nec sufficit causa rationabilis, nisi sit manifesta, vt hic videtur.

ADDITIO. Et argum 11. q. 3. non sunt, & 12 q. 1. nolo.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

n ¶ Frequentare.] Solam frequentiam reprobare uidetur: sed frequentia videtur ex duabus uicib 2 [illegible] q. 2. ita nos. argum opt. 26. distin. vna tantum nec repetita: quia remissionem uenia crimina, nisi semel commissa non

---

1 Hoc nõ ꝓbant iura se. nec approbat consuetudo, secũdũ Host. Si præsbyter dicat Euãgeliũ, nunquid vtet stola ut diaconus, s. super sinistrũ humerũ tm̃ vt 25. di. unũ nor 23. dist. ecclesiastica Ioan. And.

† In pluribus antiq̃s deest vox, nonus.

† Cap. 3. eod. ti. in 1. comp.

† Concilium Carthaginẽse 4. c. 44.

† Burchard⁹ lib 8. decre. cap 79. Iuo. pa. 7. ca. 115. & c 6 eo. tit. in 1. compila.

2 Et quid significet rasio capitis, habes 11. q. 1. duo sunt, secundũ Phil. & Gof. & dicam secũdũ Host. ĩ. eod. clerici, vers. coronã. Io. And.

3 Sano modo hoc intelligas, videlicet non prohibetur redire ad sæculũ ante professionem emissam, & ita loquuntur, & intelligũtur iura hic citata.

† Cap. 6. tit. ne clerici vel monachi. in 1. compila.

† Hæc duo verba, & barbã, desunt in oib. manuscriptis.

† Concilium Lateran. sub Alex. iij cap. 11. & c. 8. eo. ti. in 1. compilat.

-sa non habent. C. de epis. audi. l. 3. sic ergo vltra vnam vicem sine monitione & rationabili causa, nullus illuc ire debet, quia statim malum præsumitur.

a ¶ Non destiterit] Arg. quod admonitio semper præcedere debet vindictã, vt se corrigat quis ante quam puniatur. 12. q. 2. indigne.

Q Voniam.] Tria sunt dicta. Secundum ibi, Si qui. Tertium: ibi, Indulgemus. Abbas.

CASVS. Quia tot clerici instituebãtur in ecclesijs, quod honeste de bonis ipsorum non poterant commode sustentari: statuit Gre. 7. vt secundũ facultates ecclesiarum, consideratis expensis, certus numerus clericorũ statuatur in eis, & bona clericorum veniãt in cõi, & in vna domo comedãt, & dormiãt sub vno tecto: & si q. cõtra hoc statutũ facere præsumpserint, per suspẽsionẽ officij & beneficij ad hoc cõpellantur, & etiã si opus fuerit grauius puniantur. secundo dicit, quod si aliquis eorum, qui simul viuũt manus violentas in sociũ miserit, indulget Papa prælatis eorũ potestatẽ, absoluẽdi eos, & pęnitentiã imponendi: nisi forte atrocitas facti grauiorem pœnam exigat. Nota, ex hac decretali, quod secundum facultatẽ ecclesiarũ clerici sunt instituendi in eis. Itẽ canonici regulares de iure cõi debent cõiter viuere. Item cum regularis verberat regularem, prælatus eius potest eum absoluere, nisi delictum sit enorme.

per episcopum† arceatur: & si non destiterit [a], ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Si laici, excommunicationi subdantur †, & cœtu fidelium fiant penitus alieni.

¶ Gregorius septimus †.

¶ *Episcopus potest statuere in ecclesia certum numerum clericorum, secundum ipsius facultates qui viuant in communi, & contradictores ad hoc compellere, & istos in communi viuentes potest absoluere ab excommunicatione incursa, propter iniectionem manuum in socium.*

CAP. IX.

QVoniam† (vt ait scriptura) & infra. ¶ Statuimus, vt facultatibus ecclesiarum vestrarum, prouentibus † & expensis [b] diligẽter inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum clericorum & statuere vt bona eorum veniant in commune: in vna domo [c] vescantur, atque sub vno tecto dormiant & quiescãt. ¶ Si qui vero contradictores extiterint, licitum nobis sit per suspensionem officij & beneficij, aut grauiori etiam pœna, si opus fuerit, ad hanc obseruantiam eos appellatione compellere non obstante. ¶ Indulgemus etiam, vt si quibusdam eorum, qui simul viuunt [d], pro manus † iniectione in sociũ, à communione meruerit fieri alienus reconciliandi & pœnitentiam imponendi, potestatem plenariam habeatis: nisi forte atrocitas [e] facti pœnã grauiorem expectet. †

¶ Innocentius tertius.

¶ *Ecclesiastici iudices & delegati gratis iudicare debẽt, nec exigere possunt decimã vel aliam quotã litis, etiam sic hoc habeat consuetudo.*

CAP. X.

CVm † ab omni specie mali præcipiat Apo-

quia tua. & 32. dist. si qui vero. Solu. quod dr̃ hic. & in concor signatis, ius cõe est, & honestũ esset, & seruaretur: sed derogat huic iuri per contrariã consuetudinẽ, quã Papa scit & tolerat. Capitula cõtraria loquunt̃ secundum antiqua tẽpora, de quibusdã clericis cõiugatis, qui debent̃ beneficia extra cõsortium aliorũ, potius de gratia quàm de iure: quia de nouo cõuersi fuerãt, & loquitur in vtroq; capitulo de epõ Anglorum. sic 35. q. 3. quædam lex. & c. quod scripsi. Si vis intelligere capitulũ istud de regularibus, planum esset: quia non dicitur hic de quibus loquatur: & hoc videt̃ ex eo quod dr̃ inf. indulgemus, vt si quisquam eorum qui simul, &c. qui simul in eod. refectorio comedere, & dormitorio dormire debet. inf. de sta. reg. cum ad monasterium.

Glo. seq. reci. per q. de quibus clericis hoc intelligatur.]

d ¶ Qui simul viuunt.] ex hoc videtur, quod loquatur hoc capitulum de regularibus, qui simul viuunt & dormiunt, quibus tamen cõcessum est vt à suis prælatis absolui possint. inf. de sent. excõ. monachi. & c. cũ illorum. & hoc idem priuilegium concessum est Hospitalarijs Hierosolymitanis, vt per suum Priorẽ, qui sacerdos est absoluantur. j. de sen. excõ. ca nonica. Alij vero pręlati sæculariũ ecclesiarum hoc priuilegiũ non habent: quia cũ regularibus tm̃ cõcedatur, vt patet per iura prædicta, alijs denegatur 25. dist. qualis. & arg. sup. de præsum c nonne. & ff. de iud. cum prætor. Non enim quod vni personæ per priuilegium sigillatim conceditur, alijs conuenit denegari. 16. q. 1. hinc est etiam, in fi. & 7. q. 1 peristi. Omnibus enim illud beneficium est prohibitũ, nisi specialiter sit concessum & sic intelligitur hoc capitulum tantum de regularibus. Ber.

Glo. seq. no. triplicis expensæ rationem habendam, & de residuo numerum taxandum alleg. 5. concord.]

b ¶ Et expensis.] Istud notabile est, quod in facultatib. æstimandis habenda est ratio expensarum 1 quę sint in hospitalitate, ad quam tenentur ecclesiæ. Itẽ in episcopalibus persoluendis inf. de præb. de monachis, & recipere nũcios & legatos Apostolicæ sedis, sup. de cẽsi. cum instantia. & arg. ad hoc. 2. q. 5. nobilis. Illi enim fructus æstimandi sunt, qui supersunt deductis expensis. C. de fru. & li. expen. l. 1. 2 & ita tot sunt ponẽdi in ecclesijs quot ex fructibus illis possint honeste sustentari, vt hic euidenter patet. & inf de insti. c 1. & c auctoritate & inf. de concess. præb. ex parte. in fi. & sup. de const. cum M. Ferrarien. & inf. de verb. signi. ca. vlti. & hæc exceptio legitima est, cũ facultates non sufficiunt, siue 3 sint distinctæ præbendæ in ecclesia, siue non.

[Gl. seq alle. tres canones pro, & duos contra quos dupliciter soluit.]

c ¶ In vna domo.] sic 32. dist. præter hoc, & de concess. dist. 6. in omnib. & 12. q. 1. necessaria. arg. cõtra. 12. q. 1.

e ¶ Atrocitas.] hoc semper excipitur, inf. de sent. excõ. cum illorum.

CVm ab.] Primo reprehẽdit auaritiam iudicum. Secundo ponit reprehensionis causam. Tertio cõcludit iustitiam. partes patent. Abbas.

CASVS. Quidam iudices à sede Apostolica delegati faciebãt pactũ cũ litigantibus super decima parte litis, vel etiam alia, secundũ consuetudinẽ loci, more sæcularium, recipiẽtes de hoc pignora pro salario præter expensas victualium, non considerantes quod ecclesiastici reditus ad hoc sint eis deputati, vt inde honeste viuãt: peruenit, hoc ad notitiã dñi Papę, vñ mãdat quod de cetero ab his indebitis exactionib. dẽant abstinere, & gratus

† al. ita: ab episcopo arceatur.

† Vide l. nemo. C. de epis. aud. & l. 1. cũ gl. §. Iulianus. ff. de iti. actu. priua.

† nonus, octauus. quartus. tertius. Sed vt plurimum legitur octauus, tam in vetustissimis, quàm in recẽtioribus.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compilat. confert conciliũ Toletanũ 4. c. 23 refert. Gratianus. 12. q. c. 1

† al. ita atq; prouentibus. &c.

1 Cõcor. tex. in l. 4. cũ glo. ff. vbi pupil. edu. deb.

2 Hoc fructuum noĩe continetur, quod iustis sũptibus deductis superest. Ioan. And.

3 al. ita. siue sit distinctus numerus canonicorum, siue non.

† manuum.

† exposcas.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compil.

Et quibus personis sint causæ ecclesiasticæ committendæ. vide conciliũ Tridẽ. sessio. 25. de reformat. c. 10.

tis iudicium suū litigantibus debeāt impertiri, eo non obstante, quòd quidā dicebant, ꝙ illud faciebāt nomine assessorum: cum non liceat iustum iudicium vēdere, & venales s̄niæ sæcularibus legibus improbentur. Nota ex hac decretali, ꝙ nō solū à malo, sed ab omni specie mali abstinendum est. Itē expensæ pn̄t petiā delegatis, & hoc intellige cum proficiscuntur extra domicilū suū, cum expensę hic nō reprobentur. Itē delegati, quibus beneficia sua sufficiunt, salariū accipere nō debent, & multo minus ordinarij, sed gratis reddere debent iudiciū, item venales s̄niæ non valent, ita quod appellare non est necesse.

in auth. de man. prin. §. si tibi quoque. coll. 3. Ordinarius autem nunquā debet habere expensas. nam ideo stipēdia sunt ei constituta 23. q. 1. militare. immo & cū de mandato principis ab alia in prouinciā ꝓficiscitur, debet expendere illa, quæ domi expēderet. in authen. de man. prin. §. illud tñ. coll. 3. qn̄q; tñ ordinarius recipit expensas cū ecclesiā consecrat. inf. de simo. cū sit Romana, & cum visitat prouinciā suā inf. de cēsi. cum Apostolus, & c. sopitæ & c. cū nup. Itē si ordinarius dat delegatū, tunc ordinarius dēt ei facere expensas, s. de [?] ord. inter cęte ra. licet quidā cō rariū faciāt 4 qđ tñ facere nō debent. vnde posset ab eis repeti tamq̄ indebitū. ar. j. de magi. prohibeas. & inf. de cēsi. ꝓcuratores, in fi. & 18. dist. quoniam & cap. seq.

1. Thes. 5.

† In codice Barbatiæ ita: more sęcularium iudicum.

† Vide l. 3. ff. quod cuiusque vni. & in l. quæ onerādæ. ff. de opti. legata.

1 Host. dicit ꝙ redimere vexati- nē nō est malū, nec species mali. 22. q. 4. q pec cat. ca. nō ille ad hoc indu- cit ad ꝓium, qa dās repetit ꝓ solu. vide quod ibi no. & 11. q. 3. qui recte. Io. And.

2 Ciuilis fori: quia in ecclesiastico spor tulæ non debentur. super quo vide qđ no. de pl⁹ pe. t. c. vnico, super glo. pen. Ioan. And.

Adde. oīno Romanū singul. 183. incipi. Tuscis. & quæ not. li. 3. comment. in Directo. inq fit. Scho. 148.

3 In esculentis & poculētis tm̄. quod dic vt inf. de rescri. statutum. §. insu p. li. 6. Io. And.

stolus abstinere [a]: & infra. ¶ Sane ad audientiam Apostolatus nostri peruenit, quod cum ex delegatione nostra causas suscipitis pertractandas: more † sęcularium [b] super decima litis vel parte alia, pro diuersa terrarum cōsuetudine præter expensas [c] victualium cum litigantibus receptis pignoribus pro salario conuenitis. ¶ Nos attendentes qđ ab hoc vobis & alijs clericis sint ecclesiastici reditus deputati, vt ex ipsis honeste viuere debeatis: & infra. Ideoq; mādamus, quatenus ab huiusmodi exactionibus de cætero abstinentes †, vigorē iudiciarium gratis [d] studeatis litigantibus impertiri: non obstante quod in fraudem à quibusdā proponitur, quod id exigatur nomine assessorum [e]: cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat: & venales sententiæ † ab ipsis etiam sęcularibus legibus reprobentur. [f]

¶ Idem Liuonień. episcopo, & eis qui cum ipso sūt, fratribus.

¶ Ad euitandum scandalū, possunt religiosi diuersi habitus missi ad prædicandum de nouo cōuersis, se in vnum superiorem habitum, & propositum conformare.

CAP. XI.

DEus † qui ecclesiam suam noua semper prole fœcundat: & infra. ¶ Ne igitur, si dispar in vobis obseruantia fuerit, & dissimilis habitus, apud eos, quibus vnū Euāgelium prædicatis, scandalum suscitetur: ¶ Mandamus, quatenus eo nō obstāte, quod inter vos monachi sunt, & canonici regulares, vel alij

† al. ita: & venales s̄niæ ipsis etiam sęcularibus legibus reprobantur.

4 De hoc articulo vide Spec. tit. de sala. §. 1. ibidē habes pleraque alia huc spectantia.

† Cap. 2. e. tit. in 3. compil. Et de materia huius decretalis vide omnino extrauagātem Alex. 3. in ci. cū hora. isertam post Di rectoriū Inquisitor. itez litteras Apostolicas.

[Glo. seq. casū excipit, quem determinat, & signat ꝯrium.]

a ¶ Abstinere.] nisi vbi quis redimit ius suum, vt 2. q. 3. quæsitū. arg. inf. de simo. dilectus, vbi de hoc. semper tamen præsu mit esse malum, vt 1. q. 1. null⁹ 2. 1 nisi manifeste probetur contrarium: videtur enim corrumpere iudicem, licet sit argu. contra. 14. q. 5. non sane. Vicen.

[Glo. seq. reci. per q. an secundū l. & c. soluit quod non. allegat contrarium, & soluit.]

b ¶ Moræ sæculariū.] mos iste de decima parte litis exigenda, contra legem est, vt in auth de iud. §. ne autem. coll. 6. Vbi delegatus etiam à principe non habet nisi duos aureos in principio litis, & duos in fi. & hoc cum causa excedit centū aureos, alias nihil, vt ibi dicitur. arg. C. de testament. consulta. ordinarius 2 autem non debet habere nisi sportulas 3. q. 3. c. indicia. §. offeratur. arg. C. de epi. & cle. auth. generaliter, sed ibi decima pars datur aduersario, sed non iudici: vnde nō contradicit. Aduocatus etiam super certa parte litis cum clientulo pacisci non debet. C. de postula. l. si quis aduocatorum.

[Gl. seq. recitetur per q. an debeantur expensæ iudici, & distinguit inter delegatum Papæ, & ordinarium, vel delegatum ordinarij.]

c ¶ Præter expensas.] delegati enim iudices debent habere expensas quando proficiscuntur extra domicilium suum sicut testis. 4. quæst. 3. c. si testes. §. venturis, quia nemo cogitur suis sumptibus militare. infra de simo. cum sit Romana, & supra de præscri. cum ex officij & 28. quæst. 1. iam nunc, & de suo non tenetur quis facere beneficium. 10. quæst. 2. præcariæ. Munera enim non sumptus prohibētur. 1. q. 1. iudices. & modica xenia recipere possunt. ff. de offi. præsi. l. plebiscita. xenia 3 enim non sunt lucra, de offic. procon. l. solent. §. vlt. ea tamen moderatione, ne perducantur ad nimiam quantitatem, vt ibi, & ne litigatoribus enorme damnum infligant. argum. 19. quæst. 3. illud. immo si pauperes sunt litigantes, debent etiam a sumptibus abstinere: qa tunc nec ordinarius habet sportulas.

d ¶ Gratis studeatis.] gratis ergo debet iudex iudiciariū ordinē impertiri, nō tñ ppea reprobātur expensæ. testis enim gratis dēt ferre testimoniū, & tñ recipit expēsas 4. q. 3. c. si testes. §. venturis. Sic & ꝓcuratori nō ꝓhibētur sumptus, sed paci sci de certa parte litis ꝓhibet. ff. de pact. l. sumptus. & hdeiussori prohibetur de certa parte pacisci, qui fideiusserat iudicatū solui. ff mandat. l. si remunerandi. §. marius. Bernar.

e ¶ Nomine assessorum.] assessor enim bene potest petere mercedem: quia suis sumptibus ad hoc non cogitur 28. q. 1. iam nunc, nemo enim de suo beneficiū facere cogitur. 10. q. 2. precariæ. & s. de præscri. cum ex officij, & merces sibi pro labore suo constitui debet. 12. q. 2. charitatem. & iurisconsultus bene potest vendere rectū consiliū. 11. q. 3. non licet. & 14. q. 5. non sane. 5 & dicit lex ꝙ spe honoris inuitādus est consiliū, C. de assess. l. 1.

f ¶ reprobentur.] ita ꝙ non sit opus appellare. 2. q. 6. §. venales. & C quando prouoca. nō est necesse. l. venales. Si autem fuerit sententia arbitri, tenet: sed agens ex ea repellitur doli exceptione C. de arbit. l. 3. Ber.

5 Cōcor. tex. cū gl. & Bar. in l. 1. ff. de var. & extraor. cognit.

DEus qui. Primo ponit exordiū. Secundo causam mandati: ibi, Ne igitur. Tertio mandatum: ibi, Mandamus. Abb. Siculus.

CASVS. Liuonienses de nouo conuersi erant ad fidē: datus fuit eis eps, & quidā alij fratres ad prædicandum Euangelium, quia isti prædicatores dissim lē habitum habebant, murmurabant, & scandalum inter Liuoń. suscitabatur ex tali diuersitate: scribit Papa epo Liuoń. & alijs fratribus dicens, ne propter dissimilem habitum scandalū suscitetur inter illos, quibus vnum Euangelium prædicant mandat eisdem, ꝙ omnes debeant se conformare in vnum regulare propositum, & honestum habitum, quantum spectat ad hoc officium, non obstante eo, quod quidam illorum sunt monachi, quidam vero canonici regulares. Ex hac decre-

decre. nota. ꝙ propter scandalum receditur à iure, & ab habitu regulari : sed istud sit ad tempus ex causa. Item in ijs, quæ spectant ad professiones, auctoritas papæ intelligitur excepta, sicut dicitur de iuramento.

[Glo. seq. arg. & illud determinat]

punctionem, quam ad lasciuiam, vel uoluptatem : sicut in Pascha, sepulchrum Domini, & alia repræsentantur ad deuotionem excitandam. Et ꝙ hoc possit fieri, est arg. de consec. dist. 2. semel. & dist. 4. quæris. versus fin. Et quodlibet festū est signum & repræsentatio præteritarum rerū. 75. distinc. quod die dominico.

a ¶ Professi.] argu. ꝙ sicut ī quolibet iurō auctoritas papæ intelligiī excepta, vt sup. de rescr. constitutus. a contrario sensu. & sup. de iureiu. uenientes. ita & in ꝓfessione. arg. inf. de reg. & trāse. ad relig. qa ī insulis. hoc verū intellige quantū ad solēnitates : secus tñ est in ijs quæ sunt de substātia ordinis, vt inf. de sta. reg. cū ad monasteriū, in fi. Cū aūt isti sint diuersarū professionum, simul nō possunt esse in una ecclesia : quia dicit canon: Homines diuersæ professionis, nō sociabis in vno, eodēq; officio. 16. q. 7. in noua. quia quilibet se cōformare debet moribus eorū inter quos viuit, ut 41. dis. quisque, nā ex diuersitate habitus generatur scandalū. 33. q. 5. qđ Deo pari. Conformabunt aūt isti se in superiori habitu : sed interius ferant vestes congruentes suæ religioni. Et est hic arg. ꝓ opi. Hugo. qđ canonic⁹ regularis possit fieri canonicus in ecclesia sæculari. arg. 74. dist. quorundam & 58. distin. c. 2. sicut monachus potest esse episcopus in ecclesia sæculari. 18. q. 1. c. 1. Ioan.

† distinctione.

† Hunc textū dicit hic Ab. esse singul. ad hoc quòd ubi ex difformitate habitus oriī scandalum, aut ex uarietate obseruātiæ, pñt se cōformare in vnū honestum habitum, & propositum.

† Cap 4. eod. ti. in 3. cōpil. cōci. Triden. sess. 24. de reforma. c. ra. §. uestitu insuper Vide Nauarrum in manuali, confessariorum, c. 19.

etiam regularem vitam sub alia districtione† professi, [a] omnes pariter in 10 vnum regulare propositū & honestū habitū, quantum ad hoc spectat officium, conformetis.†

¶ Idem.

¶ *Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis in ecclesijs, vel per clericos fieri non* 20 *debent.*

CAP. XII.

CVm † decorem domus Dei, & infra.

¶ Interdū ludi fiunt in ecclesijs theatrales, & nō 30 solum ad ludibriorū spectacula introducuntur in eis monstra laruarū, [b] verum etiam in aliquib. festiuitatib. [c] diaconi, presbyteri, ac subdiaconi insaniæ suæ ludibria exerce- 40 re præsumunt, & infra.

¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus ne per huiusmodi turpitudinem, ecclesiæ inquinetur honestas, prælibatam lu- 50 dibriorū consuetudinē, vel potius corruptelam, [d] curetis a vestris ecclesijs extirpare.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Clerici debent continere, & caste viuere, contra facientes punit, & seuerius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio vti.*

CAP. XIII.

VT clericorum mores & actus in meli⁹ reformētur, continenter & caste viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinib. constituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maxime illo, propter quod venit ira [e] Dei in filios diffidentiæ, quatenus in conspectu omnipotentis Dei, puro corde, ac mundo corpore, valeant ministrare.

¶ Ne vero facilitas [f] veniæ, incentiuū tribuat delinquendi, statuimus, vt qui cōprehēsi fuerint incon-

b ¶ Festiuitatibus,] scilicet sancti Stephani, sancti Ioannis, & Innocentum.

d ¶ Corruptelā.] turpis cōsuetudo potius dr̄ corruptela, q̄ consuetudo : quæ citius est extirpanda. 8. dist. mala consuetudo, & sup. de consue. cū inter vos. & c. cū uenerabilis. & iā. de exces. ꝓla. c. inter dilectos.

VT clericorum.] Quinq; sunt dicta. primo indicit clericis honestatē & castitatem. Secundo imponit pœnam. Tertio aggrauat. Quarto punit prælatos negligētes, & corruptibiles. Quīto punit Græcos incontinentes. Scđa ibi : Ne verò. Tertia ibi. Si quis igiī. Quarta: ibi, Prælati. Quinta : ibi, Qui aūt. Abb. CASVS. In prima parte huius c. statuit concilium Lateranē. quod clerici mores, & actus suos reformēt in melius, & uiuant caste, & præcipuè in sacris ordinibus constituti, ab illo uitio præcauētes, ꝑꝑ quod ira Dei uenit in filios diffidentiæ. Secundo dr̄, ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuit, vt qui deprehensi fuerint vitio incontinentiæ laborare, puniantur secundum canonicas sanctiones, prout plus, vel minus peccauerint, ut quos timor diuinus a malo non reuocat, pęna temporalis compescat : & si quis propter hoc suspensus diuina præsumpserit celebrare, ecclesiasticis beneficijs spolietur, & etiā pro duplici culpa perpetuò deponatur : prælati vero qui tales sustinuerint in suis iniquitatibus, & præcipue obtentu pecuniæ, vel alterius cōmodi tēporalis, pari pœna puniantur. Illi uero qui matrimonio possunt uti secundum morem regionis suæ: si lapsi fuerint, grauius puniantur. Nota quod aliqui puniantur, ut cæteri similia facere pertimescant. Item qui plus peccat, plus debet puniri. Item quos timor Dei a malo non reuocat, pœna temporali puniantur. Item qui suspensus ab homine celebrat diuina, debet deponi. Item agentes & consentientes pari pœna puniri debent.

† Concilium generale Lateranen. sub Innocentio iij. c. 14. & c. 2. eo. titu. in 4. cōpilat. Iā de continentia clericorū, & de pęnis incontinētiū uide quid nouissimè statuerit concilium Tridēt. sess. 25. de reformat. c. 14.

CVm decorem.] primo ponit factum reprehensibile. Secundo illud præcipit emendari; ibi, Fraternitati. Abb. Sicu.

CASVS. Quidā ludi, qui dicuntur theatrales, fiebāt in ecclesijs in quibus introducebantur monstra laruarum, ꝑꝑ quos ludos, honestas ecclesiæ deformabatur, & presbyteri & diaconi in quibusdam festiuitatibus, s. sancti Stephani, sancti Ioannis, & Innocētum ludibria sua exercebant: mandat papa prædictam consuetudinem ludibriorum, immo potius corruptelam de prædictis ecclesijs penitus extirpari, ne ꝑꝑ huiusmodi turpitudinem honestas ecclesiæ inquinetur. Nota ꝙ consuetudo in honesta & turpis debet ab ecclesia aboleri.

[Glossa sequens distinguit inter ludos lasciuiæ, & compunctionis.]

b ¶ Monstra laruarum.] prohibitum est etiam causa ludibrij uti habitu monachali, uel alio religioso, & grauiter punitur qui hoc facit. in Auth. de sanct. episco. §. vlt. coll. 9. & arg. C. de episc. aud. l. minimè. Nō tamen hic prohibetū repræsentare præsepe Domini, Herodem, Magos, & qualiter Rachel plorabat filios suos, & cætera quæ tangunt festiuitates illas, de quibus hic fit mentio, cum talia potius inducant homines ad com-

e ¶ Ita Dei.] ut inf. de excess. præla. clerici, & 23. q. 7. flagitia, & in auth. vt non lux. cont. nat. coll. 6. 1 & tales vltimo supplicio puniuntur. C. de adult. cum vir.

f ¶ Facilitas.] 23. q. 4. est multa. &. si ea quæ male vsurpantur omittimus, excessus uiam alijs aperimus. 35. q. 6. loci. & 93. dist. peruenit.

1 Hanc, & seq. vide in præ. c. clerici, super 1. 1. & vlt. glo. Ioa. And.

a ¶ Pęna.] similë dicit lex: quos ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non reuocant, correctionis saltem medicina compellat. C. de emen. propin. l. vnica. & sup. de elect. cum in cunctis, in fine. & 62. dist. docendus est populus, & necesse est vt ferro abscindatur vulnera, quæ. & c. 82 dist. plurimos, in fine, & ferrū quippe nostræ mentis, & c. 7. q. 1. c. aduersitas, §. cum autem.

† al. ita: put magis, vel minus peccauerint, &c.

b ¶ Deponatur.] ecce quanta est pœna illius qui celebrat suspensus. inf. de cleric. excom. min. clerici. & c. latores.

† Vide l. ex diuersa §. 1. cū not ff de rei vēdi. & Inst. de pub. indi. §. item lege Iulia.

ADDITIO. Nisi probabili ignorantia excusetur co. ti. Apostolicæ.

c ¶ Regionis] hoc dicitur propter Orientales, qui vtūtur matrimonio iam contracto, etiam in sacris ordinib. inf. de cler. coniuga. cum olim. 31. dist. aliter. Bern.

A Crapula.] primo prohibet crapulā & ebrietatem. Secundo abusum se obligantium ad potum: ibi, vnde illum. Tertio pęnas statuit: ibi, Si quis. Abbas.

† Hoc dicitur pp Græcos.

CASVS. primò dicitur, q clerici abstinere debent à crapula & ebrietate, & vinum sibi temperare, & se vino. Secundo dicitur, q non incitēt se ad inuicem adbibendū: quia ebrietas vitium libidinis est, & mentis exiliū. Tertio dicitur, q non inuitent se ad æquales potus, vt qui plus bibit laudetur. Quarto dicitur, q tales, nisi cessauerint, suspendant ab officio & beneficio. Nota q clerici sobrij debent esse. Item ebrietas parit vitium libidinis, & mentis exilium inducit. Item æquales potus sub pœna officij & beneficij prohiberi debent.

† Eodem concilio Lateranen. sub Innocentio iij. c. 15. & ca. 3. eo. titu. in 4. cōpilatione. Adde concilium Triden. sess. 22 de reform. c. 1. & de materia vide plenè p vtrumque Thom. 2. 2. q. 148. per totum, vbi de gula. & Nauarrū in manuali confessariorum, c. 23.

tinentiæ vitio laborare, prout magis † aut minus peccauerint, puniantur † secūdum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius precipimus obseruari, ut quos diuinus timor a malo nō reuocat, temporalis saltem pœna [a] cohibeat a peccato.

¶ Si quis igitur hac de causa suspensus præsumpserit celebrare diuina; nō solum ecclesiasticis beneficijs spolietur, verū etiā pro duplici culpa perpetuo deponatur. [b]

¶ Prælati vero, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtētu pecunię, uel alteri⁹ cōmodi tēporalis, pari subiaceāt vltioni.

¶ Qui autem secundum regionis, [c] suę morē non abdicarunt copulā coniugalem, si lapsi fuerint grauius puniantur, cum legitimo matrim. vti possint.

¶ Idem in eodem. †

¶ Clericus crapulosus, vel ebriosus monitus non desistēs, ab officio vel beneficio suspenditur.

CAP. XIIII.

A Crapula [d] & ebrietate omnes clerici diligēter abstineāt, vnde vinum sibi temperent, & se vino; Nec ad bibendū quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum.

¶ Vnde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdā partib ad potus æquales, suo modo se obligant portatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fæcundiores exhaurit.

¶ Si quis autem super his se culpabilē exhibuerit, nisi a superiore cōmonitus satisfecerit, ab officio † vel beneficio [e] suspendatur.

¶ Idem in eodem. †

¶ A negotijs, personis, locis, ludis, vestibus inhonestis, & ornatu minus honesto præcipit clericos abstinere, & habitu honesto vti, cum vanitatem in pluribus exprimit, & detestatur.

CAP. XV.

ij C Lerici officia vel commercia sæcularia non exerceant, [f] maxime inhonesta; Mimis, ioculatoribus, & histrionibus non intendant: Et tabernas [g] prorsus euitēt, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas [h] & taxillos non

d ¶ A crapula.] 4. dist. denique; Crapula dicitur quātum ad superfluitatem ciborū, & dicitur crapula quasi crudaepula 2. Ebrietas quantum ad potū, & dicitur ebrietas ab e. quod est sine, & bria, quod est mensura. Vnde ebrius est qui sine mensura bibit: vnde Horatius.

Fæcundi calices, quem non fecere disertum.

[Glo seq. quærit, & remittit.]

e ¶ Vel beneficio.] hoc relinquitur arbitrio superioris, vt delinquētem suspendat ab officio vel beneficio. Quid si dicat iudex, suspendo te ab officio uel beneficio? Dic super hoc vt no. inf. de cler. excom. min. latore. in notula, quæ incipit, etiam. Bern.

† Vide ad hoc de consecra. dist. 5. ne tales, & Ecclesiastici cap. 17. uide Hieronymū ad Rusticū, 2. cap. & ad Titum c. 1.

ij C Lerici.] Attende ad vnum verbum Innocentij. dicitur: diligenter enim q hoc c. loquitur de honestate. Petrus vero dicebat, q quædam sunt honestatis. & quædam pręcepti Abbas.

CASVS. In hac cōstitutione ponuntur quattuordecim articuli. s. q clerici officia sæcularia nō exerceant, nec sint ioculatores, nec intrent tabernas, nisi ex iusta causa, nec ludant ad talos, nec huiusmodi ludis intersint, coronam habeant congruētem, clausa desefrant desuper indumenta in longitudine & breuitate decētia, pannis rubeis & viridib. non utantur, sotulares & manicas non habeant consuticias, frænis, sellis, pectoralibus, calcarib. deauratis non vtanț, cappas manicatas ad diuinum officiū non gerant, nec alibi nisi ex iusta causa, stimoris, sacerdotes & personæ fibulas omnino non ferant: neq; corrigias auri vel argenti ornatum habētes: vel anulos, nisi quib. competit ex dignitate. secundo dicitur, q pontifices habeant in publico superindumenta linea: nisi sint monachi, qui habitum semper habeāt monachalem. palijs diffibulatis non vtantur in publico, nisi post collum, vel ante pectus cōnexis. Quicquid in ista constitutione continetur, notabile est.

† In concilio ita: beneficio vel officio suspendantur.

† In eodem concilio Lateranen. sub Innoc. iij. c. 16. & c 4. eo. tit. in 4. compilat. idem confirmat. concil. Tridenti. sess. 14. de reformat. c 6. & sess. 22. de reformat. c. 1.

f ¶ Non exerceant.] quod qui fecerint, ab officio suo degradentur. 91. dist. clericus. immo nunquam de manu sua exeat psalterium. de consecra. dist 5. nunquam, in princ.

g ¶ Et tabernas] 44. dist. [illegible] clerici.

[Gl. seq. tex fortificat. Secūdo obijcit. & soluit. Tertio quærit, ponit Pla & contrariam, & soluit.]

h ¶ Ad aleas.] hic prohibetur clericis non tantum ludere, sed ne intersint ludo, [illegible] q publice alea. or est, reijci [illegible] de excel [illegible] inter dilectos. Nec debent [illegible] ludi huiusmodi in Auth. de san. epis. § interdicimus. col. 9 & tribus annis arceantur a ministerio, vt ibi dicitur. Sed uidetur q primo sit admonendus antequam puniatur, vt 35. dist. c. 1. [illegible] credo in beneficio obtento, secus in obtinendo, quia [illegible] impediunt promouendum, [illegible] non deijciunt,

deijciunt 15.q.1.§.vlt.& sup.de iureiu.quemadmodũ. & inf de excess. præla.inter dilectos. Sed nũquid 1 põt repeti qđ perditur in alea? Dñt quidam q nõ, sed pauperibus est eroganda pecunia illa argu. 14.q.5.non sane. Nam cũ turpitudo versatur ex vtraq; parte, melior est cõditio possidentis ff de cond.ob tur.cau.l si ob turpem.§.porro. & l. vbi autẽ. hæc fuit opi.Pla. Alij dñt, & melius, q possit repeti.ff.de alea l. vlt. in fi. vbi dr̃, q si seruus vel filiusfam. amiserit in ludo, patri vel dño dabit repetitio: & ẽt vsq; ad 50 annos, vt dicit græca constitutio. Et si quis existens in alea rẽ suã vendidit, non tenet de euictione. ff. quarũ re. ac. nõ da l. 2.§.1 & C.de reli. & sum.fu.in auth. alearum visus. Seruandũ est quod ibi dicitur.

† Quibus ludis pñt clerici interesse, & ludere. vide per Bal. in l.fi. ff. qua.re. act. non da. & C. de epis. & cler. auth. interdicim⁹.

1 De materia huius glossæ vide plenè per Couarruuiam in regula: peccatũ. de reg.iur.li.6.in 2. par.relectionis §.4. & Dominicũ Sotum lib.4. de iust. & iu. q.5.art. 2.

a ¶ Congruentem.] vt videantur differre à monachis.

b ¶ Non notãdam.] arg. p medio spectãdo sup.de offi.dele.q̃ rẽti. ff de acq. re. do. l.adeo. §.cum quis.

c ¶ Deauratis.] hoc sine licẽtia principis ẽt laicus hr̃e non dẽt. C.de vestibulo & aura. l nemo lib 11.tñ conformabunt se in vestibus consuetudini regionis, ne videãtur hypocritæ vt 30. dist si quis virorũ, & 4.dist erit aũt. ne vilescat dignitas clericalis 80. dist. epi. De hac materia dr̃. 21. q.4.in summa. Ioan.

d ¶ Causa.] tunc n. habitus monachalis pp hoc susc ptus, nõ præiudicat sup quod metus cã, perlatum. & ita clericus iusta de causa potest postponere habitum clericalem, nec censebitur Apostata.

e ¶ Anulos.] per anulum n. præsumitur matrimoniũ. arg 30 q.5 fœminæ & sup.de præsump. illud. in fi.

[Gl. seq.arg remittit, & signat contrarium.]

f ¶ Nisi monachi.] arg. q monachus 2 factus eps non penitus absoluit a regula monachali. De hoc no.16.q. 7.inuentum 3.arg.contra, 28.q. statutum. Ber.

2 De hoc articulo vide plenè p Thomam 2. 2. q. 185.ar.

3 Et melius q.1. c.3.in fi. ibi soluitur. Io. And.

Ex litteris.] Primo ponitur querela. Secundo prouisio ibi, Mandamus. Abbas.

CASVS. In terra Comitis Pontini erant quidam clerici, qui potius se intrudebant negotijs sæcularibus q̃ diuinis offic js: isti volẽtes gaudere priuilegio clericali, nolebant subiacere statutis patriæ: sed quando statuta illa pro se faciebant, tamquam laici statutis illis se volebant defendere: Iste comes Pontinus significauit hoc domino Papæ, vnde mãdat Papa episcopo Ambiañ. vt clericos illos moneat tertio; & si non se correxerint, & prætermissis officijs diuinis talibus negotiationibus se immiscuerint, non defendat eosdem, quominus de facultatibus suis subiaceant statutis patriæ, dum talibus se implicant: quia ipso facto renunciant priuilegio clericali. Ex hac decre. no. q vsque ad tertiã admonitionem gaudent clerici priuilegio clericali. Item ipso facto renunciat q̃s priuilegio suo. Item clerici clericaliter viuentes in rebus proprijs debent defendi ab ecclesia: quod est bene notandum.

ludant; nec huiusmodi ludis intersint. † Coronam & tonsuram habeant congruentem: [a] Et se in officijs ecclesiasticis, & alijs bonis studijs exerceant diligenter. Clausa deferant desuper induméta, nimia breuitate vel longitudine non notanda. [b] Pannis rubeis aut viridibus, nec nõ manicis, aut sotularibus consuticijs, scœnis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, [c] aut aliam superfluitatem gerentibus, non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officiũ intra ecclesiam nõ gerant, sed nec alibi, q̃ sunt in sacerdotio & personatibus constituti: nisi iusta causa [d] timoris exegerit habitum trãsformari. Fibulas omnino non ferant: neq; corrigias auri vel argenti ornatum habentes: sed nec anulos, [e] nisi quibus competit ex officio dignitati. ¶ Pontifices auté in publico & in ecclesia, super indumentis lineis oẽs vtãtur: nisi monachi [f] fuerint, quos oportet ferre habitum monachalé.

palliis difficulatis nõ vtãtur ĩ publico, sed vel post collum, vel ante pectus hincinde connexis.

¶ Honorius iij. Ambianeñ. † episcopo.

¶ *Clericus, qui tertio monitus à negotiationibus sæcularibus non abstinet, interim perdit quo ab bona priuilegium clericale, hoc dicit. Et est textus multum notabilis, & qui quotidie allegatur.*

CAP. XVI.

Ex † litteris Pontini comitis intelleximus q quidã clerici terræ suæ, potius sæcularibus negotiationibus † quàm officijs diuinis intendunt, & gaudere volentes priuilegio clericali, † nolunt statutis patriæ (quibus quoties expedit sicut laici se tuentur [g]) in negotiationum suarum quæstibus † subiacere: & inf. ¶ Mandamus, quatenus si tales tertio [h] à te cõmoniti, ab huiusmodi non resipuerint: sed ptermissis diuinis officijs, negotiationibus institerint † supradictis: cũ facto priuilegium abijciant clericale: † tu quominus, dum his se impli-

† Ambieñ. Abieñ. Abianeñ. Abieneñ.

[Gloss. seq. signat contrarium.]

g ¶ Se tuentur] cum isti statuta patriæ approbant p se, enentur ea recipere cõtra se 19. dist. si Romanorũ. & 4.q 3.§.si q̃s testibus. & 3 q.8.c.accusatores. §.cuius in agendo. & si illa re p bant. non debent ex eis cõmodum habere. inf de censi. c. cũ olim C.de reb cred. l.generaliter.j.respõ. in fi argu.contra 10. dist. c.1. & 37 dist. si quid vero 4 & 2.q.7. si hæreticus. & argu. sup. de exce.cap.cum venerabilis.

h ¶ Tertio.] hæc est canonica admonitio 17 q. 4. §. si quis domum. & c. de presbyterorũ. & 24 q. 3. de illicita. post quã admonitionem nisi destiterint, perdunt priuilegium illius canonis. 17 q.4. si q̃s suadente & inf d. sent. excom. in præsentia & c.cõtingit. Admonitio.n semper præcedere dẽt uindictã. 12.q.2.c.ind.gne 16. q.7. omnes d. cunæ. inf.de sen.exc. sacio. approbante concilio in prin. veruntamen non loquitur hic de illo priuilegio. si quis suadente.

† Vide Gemianũ in c fi. de offi.deleg. in 6. Lapum alleg 1. & Alex. cõs. 212. incip in statutis. in 2.vol.

† negotijs.

† Irritat priuilegijs clericorum.

† In aliquot vulgatis legitur qõnibus, sed in antiquis, & recentioribus magis emendatis, vt est impressum.

† vtuntur.

† Vide l. quæstiones, C.de re iud. & l. si proponas, §. 1. ff. de inoffi. test.

i ¶ Negotiationibus] talia enim clericis sunt prohibita. sup.eo.c.clerici. & 88 dist. fornicari. & 14. q.4. clerici. & inf.ne clerici, vel mona.per totum.

[Gl. seq. not. quòd ipso facto, & c.rationem ponit, & duo similia & quomodo verbum differt à facto.]

K ¶ Cum facto.] eo. q ipso facto amittit quis priuilegiũ suũ, vt hic patet, & inf.de sen.exc.contingit: vñ frustra implorat ecclesiæ auxiliũ, q committit in eam. vt in eo.c.cõtingit, qa frustra implorat legis auxiliũ qui cõmittit in lege. inf de vsu. qa frustra 5 & seipso reddũt indignos priuilegio suo. si inf. de imu.ecc. c. vlt. & sim. 17.q. 4.c. frater & coeps. sic ipso facto appellat. sup. de ap.dilecti. & c vt nostrũ. & facto renũciat q̃s appellatio. sup.de of.dele.gratũ. & if.de ijs q̃ fi a ma par.c.ex ore. Sed ipso verbo clericus priuilegio suo renũciare nõ põt sup.de fo.cõpe.si diligẽti. & inf.de sent. excõ. cõtingit.

4 Ibi soluit, & circa hoc contrariũ vide qđ dixi de exceptio. cũ venerabilis, in glo. quasi dicat. vers. sed contra Ioan. And.

5 Concor. l. fi. §. fin. vero postquã. C. de iur. delib. & l. auxiliũ. in fi. ff. de minori.

[Glo. seq. no à contrario sensu, quod clerici, &c.]

a ¶ Suis facultatibus.] bene dicit, suis: q̃a pp hoc facultatibus ecclesiæ nõ fit præiudiciũ: quia delictũ personæ. & c. 16. q. 6. si epm. Et nota quod dicit. dũ his se implicant, quasi dicat, si non implicãt se his, priuilegio ecclesiastico gaudebũt in rebus suis, sicut in rebus ecclesię, qđ est bene notãdũ. ꝙ res clericorũ & ecclesiarum eodẽ priuilegio gaudẽt. 1 22. q. 2. ecclesiarũ seruos & 16. q. 2. similiter. Si vero se implicãt, tũc cessat priuilegium, & ita suspenditur priuilegiũ alicuius ad tps pp delictũ. 15. q. 6. iuratos, & c. nos sancto rũ sim. C. de cur. fu. l. cũ alijs. & inf. de sẽ. excõ. sacro. & 81. dis. si qui sunt & c. seq. De eodem priuilegio dicit decr. ꝙ clericus vxorat⁹ ẽt tõsuratus priuilegio clericali gaudere nõ põt. if. de clerici. coniuga. Io.

1 Rationem q̃re. de pig. ex lr̃is. in gl. pen. & de cẽsi. ca. pen. de im. ecc. ca. 1. libr. 6. & in cle. de censi. præsenti.

† Hoc reperitur in conc. Nannetensi. cap. 3. refert Burchardus lib. 2. decr. c. 116. Iuopar. 6. ca. 192. & c. 1. eo. tit. in 1. compila. Vide concil. Trid. sess. 25. de reforma. cap. 17.

DE COHABITATIONE clericorum & mul. Quia mulierũ consortia reddũt vitam clericorũ de incontinentia suspectã: ideo post præcedẽtẽ subijcit hæc rubrica Abb.

De hac materia tractatur 32. dis. nullus, vsque ad § prohibentur. & c. interdixit & 93. dist. c. vlt. 34. dist. per totũ. 18. q. 2. pro huius. vsque ad §. itẽ sunt alij. & 34. q. 4. per totum.

cãt, de suis facultatibus [a] statutis & consuetudinibus patrię subiaceant, nõ defendas eosdem.

TITVLVS II.

De cohabitatione clericorũ & mulierum.

¶ Ex concilio Maguntiñ. †

¶ Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incõtinentia, etiam si sit mater, vel alia consanguinea.

CAP. I.

INhibẽdum est, vt nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, retineat.[b] ¶ Sed neque illas, quas canones[c] concedunt, matrem, amitam, & sororem: quia instigante diabolo, & in illis[d] scelus perpetratum reperitur: aut etiam in pedissequis earundem. † Sed si qua de his necessitatem habuerit, presbyteri habeant in vico aut in villa domum longe à sua conuersatione, & ibi eis, quæ sunt necessaria, subministrent.[e]

¶ Prohibendum quoque est, vt nulla fęmina ad altare [f] præsumat accedere, aut presbytero ministrare: aut infra cancellos stare, siue sedere.

¶ Ex decreto Eugenij Papæ.

¶ Excommunicatur clericus in sacris, qui à suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio monitus non desistit.

CAP. II.

SI † quisquam sacerdotum, [g] id est presbyter, diaconus vel subdiaconus, de quacunque femina crimine fornicationis suspectus, post primam, secũdã, & tertiam

& non inter collateralem & descendentem]

c ¶ Canones.] 32. dist interdixi. 81. dist cum omnibus. Videtur ꝙ canon iste corrigat omnes illos canones, cum illi permittant huiusmodi mulieres cum clericis habitare matrem, sororem & amittam, & idẽ permittit Innocentius inf. e. c. à nobis. cõcordans prioribus canonib. Sic solue hanc cõtrarietatẽ, qđ dr̃ hic, intellige de suspectis [2] clericis & iuuenibus, & de mulieribus suspectis: quia si suspectæ sunt, non debent secũ manere 34. dist. quorundã. contraria loquũtur de illis mulieribus de q̃bus nulla est suspicio mali: quia in talibus naturale fœdus nihil sæui criminis suspicari ꝑmittit. inf. e. à nobis. & C. de epi. & cler. cũ qui. & sup. de ꝓsum. cũ in iuuẽtute. Item in linea transuersali vsq; ad secundũ gradum põt habere clerici consanguineas, vt 81. d. cum omnibus. In descẽdentib⁹ vel ascendentibus vr̃ ꝙ vsque ad quartum gradum, ibi amplius põt extendi permissio quam in collaterali.

d ¶ In illis.] i. occasione illarum q̃nque aliæ commorant cũ illis, vel veniunt ad illas. vñ dicit Aug. Nõ omnes quæ cũ mea sorore sunt, sorores meæ sunt. 81. dis. legitur. Vel intellige proprie vt littera dicit, & hoc vult littera sequẽs, aut pedissequis illarum.

† Videl. cum qui. C. de episc. & cleri.

2 Vel nobilibus, q. secũ habent pedissequas, quasi secus si solæ maneat, secundum. Tanc. Io, An.

INhibendũ.] Sacerdos mulieres, quas etiã antiq. canones ꝑmittũt, si suspectæ sunt, retinere nõ dẽt, hoc dicit. Et habet quattuor dicta. Primo ponit, ꝙ nullus clericus debet tenere extraneã. Scdo, ꝙ nec cõsanguineam. Tertio, ꝙ consanguineæ indigenti extra hospitiũ suũ põt prouidere. Quarto ꝙ nulla fœmina tanq̃ ministra in ecclesijs cũ clericis misceat. Scda; ibi, Sed neque. Tertia: ibi, Sed si. Quarta: ibi, Prohibendũ Abb. CASVS. Clerici indifferenter retinebant secũ mulieres ẽt suspectas: statuit concilium Magunt. vt clerici fœminas secum non retineãt, de quibus suspicio possit haberi, nec etiã illas quas canones permittunt, scilicet matrem, amitam, sororem: quia diabolo instigante, in illis scelus q̃nque perpetratur, vel cum illis, quæ cum eis morantur: sed si qua de his habet necessitatem eis longe ab ecclesia necessaria ministrent. In fine dicit q. nulla fęmina ad altare accedat, vel ministret presbytero, nec infra cancellos sedeat vel stet: No. ꝙ clericus nullam fœminam habere debet secũ in domo sua. Itẽ presbyter de rebus ecclesiæ potest matri suæ prouidere, aut etiam sorori, siue consanguineæ. Itẽ nulla fęmina debet ministrare presbytero. nec in choro sedere.

b ¶ Retineat.] vt 32. dist. interdixit & c. nullus. & cap. præter hoc & 81 dist. cum omnibus.

[Glo. seq. obijcit & soluit. distinguit inter suspectũ,

[Glo. seq. recitatur per contrarium.]

e ¶ Subministrent.] & sic patet ꝙ clerici possunt sustentare consanguineas pauperes, de quibus capitulũ hoc intelligitur: quibus potius quam extraneis. tenentur 3. 86. dist. non satis, alias non, si diuites sunt, vel vt diuites eos faciant. vt eod. c. & 12 q. 2. ca. quisquis. ad idem 31 dist omnino.

f ¶ Altare.] vt 23 di. sacratas & de cõsec. di 1. in sancta.

SI quisquam sacerdotum.] CASVS. Si quis de clero suspectus fuerit de aliqua fœmina crimine fornicationis, admoneatur tertio: & si post primam, secundam & tertiam commonitionem inuentus fuerit fabulari cum ea vel conuersari, excõmunicetur, fœmina vero canonica pœna puniatur. Nota hic quòd nomine sacerdotis omnes inferiores intelliguntur. Item trina admonitio est necessaria antequam procedatur contra aliquem. Item ratione criminis efficitur mulier de foro ecclesiæ.

[Glo. seq. alle. 4 concor. & vnum ad conuersum]

g ¶ Sacerdotum.] nomine sacerdotis intelliguntur inferiores, 4 vt patet hic, quia inferiora intelliguntur in superioribus, vt 93 dist legimus. in fi. 14. q. 5. pœnale & ff. de reg iur. in toto sim. 52. dist. c 1. & ecõuerso appellatione clericorum superiores vel maiores intelliguntur. 11. q. 1. de persona ad fi.

† Cap. 31. eod tit. in 1. cõp. Vide concil. Lateran. sub Leone x. sess. 9. de refor. curiæ, & aliorũ. versi. 2 cubinatij adde quod postremo statuit concil. Trid. sessio. 24. de reform. matrimonij, c. 8.

3 Contra 1. q. 3. puenit vbi dr̃: grauius peccatum dare cõsanguineis ibi sol. in vlt. glo. Ioan, And.

4 Etiã in minorib. inf. eo. si aũt de diacono specialiter qđ continetur nomine sacerdotis, habes 15. q. 5 cap 1. in fin. Io. And.

a ¶ Admo-

a ¶ Admonitionem.] sic in Auth. vt lic. ma. & avi. §. pen. & c. vlt col 8 & inf. de sent. excom. in audientia. & c. contingit, & sup tit. prox c. vlt.
b ¶ Canonice.] i. in monasterio ponatur 33. distin. fraternitatis. Alij exponunt, i. in seruitutem redigatur, vt 32. dist. eos. immò & ipsa côcubina si hoc publicum est, debet excommunicari, inf. de sent. excom. si côcubina. Ber. 1

vidui. l. 2. & hæc est etiam, quare iuuenibus non iniungatur solemnis pœnitentia, 50. distin. pœnitentes. Bernar.
f ¶ Perpetuam] idest, donec resipiscant 3 sic Inst. loca. §. adeo. & ff. de pecu. id vestimentû, & inf. de ma. cô. contra interdic. eccl. de muliere. sim. 10. q. 1. quia sacerdos. vt ceteri timeant, vt ibi dicitur.

1 Adde ꝑ intellectu huiꝰ l. quia est an eps, qđ not. Cyn. in l. 2. C. q̄ sit long. consu.

Clericos.] Habet tria dicta. Secundum: ibi, Verum. Tertium: ibi, Et si qui. Abbas.

CASVS. Clerici publicè tenent concubinas: quæsitum fuit, an deberent compelli abiurare illas? Respondet Papa, ꝙ non vult illos ad eas dimittendas compelli per iuramentum, ne instinctu diabolico incidant in periuriû redeundo ad eas: sed per sententiam suspêsionis & iterdicti eas dimittere compellâtur, ita quòd de eis nulla suspicio possit haberi: & si ad eas redierint, vel aliàs receperint: excôicentur donec eas dimittât, vt eorum exemplo alij arceant. No. ꝙ non debet aliquis compelli ad abiurandum de quo præsumptio sit in contrariû .s. ꝙ non seruet iuramentum: & hinc surgit illud gñale. Nemini parandus est laqueus. Item crescente côtumacia, cresce[re] dêt & pœna. Item aliquando pęna imponitur alicui, vt alij terreantur: quia pœna vnius, debet esse metus multorum.

† Cap. 4 eod. tit. in 1. côp. Et post concilium Laterã. sub Alexan. iij. par. 18. c. j. & vide côcil. Trid. loco ꝓximè citato. & sess. 25. de refor. c. 14.

admonitionem [a] inueniatur fabulari, & aliquo modo conuersari cum ea, excommunicationi subdatur, fœmina vero canonice [b] iudicetur.

¶ Alexander tertius Salernitano archiepiscopo.

¶ *Non debet prælatus clericũ cogere ad concubinã abiurandã, sed eum nolentem dimittere potest excoicare.*

CAP. III.

Clericos † in sacris ordinibus constitutos, qui publicè [c] tenent concubinas, ad eas abiurandas [d] nolumus à tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem instinctu diabolicæ fraudis redeuntes, [e] periurij reatum incurrant. ¶ Verum ipsos per suspensionis & interdicti sententiam debes arctius cogere, vt mulieres ipsas à se ita remoueant, ꝙ de illis sinistra suspicio non possit haberi. Et si qui eorũ ad ipsas redire, vel alias accipere fortè præsumpserint: in aliquos eorum debes perpetuam [f] excommunicationis sententiam proferre, vt alij eorum † exemplo [g] perterriti, à similibus arceantur.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Si clerici moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur à beneficijs, & si se non corrigunt, deponuntur.*

CAP. IIII.

Sicut † ad extirpanda: & infra. ¶ Fraternitati vestrę mandamus, quatenus clericos vestræ iurisdictionis, qui in subdiaconatu & supra, [h] fornicarias habuerint, studiosè monere curetis: vt à se illas remoueãt, eas vlterius minimè admissuri. Si vero acquiescere contêpserint, eos ab ecclesiasticis beneficijs vsque ad satisfactionem congruam suspendatis. [i] Et si eas suspêsi præsumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficijs perpetuo remouere curetis. [K]

¶ Idem Eboraceñ. archiepo.

¶ *Litteræ a clerico côcubinario suspenso super absolutione (tacita facti serie, obtentæ, non valent.*

† In codice Barbatię ita, vt alij exemplo eorum à similibus arceantur.

g ¶ Exemplo.] pęna vnius debet esse metus alterius, vt ff. de pęn. l. capitaliû, §. famosos, 45. dist sed illud. & 2. q. 7. qua propter. & inf. de exce. præla. tãta. & 10. q. 1. quia sacerdotes, in fin.

Sicut ad.] Habet tria dicta, quæ patent in textu. Secundum, ibi, Si vero. Tertium: ibi, Et si. Abbas.

CASVS. Clerici de archiepiscopatu Cantuarieñ publicè tenebant côcubinas: mãdat Papa Cantuariẽ. si archiepiscopo, & eiꝰ suffraganeis, quatenus clericos illos commoneant, ut illas côcubinas abijciant à se, & eas vlterius nõ admittant: quod si facere contêpserint, ab ecclesijs suis eos suspêdant, vsque ad debitam satisfactionem: & si eas suspensi retinuerint, eos ab officio, [i] ab eisdem ecclesijs perpetuo remoueant. No. hic ꝙ episcopi possunt dispensare cum publicis concubinarijs, si se corrigere voluerint cû de iure possint priuari. Item si clericus suspensus retinuerit concubina, perpetuo beneficio suo debet priuari.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. côp. Et post concilium Laterã. par. 18. c. 2. & vide omnino concil. Trid. locis præcitatis an notorius fornicarius sit eligibilis, tradit Oldrad. consil. 86. quem videto.

3 Videto hic Ioann. And. exponẽtẽ ex multorum snia q̃d significet hic ꝑpetua excôicationis sententia.

c ¶ Publicè.] quæ sunt excommunicandæ, ex quo publicum est. inf. de sent. exc. si concubinæ.

[Gloss. sequen. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

d ¶ Abiurandas.] ne contempto iuramento reuertatur ad eas, propter præsumptionem, vt sequitur. argu. contra inf. qui cle vel vo. ex litterarum. ibi abiurare. sed ibi contraxerat matrimonium cum ea. licet de facto tunc esset subdiaconus: & quando quis ab vxore separatur, sic debet iurare, 35. q. 6. ab isto die. 2 Vel hoc intellige de suspectis, & illud c. ex litterarum de non suspectis, de quibus verisimile est quòd debeant iuramẽtum seruare.

2 Sic et soluitur, 37. q. 1. si quis sacro: vbi de hoc.

[Gl. seq. arg alleg. quinque iura & vnum simile.]

e ¶ Redeuntes.] argu. colligitur ex hac littera, quòd non est iniungendum alicui per iuramentum, quòd verisimile sit quòd non debeat illud obseruare argu. 22. q. 3 ita ergo & c. non est contra & inf. de sent. excô. ex tenore. & sup. de præsump. litteras, & C. de indi.

[Gl. seq recitetur per quæstionem]

h ¶ Et supra.] alij nihilo minus sunt compellendi: sed non cum tanto rigore, vt vel c[onti]neant, vel beneficia dimittant infra eod si autem, & 32. distinct. lectores.

[Gl. seq signat contrarium, & soluit.]

i ¶ Suspendatis] ita isti non sunt suspensi ipso iure. videtur contra 32 dist. nullus. & c præter hoc. Sol. quod dicitur hic, & inf. eod c. si autem. intelligitur de his qui adhuc tolerantur ab ecclesia, quia de ipso iure non suspensi. Quod dicitur in contrarium. locũ habet quando factum est notorium, vel quando sunt condemnati per sententiam: aliàs quantumcunque sit aliquis criminosus, non est vitandus. 4 inf. eod. vestra. & 28. di stin consulendum, & inf. eod. c. vlt.

K ¶ Curetis.] quia crescente contumacia crescere debet, & pœna, sup. vt lit non contest. quoniam, in fi. & ff de pę. l. relegati.

4 Vinc. dicit notoriû fornicatorẽ ipso iure suspensum, vt sic augeatur pœna ab hoie necessaria e admonitio. vt hic & inf. eo. 2. Item secũdum Hostié. hic non loquitur de suspensione officij. sed beneficij, & sic diuersitas est, non contrarietas. Io. And.

SVper eo.] CASVS. Quidā sacerdos habebat publice concubinam, monitus à suo epo eam dimittere nolebat: pp qđ eps eum ab officio suo suspendit: ipse appellauit ad sedem Apostolicam. Eboraceñ. archieps significauit hoc dño Papæ; respondet Papa, ꝙ si dictus sacerdos litteras impetrauerit, quæ facti seriē non contineāt, litteræ non valebūt. No. quòd clericus cō cubinarius audit appellans, quod verum est de occulto. Item no. ꝙ ad hoc vt litteræ appellationis, quæ super aliquo negotio impetrantur, valeāt, facti seriem cōtinere debent, aliàs tacita veritate impetratæ sunt.

† Cap 8. eod. tit. in 1. cōp. Et post concilium Laterā. par. 18. c 9.

CAP. V.

SVper † eo vero, quòd asseris A presbyterum fornicariam detinentem, propter hoc ab officio suo suspensum: [a] & infra.

¶ Porro si litteris à nobis obtinuerit, quæ facti seriē [b] non contineant; nolumus illas sibi prodesse.

† Laudeñ. Laudoñ.

a ¶ Suspensum.] ab episcopo suo.

b ¶ Seriem.] s. quare fuit excōicatus vel suspensus ꝓ fornicaria: vel si ex alia cā, vt exprimat oēs causas excōicationis & suspensionis: aliàs nō habetur pro absoluto. inf. de sent. excō. cum pro ca. & sup de de offic or. ex parte. aliàs litteræ essēt impetratę tacita veritate. vnde non valerēt. sup. de rescrip super litteris. & c dilectus.

¶ Idem Londoñ. † episcopo.

¶ Si clerici moniti non dimittūt concubinas, suspendūtur à beneficijs: & si se non corrigunt, deponuntur.

CAP. VI.

SI † autem clerici tuæ iurisdictionis (siue in sacris ordinib⁹, siue in inferioribus † constituti) fornicarias detinent: nisi eas ad secundam vel tertiā cō monitionem à se dimiserint, easdem de cętero cōtempturi: liceat † tibi eos ecclesijs vel earū portionibus [c] appellatione postposita spoliare, [d] officio ipsis nihilominus interdicto.

† Cap. 7. eod. tit. in 1. cōp. Et post cōci. Lateraň. par. 28. c. 8.

† minorib.

† In codice Barbatiæ ita, liceat tibi ab ecclesijs suis, vel earū portionib. appellatione, &c.

SI autem] Habet tria dicta, quę patent. Abbas.

CASVS. Clerici Londonień. epi habebant publice cōcubinas: quæsiuit eps qualiter deberet ꝓcedere circa illos? Respondet dñs Papa dicēs, ꝙ ī quibuscunq; ordinibus sint constituti, si admoniti secundo & tertio eas non dimiserint, eos de cętero non permittat ministrare in ecclesijs suis vel earum portionibus appellatione remota spoliare procuret, officio eis nihilominus interdicto. Not quòd hic additur de clericis inferioribus, ꝙ si post tertiā admonitionem, supple & suspensionem, concubinas non abiecerint, beneficijs debent priuari; & sic no. quòd trina admonitio debet præcedere vindictam.

c ¶ Portionibus.] cū habeāt partē in ecclesia pbendata.

[Gl. seq. signat contrarium & dupliciter soluit]

d ¶ Spoliare.] quæ spoliatio perpetua intelligitur, ex quo sine temporis præfinitione hic dicitur. C. de pœn. seruus. Sed contra vr̄ sup eo. sicut. vbi post admonitionem suspenduntur antequam priuentur ecclesijs, & hic statim post admonitionem spoliantur. Sed hoc intellige secundū illud. vt primo suspendātur: & si se nō correxerint, spolient. sed certè de iure fit qđ hic dr̄, qa si se non corrigunt post trinam admonitionē, rectè pñt spoliari beneficio, & quòd ibi suspenduntur intelligo quòd fiat ex gratia, vt si expectentur adhuc. Ber.

VEstra.] Famosum est tum pp materiā intrinsecā ipsius, tum pp materiā extrinsecam, s. notorij: & vtraque est multum difficilis & periculosa. Diuidit. Primo ponitur decisa consultatio. Secundo decisa rñsio. Secunda ibi, Alicubi. quæ subdiuiditur. primo allegat pro & contra. Scđo distinguit. tres qualitates criminis: ibi, Cęterum. Tertio distinguit animum abstinētis, ibi: Item aliud. Quarto & vltimo ex omnibus prædictis solutionem concludit: ibi, Sine dubitatione. Abb Sicu.

¶ Lucius tertius.

¶ A clerico fornicario, quandiu toleratur: nec habet operis euidentiam licitè audiūtur diuina, & percipiuntur ecclesiastica sacramenta: à notoriè vero abstinendū est, non quia in sacramento sit defectus, sed ad ipsorum fornicatorum emendatione. h. d. inhærendo verbis litteræ.

CAP. VII.

VEstra † duxit deuotio inquirendū, & ĩ. ¶ Alicubi dicitur, nullus audiat [e] missam sacerdotis, quē scit indubitanter concubinam habere: alibi vero legitur; non pōt aliquis quantumcunq; [f] pollutus fuerit, diuina polluere sacramenta, quę purgatoria cunctarum contagionum existunt. Qualiscunque † enim sacerdos sit, q̄ sancta sunt, coinquinari non possunt. Sume ergo ab omni sacerdote Christi mysteria; quia omnia in Christi fide [g] purgantur. ¶ Ceterum [h] aliud est crimen notorium, [i]

CASVS. Quidam canones dicunt nullus audiat missam sacerdotis, quem scit concubinā indubitanter habere: al j canones dñt: Non pōt aliquis quantumcunq; pollutus diuina sacramēta polluere, sed indifferenter sunt sumenda ab ipso: quęsitum fuit à Lucio Papa, qualiter ista, q̄ cōtraria videbant, essent intelligēda. Et rñdet Papa, aliud est crimē notoriū, aliud est occultū. Notoriū est de quo presbyter canonice condenatus est: in quo casu loquitur cap. illud, nullus audiat, &c. occultū qđ ab ecclesia toleratur, in quo casu loquitur c. illud, Non pōt aliquis quantumcunq; pollutus, &c. Item aliud est notoriū qđ non diffitetur presbyter, & aliud penè occultum qđ ab ecclesia tolerat. Sed aliud est abstinere a missis eorū qui occulti sūt & tolerantur ab ecclesia, vt peccandi licētia ceteris auferat, & ipsi ad pęnitentiā reuocentur & hoc licet: quia fit bono zelo, & non cōtemptu; & aliud est si à missis eorūdem qui tolerant, aliqui abstineant ex eo quòd in fornicatione iacent, qđ non licet. Sine dubio a clericis quamuis fornicarijs ex quo tolerant ab ecclesia, nec hēnt operis euidentiam, licitè diuina officia audiantur, & alia recipiantur ecclesiastica sacramenta. Ex hac decr. hic solum colligitur: quòd a notorio fornicario nō sunt excipiēda diuina officia vel ecclesiastica sacramēta: ab occultis fornicarijs qui tolerant ab ecclesia, licitè recipiunt, nec sunt contemnēdi.

† Cap. 1. eo. t. t. in 2. cōp. Et post cōcil. Lateran. sub Alexand iij. par. 50 c. 38. Et de ꝓpria materia huius cap. vide Nauarrū in manuali confessariorum. c. 25.

† In codice Barbatię ita: Qualiscunq; sacerdos sit, q̄ sacra sunt &c.

e ¶ Nullus audiat.] 32. dist. nullus, & c. præter hæc.

f ¶ Quantūcunq;] vt 15. q. vlt. c. vlt. vtiq; ibi, cęterū.

g ¶ In Christi fide.] idest per fidem Christi. hucusque sunt verba capituli quod inducit, T.

h ¶ Cęterum.] hinc incipit respondere distinguendo inter crimen notorium, & occultum.

[Gl seq. distinguit inter famā & notoriū, & manifestum & notorium triplex, facti, iuris, & psumptionis]

i ¶ Notoriū.] ad [1] intelligentiam eorum q̄ hic dicuntur, no. ꝙ aliud est fama, aliud manifestum, & aliud notoriū. Fama sic consueuit describi: Fama est illæsæ dignitatis status, vita & moribus comprobatus, & in nullo diminutus. ff. de var & extraor. cog. l. cognitionum, §. existimatio, & qui talem famam negligit, crudelis est,

1 De materia hui⁹ glossæ vide plene p Salicetum in l. ea q. de m. C. de ac cusat. & Antonium Gomezum to. 3. varia. resolut. c. 1. & Iulium Clarū in pract. crimi § fi. q. 9. & Specul. tit. de notorio crimine.

fis est. 12. q. 1. nolo. Fama vero quandoque ex scientia. quandoq; ex suspicione procedit, qñq; ex certo auctore, qñq; ex incerto. de consecra. dist. 4. sanctum est. Manifestum dicitur quod ex scientia & certo auctore procedit, & quod potest probari. ff. de testa. & qui testa. fa. pos. hæredes palã. & 11. q. 3. eorũ qui accusantur. Item et qñq; dr̃ occultũ quod pōt pbari. C. de app. eos. § si q̃s aũt. sed & manifestum dr̃ qñq; de quo constat p cōfessionem, vel probationẽ, vel p euidentiam facti. inf. de verb. sig. cũ olim. sed tale manifestũ potius dr̃ notoriũ. inf. eo. c. vlt. Circa notoriũ 1 distingue, aliud est notorium facti, aliud iuris, aliud p̃sumptionis. Notorium facti est, qđ ita exhibet se conspectui hoĩum, q nulla pōt tergiuersatione celari. inf. e c. p xi. & c. vlt. & de tali hic intellige: in quo nullus audit appellãs sup. de ap. cũ sit Romana. in fi. & c. puenit. & in tali notorio credit simplici officiali 4 q 4. nullus. § aliqñ. Nec requirit sciẽtia oĩum, sed pluriũ, vt qñ oẽs admissum scelus proclamãt: vt 2. q. 1. c. scesus. & c. de manifesta. Notorium iuris est, de quo aliqs condemnatur, vel est in iure confessus, vt hic, & ff. de sta. ho. l. vlt & ff. de re iud. res iudicata. & inf. eo. c. vlt. & in hoc notorio qñq; requirit probato, si negetur. inf. de re iudi. sicut. Notoriũ præsumptum est, vt paternitas, filiatio. ff. de in ius voc. quia semper. & sup. de fil. presby. conquerente. & consanguinitas dr̃ notoria præsumpta. infra de diuor. porro. §. 1. Quòd aliquis sit filius alterius, non posset vere probari. ff. de cond. & demonst. Lucius.

1 Ponebat hic Petr⁹ versus: Quæ vel nemo negat, populo, vel teste probantur, vel se subiiciunt oculis, notoria dicas. Io. An.

†ministeria

†retineatis

† tanq̃ legitur in q̃busdam manuscriptis & male, vt indicat glossa hic verbo: talium.

2 Intellige sano mō, q̃a nō puniũtur hic humano iudicio, sed diuino relinquuntur puniẽda.

3 Idem Host. sed cōtra dicit huic lecturę illa lrã, vt peccandi, & sic posset dici talium quorum fornicatio est notoria, & ab ecclesia non tolera. vnde non determinat, qñ nõ dẽat euitari, sed quo aĩo. secũdũ Pet. & Abb. Io. And.

aliud occultum. Notoriũ diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur. a Occultum b quod ab ecclesia toleratur. Cęterum aliud est, quando crimen notoriũ non diffitetur c presbyter, vel de ipso est canonice d condemnatus. Aliud est pene occultum, e quod ab ecclesia toleratur. Item aliud est à talium f officijs abstinere, vt peccandi licentia cæteris auferatur, & huiusmodi ad pęnitentiæ fructum trahantur: atque aliud si talium tanquam in fornicatione iacentium mysteria † respuantur. Sine dubitatione itaque teneatis, † quòd a clericis & presbyteris quanquam † fornicarijs, quandiu tolerantur, g nec habent operis euidentiam, h licite diuina mysteria audiantur, & alia recipiantur sacramenta ecclesiastica.

¶ Innocentius tertius Exoneñ. episcopo.

¶ *Si fornicatio clerici est ita publica, quod transit in notoriũ, nec accusator nec testis necessarius est: sed si est publica per solã famã, non sufficiunt ad cõdemnationẽ sola testimonia, id est, testiũ dicta non iuratorum: sed si ex hoc oriretur scandalum, inducitur purgatio: in qua deficiens canonice punitur.*

CAP. VIII.

Tva † nos duxit fraternitas cõsulẽdos, si de clericis publice cõcubinas habentibus, qui qñ à te conueniuntur, i se esse concubinarios diffitẽtur, nec apparet cõtra eos legitimus accusator: credẽdũ sit testimonio k bonorum virorũ, inter quos l viuere dignoscuntur.

¶ Nos igitur cõsultationi tuæ taliter respondemus, quod si crimen eorum ita publicum est, vt merito dẽat appellari notorium: in eo casu nec testis nec accusator m est necessarius: cum huiusmodi crimen nulla possit tergiuersatione celari. n Si vero publicum est, non ex euidentia, o sed ex fama in eo casu, ad condemnatio-

a ¶ Condemnatur.] hoc est notorium iuris.

b ¶ Occultum.] q non hẽt vindictam: quia latentia peccata vindictam non 2 habent; 32 q 5. chr. stiana. & tandiu reputatur occultum, licet plures sciant, quãdiu ab ecclesia tolerat, vt hic dicitur. & 25. q. vlt. c. vlt.

c ¶ Non diffitetur.] immo confitetur in iure, & sic est notorium iuris, & sic duob. modis dicitur notorium iuris per confessionem, & per sententiam. inf. eo. c. vlt. vt dicitur in notula ad intelligentiam, & hic Bern.

d ¶ Canonice condemnatus.] in quo casu nullus dẽt audire officium illius; quo etiam casu loquitur prima auctoritas nullus audiat, & c Ber.

e ¶ Occultum. hic distinguitur prout sequitur.

f ¶ Taliũ.] scilicet, qui pene occulti sunt, 3 seu ab ecclesia tolerari, ab officijs taliũ abstinere bono zelo, vt p hoc ad pœnitẽtiã reuertant, pmittit, sed ex contemptu abstinendum non est. q̃a licet in fornicatione iaceant, non sunt contemnendi, vt sequitur, aliud est si tanquam iacentium, & c. quia illud non licet.

g ¶ Tolerantur.] in quo casu loquit secunda auctoritas, non pōt aliquis, & c. Ber.

h ¶ Operis euidẽtiã.] hic explicat notoriũ facti: in quo casu & duob. præmissis. s. cũ sunt condemnati, vel confessi in iure, officia ipsorum sunt respuenda. inf. eod. c. vlt.

Tva nos.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Nos igitur. Ab. Sic.

CASVS. Quidam clerici publice hñtes cõcubinas, qñ interrogabant abepõ suo, negabãt se cõcubinarios esse: & circa eos nō apparet accusator, quærebat, vtrũ credẽdum sit testimonio bonorũ virorũ, inter quos hmōi clerici cõuersant? Rñdet Papa, q si crimen est ita publicũ, vt merito dici possit notoriũ, tunc nec testis nec accusator sunt necessarij, cũ inficiari non possint. Si vero publicũ est, nō ex euidentia, sed ex fama, tũc talia testimonia non sufficiũt ad cõdẽnationẽ alicuius: quia testib. non testimonijs est credẽdum: Sed si de illis talis hẽat suspicio, q scãdalũ generetur, illis est purgatio indicenda: quam si p̃stare noluerint, vel defecerint in p̃stãdo, canonice puniantur. No. q in notorijs facti nō est necessaria probatio. Item notatur q testib. credendum est, non testimonijs. Item qui deficit in purgatione punitur, & tunc fama pro veritate accipit præsumptiue. Item deficere in purgatione, & non subire purgationem, paria sunt, quia in vtroque casu deponitur quis.

i ¶ Conueniuntur.] i. interrogantur.

k ¶ Testimonio.] simpliciter lato sine iuramento. B.

l ¶ Inter quos.] & ideo magis præsumitur, quòd vitam illorum agnouerunt, 23. q. 1. paratus. sup. de præsump. quosdam. & c. quanto. & 12. q. 2. qui & humanis. & 16. dist. quo dicitis.

m ¶ Nec accusator.] 2. q. 1. de manifesta. inf. de accu. euidentia. & sup. de iureiu. ad nostram.

n ¶ Celari.] quia & si vellet celare, negotio nulla esset. C de pœn. qui sententiam 4 ff. de tribu. illud. §. penult.

o ¶ Ex euidẽtia.] si constet aliquẽ hẽre suspectã mulierẽ secum in domo, eo ipso vr̃ probata fornicatio. sup. e. si quis. & c. clericos. & si publice eã detineat, eo ipso conuic.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cōp. Et de materia vide Antonium Gomeziũ cō. 3. variar. resolu. c. 1. & Iuliũ Clarũ in prac. crim. §. fi. q 9. vbi plene inquirũt an in notorijs requirat ordo iuris.

4 Iudex in cã non damnat reum, nisi sit conuictus q vir q̃ cõmisit negare sufficiat. Io. And.

conuictus est, vt inf. c. clericos. aliàs enim nō posset esse certum, nisi per huiusmodi pſumptionem, sup de præsum literis. & c. 3. ergo si hæc notoria non sunt, sed tñ fama sit, testimonia requiruntur, vt sequitur in littera. a ¶ Testimonijs.] ff de testi. l. 3. §. item diuus. & 4 q. 3. ca si testes. §. alia est fides & in Authe. de instr cau. §. si vero. coll. 6. valent tñ talia testimonia ad infamiam alicuius ar. de cōse. dist. 1. iubemus. 24. dist c. 1. & 2 q. 7. cum pastoralis.

b ¶ Scandalum,] ex hoc vr̄ ꝙ pp̄ solam suspicionem siue famam, non est indicē da purgatio, nisi scandalum oriatur. arg 2. q. 5. presbyter, & 3. q. 1. audiuimus. & 2. q. 1. nomen. & infra de accu. qualiter & quando Ber.

A Nobis tua fraternitas.] CASVS. Præcipit Papa epō Pistorieñ. ꝙ mulieres non pmittat cum clericis habitare, nisi tales sint, cū quibus naturale fœdus nihil mali suspicari permittat, vt est mater, soror, amita. No. ꝙ naturale fœdus excludit suspicionem mali.

c ¶ Mulierculas.] 32. dist. interdixit, & 81. distinct. cum omnibus.

d ¶ De illis psonis] arg cōtra sup. eo c. 1. Dic sup hac materia vt ibi notatum est.

e ¶ Naturale.] sic supra de pſum. cum in iuuentute, & C. de epi. & cler. l. eum qui. Ber.

Q Væsitum.] Cōis diuisio. Secūda pars ibi, Verum. Ab. Siculus.

CASVS. Aliq clerici prolapsi sunt in fornicationem: quæsitum fuit à Papa vtrum eorū officium sit audiendum, antequam pœniteāt. Rñdet Papa. licet quilibet suspensus sit pro mortali peccato, quoad se, quantum ad alios tamen suspensus non est. & ideo non debet in officijs euitari, nisi peccatum illud notorium fit vel per sententiam, vel per cōfessionem in iure factam, vel per euidentiam facti, quæ negari nō possit. No. p hanc decr. ꝙ quilibet pro mortali peccato suspēsus est quo ad se. Item notorium trib. modis dicitur, vt hic patet.

[Glossa sequens tractat triplicem suspensionis speciem]

f ¶ Ad seipsum.] no. quod aliquis dr̄ suspensus quo ad se tantum, & non quo ad alios, vt quilibet in peccato mortali constitutus, vt 6. dist. testamentum. & 1. q. 1. sacerdotes. in fi. de temp. ord. c vlt. & hic, & sup. co. vestra. Quandoque tamen quantum ad se & quantum ad alios. 32. dist. nullꝰ & ꝙ præter hæc. & inf. de simo. tanta. & hic in fi. & sup. vo. vestra. qñque aliquis dicitur suspensus quo ad alios, & non quo ad se, vt cum ciuitas vel villa est interdicta propter delictum ciuium, vel secularis potestatis, 1 tunc clerici nō sunt suspensi quo ad se: quia in alio loco possunt celebrare 2 non interdicto sic sup. de cleri. pegr. tuæ.

g ¶ Euitari.] & ita licet aliquis sit criminosus, non debet in officijs euitari, quandiu ab ecclesia toleratur, vt sup. e. ti. vestra duxit, & 15. q. vlt. ca. vlt. nisi in trib. casib. sequentibus, cū quis de hoc sit condemnatus, vel in iure confessus, vel euidentia rei sit factum notorium. De hoc satis dictum est supra eo. vestra.

h ¶ Proposito.] bene 3 dicit in casu pposito, s. de fornicatione, vt in princip. cap. in isto enim casu magis videtur vitandus, cum in alijs non sit quis ipso iure suspensus, quantuncunque crimen fuerit notorium, excepto simoniæ crimine, vbi suspensus est ipso iure, etiā si crimen sit occultum. 32 dist. c. præter. §. verum. 1. q. 1. reperiunt. inf. de simo. tanta, & sic notauit Vincen.

i ¶ Per sententiam.] diffinitiuam 3. supra de ord. cog. cum dilectus, & sup. de exceptio. denique.

nem eorū sola testimonia non sufficiunt: cum nō sit testimonijs,[a] sed testibus iudicandum. Sed si de clericis ipsis talis habeatur suspicio, vt ex ea scandalum [b] generetur in populo, licet contra ipsos non apparuerit accusator, eis tamen est canonica purgatio indicenda, quam si præstare noluerint, vel defecerint † in præstādo, eos canonica debetis † animaduersione punire.

¶ Idem Pistoriensi episcopo.

CAP. IX.

A † Nobis tua fraternitas requisiuit: & infra. ¶ Cū clericis quoque non permittas mulierculas [c] habitare: nisi forte de illis personis[d] existant, in quibus naturale [e] fœdus nihil permittit sæui criminis suspicari.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Clericus concubinarius in officijs vitandus non est, nisi sit notorius.*

CAP. X.

Qvæsitum † est de clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officium priusquā pœnituerint, audiendum. Verum etsi quemlibet pro mortali peccato, quo ad seipsum [f] constet esse suspensum, non debet tamen in officijs euitari, [g] quia quantum ad alios etiam in casu proposito [h] suspensus non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, [i] seu per confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit.

TITVLVS III.

De clericis coniugatis.

¶ Alexander tertius.

¶ *Matrimonium contractum per clericum existentem in sacris, non tenet, secus in minoribus, sed tunc cogitur dimittere beneficium.*

CAP. I.

Si qui clericorum infra subdiacona

DE CLERICIS coniugatis.

Visum est supra de cohabitatione cler. & mulie. illicita: restat videre merito de eorum cohabitatione licita: Vel sic quia qñq; clerici habitant cum mulierib sine figura matrimonij qñq; vero contracto matrimonio: iō cum in præcedenti rubr. fuerit visū de prima cohabitatione, & an quando sit licita, merito subijcitur de secunda. maxime quia poterat dubitari num clerici coniugati possint tenere beneficia, & gaudere priuilegio clericali. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 20. & 31. & 32. dist. per totum. & 27. q. vt lex.

Si qui] Duo sunt dicta. Secundum ibi, Sed si. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd si aliquis infra sacros ordines vxorem acceperit, ecclesiastica beneficia dimittere compellitur, & vxorem retineat. Si vero in sacris ordinibus acceperit vxorem, eam dimittat, & pœnitentiam agat: quod si noluerit, per sniam suspensionis & excommunicationis

¶ In codice Barbiæ ita: vel si defecerint in præstanda.

† debes

† Cap. 2. eo. ti. in 3. comp. Et vide l. eū qui probabilē. C. de epi. & cle. vbi similis est dispositio, & similia dispōnis verba, & concil. ū Triden sessio 25 de reformat. cap. 4.

† De materia huiꝰ decretalis vide plene per Turrecrematam in c. nullus. & ca. præter 32 di. & per Nauar rum in manua li confessario. sum. c. 25.

1 Hæc differūt inter se, vt inf. de sē. excō. si snīa. li 6. 2 rñ. Io. And.

2 Alta voce. nā submisse pñt celebrare ēt in eodē loco. ꝙ dic vt inf. de sent. exc. c. vl. li 6. Ioan. And.

3 Hæc glossa & sequēs nō inuenit i antiqs exēplaribus.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. comp. Et post cōcilium Lateran. sub Alexan. iij. cap. 2. vbi est integra clausula.

cationis compellatur. Not. quod clericus coniugatus in minoribus ordinibus constitutus, debet vxorem retinere, & amittere beneficium ecclesiasticum. Itē clericus in sacris ordinibus constitutus contrahens, debet vxorem dimittere.

[Gloss. seq. reddit causam, & exponit, & ponit simile. allegat duo iura in contrarium, & soluit.]

a ¶ Relinquenda.] & merito compellē di sunt vt eā dimittant; quia vacare intelliguntur ipso iure. Vnde quo ad factum solum siue possessionē retorquetur ista compulsio. sic infra de cōces. præben. litteras. & c. cū nostris. contrario enim facto iuri suo renunciauerunt. ar. C. de fur. l. 1. ar. ff. de trib. quod in hæredē. §. eligere. sicut quis ipso facto renūciat priuilegio clericali. sup. de vita & honest. cleri. c. vlt. infra de sent. excom. cum non ab homine. & c. contingit. 2. arg. contra. 32. dist. si qui vero. & 12. q. 1. quia tua. illa contraria intelliguntur de misericordia, & hodie non tenent ipso iure: ergo clericus cōiugatus beneficium amittit, vt dictū est: nec alicui coniugato potest conferri: & si conferatur, dēt priuari ipso iure, inf. c. proxi. & c. quòd a te. & c. sane. & c. diuersis fallacijs, & ita ius commune est, quod hic statuitur.

¶ Adde q̄d tales ex hoc facto suspecti fiūt de hæresi. Bernar. Diaz in prac. cri. cano. cap. 74. Simancas Catholicis inst. tit. 40.

De hoc articulo an clericus ducens vxorem fit ipso iure beneficio priuatus, an veniat priuandus. vide Ioan. An. hic & plenius. ī. hoc tit. c. Ioānes.

† Cap. 3. eod. tit. in 1. cōp. Et post concilium Laterā. par. 18. c. 5.

tū acceperint vxores, ipsos ad relinquēda [a] beneficia ecclesiastica, & retinēdas vxores, districtione ecclesiastica compellatis.

¶ Sed si † in subdiaconatu, & alijs superioribus ordinib⁹, vxores accepisse noscuntur: eos vxores dimittere, [b] & pœnitentiā agere de commisso, per suspensionis & excommunicationis sententiam compellere procuretis.

¶ Idem Herfordeñ. epo.

¶ Cōiugatus ad administrationem & ad ordinem ecclesiasticum vel beneficium nō promouetur, nisi castitatem promittat, & no sit bigamus.

CAP. II.

Sane: † & infra. ¶ Prouideas attentius, ne deinceps clericus coniugatus ad ecclesiastica beneficia, vel sacros [c] ordines, aut administrationes ecclesiasticas admittatur: Nisi forte castitatem [d] voueret pp̄etuam: & qui vnicam, & virginem [e] habuisset vxorem.

b ¶ Dimittere.] quia nō tenuit matrimonium, & priuandi sunt beneficijs suis, nisi cum eis dispensetur. sup. eo. sane. & 28. dist. presbyterum.

Sane.] Primo ponitur dictum. Secundo exceptio: ibi, Nisi. Abb. Sic.

CASVS. Quia coniugati ad beneficia ecclesiastica promouebantur, præcipit Papa, ne de cętero clericus coniugatus ad beneficia ecclesiastica, vel ad sacros ordines vel ad aliquam administrationem admittatur, nisi forte castitatem voueret perpetuam, & qui vnicam tantum & virginem habuisset vxorem. No. quòd clerici coniugati beneficia ecclesiastica habere non debent, nisi castitate præmissa. Item nullus coniugatus dēt p̄moueri, nisi qui vnicā & virginem habuit in vxorem.

c ¶ Vel sacros.] 28. dist. nullum. & 31. dist. ante triennium. Bern.

[Gl. seq. reci. per contrarium de decr. cum sis, &c.]

d ¶ Castitatem.] sequestrato māsionis cubiculo. 77. dist. eps benedictionem, & hoc intelligo cū ambo processerint in dies suos, vt sine omni suspicione possent separatim manere; aliàs si essent iuuenes, non possent promoueri, nisi pariter ad religionem transirent. inf. de conuer. coniuga. cum sis præditus. & c. ad apostolicā. Vel dic prout not. ī. de conuersi. coniugat. coniugatus, in fine gl. quæ incipit, sed nunquid.

[Gl. seq. arg. & alleg. 3. iura alle. 2. in contrarium: ponit opinionem, & soluit.]

e ¶ Virginem.] arg. q͂ qui corrupit vxorem suam antequam eam duceret, promoueri non pōt, 24. dist. curandum. & c. præc. pimus, & despōsata debet esse in virginitate. 30. q. 5. qualis. arg. contra 34. dist. Valentino. & §. de biga. debitum. Quidam dnt quòd iste non potest promoueri, sed verius est quod potest promoueri: quia causa impedimenti cessat: quia iste non diuisit carnē suam in plures: vnde bene potest promoueri, arg. præd. c. Valentino. & debitum. Ber.

10 ¶ Idem Verulaneñ. † epo.

¶ Si clericus in minoribus beneficiatus matrimonium cōtrahat priuatur beneficio, & quod dedit ecclesiæ, sibi restituitur. h d. Et in hoc vltimo est casus notabilis, & multum allegabilis.

† Verañ. Veruleñ. Ierulaneñ. Velineñ.

CAP. III.

Quod † a te: & infra. ¶ Vtrum clerici infra subdiaconatus ordine constituti, qui carnis deuicti vitio continere non valentes, [f] vxores accipiunt, ecclesiastico beneficio canonice debeāt spoliari. Id volumus te tenere, quòd cū simul voluptatibus & carnalibus desiderijs, ac diuinis & ecclesiasticis obsequijs vacare non valeant, ob immunditiam [g] suam ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, ecclesiasticis proculdubio beneficijs sunt priuandi. [h] ¶ Sa-

Quod à te.] Cōmunis diuisio. Secunda ibi, id volumus. quę sub diuiditur in duas partes. Secunda: ibi, Sane. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam clerici in minoribus ordinibus constituti, accipiebant vxores, dicentes, quòd non poterant continere: quæritur vtrum debeant beneficia retinere? Respondet Papa, quod sunt beneficijs ecclesiasticis spoliandi: quia carnalibus desiderijs & diuinis officijs seruire nō possunt, p̄p indignitatem ipsorum: verū tamen si ecclesijs illis, in quibus intitulati fuerāt, aliquid de bonis suis contulerint: cum ab ecclesijs illis fuerint sequestrati, bona illa restituantur eisdem. No. quòd clerici coniugati beneficia ecclesiastica retinere non debent. Item cum quis recedit ab ecclesia, quod secum attulit, ei dandum est: quod verum est quando auctoritate iudicis recedit, & non sua culpa.

† Cap. 5. eod. tit. in 1. cōp. Et post concilium Lateraneñ. sub Alexan iij. par. 50. c. 7. Et de materia vide Iasonē. & alios in Auth. ingressi. C. de sacro san. eccl.

f ¶ Non valentes.] propter consuetudinem: quia difficile continentiam seruat qui illicito concubitu se maculare non desinit. 34. dist. §. quod vero.

[Gl. seq. reci. per contrarium de cap. Nicœna. & soluit.]

g ¶ Immunditiam.] quæ tamen castitas est cum p̄pria vxore. 31. dist. Nicœna. sed hic appellatur immūditia quo ab obsequia ecclesiæ. vnde illi quib. licitū erat habere vxores, tempore vicis suæ non discedebant de templo, vt nō iungerentur vxoribus. 31. dist. tenere. sed hodie semper est abstinendum, vt ea. dist. c. ante triennium. §. causa. & c. seq. & c. eos.

h ¶ Priuandi.] sup. eodem cap. & cap. 2. & inf. eod. diuersis.

[Gl. seq. alleg. sex concor. alle. in contrarium. 4. iura poni: opi. quæ distinguit an sponte, & c. cui opponit demum aliam opinio. quæ distinguit inter ingressum & non. tertiò aliam. quarto soluit distinguendo inter tacitum & expressum.]

a ¶ Redi-

a ¶ Redire.] simile, 16.q.6.de lapsis. cognouimus,& c. illud, s. de renun. ex trāsmissa, 17. q.4. c. vlt. ff. de col. illicitis, l. 1. in fi. arg cōtra, q̄ nō debeāt ad eum redire. 12.q.2 nulli liceat, 17.q.4. sunt q. opes, j. de condi. ap. verum. in Auth. de mona. § si vero relinquens, coll 1. Super hoc diuersæ solutiones recitari consueuerunt. Aliud est cum quis sua sponte recedit, & tunc nihil ei restituit: in quo casu loquunt cōtraria. Aliud cū iudicis auctoritate: in quo casu intelligitur hoc capitu & cōcordātię hic assignatæ. Sed huic solutioni opponit: 1 iste culpa sua ad hūc casum puenit: ergo dēt sibi imputari, s. de æta. & qual. c. 1. Propter hoc dicunt quidam, q̄ omnis donatio facta eccl. siæ vel monasterio tempore ingressus, tacitam habet conditionem vt duret, eo ibidem pseuerante, ad instar dotis. C. de rei vxo. act. l. vnica §. cū autem, & inf. de do. post diuor. rest. nup. & sic clerico recedente quocunque modo restituuntur ei sua. & idem monacho, vt illa transferat secundo monasterio, ad quod transit; secus est vbi aliquis donat ecclesiæ ad illam nō transiens: quia tunc non reuocatur donatio, quia perfecta donatio amplius non reuocatur, 32.q.1. non n. C. de reuo. dona. l 2 & 3. l. generaliter. & C. de do. quę sub modo vel condi. perfecta. nisi aliqua conditio in donatione expressa fuisset, j. de condi app. verum Verius vī q̄d istud dictum sit de benignitate: & cætera consimilia cōtraria de iure stricto. Vel potest dici, q̄ si expresse res donatæ sunt tempore ingressus, nunquam sunt postea restituendæ, arg. C. si pen appa nors interuenerit, l. 3 & C si re vel acc. a mor tue. l. vlt. nisi gratiam vellet facere clericis. Si vero tacitè, tunc sequun ur personam: & sic potest intelligi quod dic dicitur: quia bona sunt accessoria, & ideo principale sequuntur.

ADDITIO. Istam solutionem posuit Azo. C. de sacrosan. eccle. super auth. ingressi.

† articulati.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cōp. Et unde Felinum in c. ita nos, s. de iureiuran.

† dicenda.

† Aduerte tñ, q̄ ex tali facto pcendi matrimoniū posito in sūt in sacris suspecti fiūt de heresi, vt no. s. hoc tit. c 1.

1 Hæc obiectio non pcedit, q̄ vtitur licentia sibi data ab Apostolo 28. dist. de his. vñ puniri non det, C. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus, ptèrea si eccl. posset retinere illius bona, iam indirectè cogere, q̄d esse non dēt, vt 32. q. 1. integritas, & facit opt. ff. de cditio. instit. q̄ sub cōditione, §. q. subiursiu randi. scdm Goffred. & Phi lo. And.

2 Sequit non pōt esse connubium: q̄ ex nmōi contubernio sē tui nascūtur. Io. And.

ne ecclesijs, quibus intitulati † fuerāt, de possessionibus, aut alijs bonis aliqua contulisse noscuntur: cum ab earundem ecclesiarum ministerio fuerint & beneficio sequestrati, ad ipsos recta via debēt absque cōtradictione redire.[a]

¶ Idem.

¶ Peracta pœnitentia dispēsant episcopi cum sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt.

CAP. IIII.

ij SAne † sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, sed contubernia [b] sunt potius nuncupanda: † post longā pœnitentiam, & vitam laudabilem continentes, officio [c] suo restitui poterunt: † & ex indulgentia [d] sui episcopi eius executionē habere.

¶ Innocentius tertius Norwicēn. episcopo.

ij SAne.] CASVS. Quidam sacerdotes contraxerunt nuptias, quæ potius contubernia sunt dicenda, pter quod fuerunt suis ecclesijs spoliati: quæritur vtrū possit episcopus cum talibus dispensare? Respondet Papa, q̄ post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem possunt per episcopum dispensatiue ad officium suum restitui: & eius executionem habere. No. quòd episcopus potest dispensare cum sacerdotibus, qui contrahūt nuptias, dummodo vxor illa virgo fuerit.

b ¶ Contubernia.] impropriè. inter seruos propriè dicuntur contubernia, C. de incest. nup. cum ancillis. & de [illegible] 15. q. vlt. cum multæ.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

c ¶ Officio.] ar. cōtra. 28. dist. psbyter. Sol. illud de rigore & ante pœnitentiam, & hoc de gratia & post pœnitentiam peractam.

[Gl. seq. signat contrarium & soluit.]

d ¶ Ex indulgentia.] sic epi possunt cum talibus sacerdotibus dispensare, qui cōtrahunt in sacerdotio. ar. contra. s. de big. nuper. Sed illud intellige de eo qui primo in laicali habitu habuerit vxorē, postea sacerdos cōtraxit, ille tāquam bigamus reputatur, propter intentionem cum opere subsecuto. Vnde non possunt ibi epi dispensare. hic vero de his tantum qui contrahunt post ordinem sacrum, & cū virgine.

¶ Auferenda sunt clerico beneficia, quæ habebat tempore contractus matrimonij: collata vero postmodum scienter per episcopum, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem, hoc dicit.

CAP. V.

DIuersis † fallacijs: & infra.

¶ Accepimus autem, quod quidam clerici tuæ diœcesis, qui matrimoniū contraxerunt, ecclesiastica beneficia detinere contendunt: in quorum conuersatione cithara [e] cum psalterio male concordat. Cum ergo vir cogitet, quomodo placere possit vxori: & ideo minus quæ Dei sunt, valeat cogitare: cum quasi diuisus [f] in duo, † plenam sui non habeat potestatem, vt ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur: Mandamus, quatenus huiusmodi cle-

DIuersis.] Clerici in minorib. beneficiati qui matrimonium contraxerunt, beneficijs spoliant. Diuiditur: nam primo narrat factū, quod secundo im pbat: ibi, Cum ergo. duas rōnes reddens: & illud per diœcesanum corrigi mandat vnū casum excipiēs: ibi, Nisi. Abbas.

CASVS. Quidam clerici contraxerunt matrimonia: nihilominus beneficia ecclesiastica retinere contendunt: quærit quid iuris sit? Dicit Papa, cum ergo vir cogitet quō placere possit uxori, & ideo circa ea, quæ Dei sunt, minus valeat cogitare: quia quasi in duo diuisus plenam sui non habet potestatem, mandat episcopo Norwicen. quòd huiusmodi clericos ecclesiasticis beneficijs debeat spoliare, cum ecclesiasticarum rerum substantia per tales soleat deperire: nisi ipse scienter contulerit beneficia: & tunc non per ipsum, sed suum superiorem priuentur beneficijs illis. No quòd iura ad ea adaptantur, quæ frequentius accidunt. Item coniugati de iure beneficia ecclesiastica habere non debent. Item substantia ecclesiasticarum rerum sæpe deperit per tales, vnde ad administrationem earum admitti non debent. Item quis non potest contra factum suū venire.

e ¶ Cithara.] per citharam intellige vitam actiuam, seu laicalem: per psalterium intellige vitam cōtemplatiuam siue clericalem: sed aliquis nō posset esset simul contemplatiuus & actiuus, & sic coniugatus ecclesiam habere non debet: quia non bene conueniunt, s. eod. quoniam a te. Cōtra. s. de renun. nisi cum pridem. vbi quis potest esse contemplatiuus pariter & actiuus. Sed de alia contemplatione dicitur hic.

f ¶ Diuisus.] quia pluribus intentus minor est ad singula sensus: & dum ad vtrumq; festinat, neutrum bene perficit 16. q. 1 presbyteros, C de assesso. nemo.

ADDITIO. Vnde versus.

Qui binos lepores vna sectabitur hora:
Vna quandoque, quandoque carebit vtroque.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cōp.

† Vide l. plures, vbi gl & doctor. ff. de pactis.

a ¶ Deper-

1 Hęc glossula, non hr̃ in antiquis exẽplaribus.

a ¶ Deperire.] 48. dist. de Siracusanæ.
b ¶ Scienter. secus 1. si ignoranter: quia tunc posset eos priuare. sup. de elec. cum Vintonin̄.
[Gl. seq. arg. alle. quattuor iura in contrarium alle. sex ponit duas opi. s. Io. & Lau.]
c ¶ Non per te.] argumen. quod nemo potest venire contra factum suum. simile de fili præsby. veniens. 12. q. 2. monemus. ff. de adop. post mortẽ. & ff. de ser. rust. p̃di. p fundũ arg. contra sup. de elec. nosti. inf. de p̃b. cũ. nõ ignores. inf. de re. ecc. nõ alie. si quis p̃sbyterũ. 55. di. pęnitentes & 35. q. 9. quod quis commisit. & C. de agric. & cẽsi. queadmodũ. lib. 11. Ad hoc dicit Ioan. q̃ vbi agit de reuocatione rei male alienatæ, idẽ q alienauit, põt repetere: qm̃ qlibet i alienatione rei ecclesiasticę audit volens contradicere. 12. q. 2. non liceat Papæ. tũ in fauorẽ ecclesiæ, tũ in odiũ illius, qui recipit rẽ ecclesię minus lıcıte. 2. Vbi vero agit de repetitione bñficij, secus est: & hoc ideo, ne detur via male volẽtib. reuocare liberalitates suas, vt 16. q. 2. uisis. & C. de do. si quis argẽtũ. §. fi. & quia hic est tm̃ fauor, & non odiũ. Laurentius dixit, q̃ ibi factũ reprobat a iure, ille idem qui fecit, potest uenire contra factum suum, nisi in pœnam ei interdicatur, ut hic in verecundiam epi hoc fit, qui scienter talibus contulit beneficia. vbi autem factum non tenet ex alia causa, puta in re communi, ibi qui concessit non potest uenire cõtra, vt in l. per fundum, quia quod suũ proprium erit concessit Cap. illud ueniens. loquitur dispensatiue, & illud soluitur ibi Cap. monemus. intelligitur postquã iam depositus est alienator: ne sit contra c. illud quod quis commisit.

† In codice Barbatię ita: sed per superiorem tuũ, &c.

† Cap 2. eo. ti. in 3. cõp.

† Aglon̄.

† Triacap̄.

2 Ioannes Monachus tibi abten. de præb lib. 6. dicit, q̃ prælatus non agit nomine suo, sed alieno sicut procurator non dominus. supra de nou. c. 2. de dil. litterę. & ob hoc male agens alienando, de quo non habet mandatum, agere potest de reuocando, de quo habet mandatum aa h. c. ff. de procur. qui duos. & l. seq. Io. And.

[Gl. seq. quarit, & soluit.]
d ¶ Spoliandos.] sed quis conferet illa beneficia post spoliationem? Credo q̃ conferri debeant secundum dist. illius c. sup. de elec. cum in cunctis. in fi. & cap. nihil est vt si canonici consenserunt episcopo, per archiepiscopum conferantur: si non consenserunt, per capitulum conferantur, & hoc in illis beneficijs, in quib. deuoluitur potestas à capitulo ad episcopum, & econuerso: in alijs per archiepiscopum, per quem isti remouentur.

Cum olim.] Communis diuisio. Secunda ibi, Nos igitur. Ab. S. c.

CASVS. Vacãte Anglorieñ. ecclesia, canonici eiusdẽ cantorem Tricarien̄ in epm elegerunt: archiepiscopus Archerontinus electionem illius examinans & personam, inuenit q̃ pater eius sacerdos & Græcus fuit, & iuxta morem Græcorum in minoribus ordinib. constitutus uxorem duxit, & ex illa in sacerdotio suscepit eundem: dubitauit archiepiscopus, vtrum electionem illam deberet confirmare? Consultus Papa rem considerans, q̃ orientalis ecclesia non admisit votum continentiæ, immo in minoribus ordinibus contrahere possunt, & in superioribus matrimonio uti contracto: mandat q̃ si aliud non obsistat, illum confirmet, nisi consuetudo regionis repugnet, p eo q̃ inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur. No. q̃ occidentales clerici tenentur ex voto ad continentiã, licet quidam dicant quòd ex constitutione ecclesiæ tantum. Item Græci possunt contrahere in minoribus ordinibus constituti, & in superioribus vt matrimonio. Item consuetudo regionis eum facit ineligibilem, qui aliàs est eligibilis.

... ticos beneficijs ecclesiasticis, quæ in tua diœcesi sunt adepti, priues appellatione remota: præsertim cum rerum ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire.[a] Nisi forte tu talibus scienter[b] contuleris ecclesiastica beneficia: quibus eos non per te,[c] sed † per superiorẽ decernimus spoliandos.[d]

¶ Idem Archerontino archiepiscopo.

¶ *Filius sacerdotis Græci ex uxore genitus, licite inter Latinos promouetur, si scandalum non obsistat h. d. Et est casus notabilis.*

CAP. VI.

Cum † olim ad nostrã audientiam peruenisset, quòd canonici Anglorien. † cantorem Tricarieñ. † sibi elegerant in pastorem: & infra. ¶ Licet tibi de forma electionis canonicæ, ac idoneitate personæ, int† alijs cõstitisset: mouit te tñ, q̃ cum pater eius Grecus fuerit, † & iuxta ritum Græcorum vxorem duxerit † in minorib.[e] ordinibus cõstitutus, cantorem ipsum ex vxore legitima in sacerdotio suscepisset. ¶ Nos igitur attendentes, quod Orientalis ecclesia votum[f] continentiæ non admisit: quoniam Orientales in minoribus ordinibus † contrahunt: & in superioribus vtuntur matrimonio iam contracto: Mandamus, quatenus nisi pro eo, quòd inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur, regionis cõsuetudo repugnet:[g] si aliud (canonicum†) nõ obsistat, ad confirmationem, & consecrationem eiusdem, sine dubitatione procedas.

† al. ita: & in alijs, &c.

† fuerat

† duxerat

† al. ita: in minori. ordinibus constituti contrahunt.

† Vox, canonicum, deest in antiquioribus.

e ¶ In minoribus.] vt 32. dist. si quis eorum.
[Gl. seq. ar. q̃ clerici occidentales. &c. & ponit duas opiniones, & suam solutionem.]
f ¶ Votum continentiæ.] 31. dist. Nicæna. & c. qm̃, & c. aliter. Et sic est arg. ex hoc, q̃ occidẽtales clerici ex voto ad cõtinẽtiã tenent, q̃d quidã negant dicentes, q̃ tm̃ ex cõstitutione ecclesię hoc fit. arg. 84. dis. cum præterito. vñ 3. dicunt. q̃ Papa potest dispensare, vt aliquis contraheret in sacro ordine, et si concederetur q̃ contra votum dispensare non posset. Vin. dixit, q̃ vbi clericus in ordinum promotione exprimit uotum, tenetur ad id: & si Papa dispensaret in hoc, contra uotum dispensaret. Si vero nõ exprimit: si p̃mouendus est iurisperitus eodẽ modo teneret. Si vero est iuris nescius, non tenetur ex voto, sed ex constõne. Et si Papa dispensat cũ tali, non intelligitur dispensare contra votum, sed contra cõstõnẽ ecclesiæ: tñ non dispensat q̃ aliquis in sacro ordine contrahat. Illud verum est. q̃ ex constõne ecclesia introductum est, vt qui ad sacros ordines vult promoueri, prius continentiam dẽat profiteri expresse. 28. dist. c. nullum, aut etiã tacite, vt ea dist. diaconi. ar. Eo enim ipso quod quis promouetur ad sacrum ordinem, tacite intelligitur vouere cõtinentiam, & si nulla fiat mentio de voto continentia.
g ¶ Repugnet.] sic ergo cõsuetudo facit aliquẽ ineligibilẽ, qui aliàs eligibilis est. 4. sic & qui legitimus est ad matrimonium contrahendum, per cõsuetudinem fit illegitimus, inf. de cogna. spiri. c. super eo. & 32. dist. placuit, & sic consuetudo arctat & ampliat iurisdictionẽ. sup de offi. deleg. quod translatione. ff q̃d vi aut clam. l. 3. §. non tantum. Et sic consuetudo in electione præcipue consideratur, sup. de cau. pos. cum ecclesia, & sup. de consue. cum dilectus, & 24. q. 1. pudenda. arg. ff. de decu. l. non tantũ. argum. contra, sup. de consue. cum venerabilis. Ioan. And.

3 De materia huius glossæ grauis est concertatio interdoctores sed uide B. Thomã & ibi Caietanum. 2. 2. q. 88. art. 11. & Turrecrematã in c. de illo clerico. dist. 32.

4 Et ecõuerso. 22. distinctio nos consuetudinem. 1. di. c. pe. Inn. super ru. de cõsue. quod tñ scripsi eo. ti. c. fin super gl. & quam. post pr. n. dicit, q̃ hic scandalum facit istum inelegibilem potius q̃ consuetudo, sic econuerso in c. nos consuetudinem, fuit disputatio pp scandalum potius q̃ cõsuetudo. Idem H. de tẽp. or. cũ sec. dũ ubi uide superuer. Latini. ad fi. Ioan.

Ioan.

¶ Idem episcopo Pictauien.

¶ Clericus coniugatus nō beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram.

CAP. VII.

IOannes† nobis conquerendo mōstrauit, quod tu eum, quamquam iā dudum vxorem legitimā duxerit, pro eo qđ prius in acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, vt tonsuram deferat clericalē, ex qua inter ipsum & vxorem suam posset scandalū generari: cū de consuetudine terræ tuæ clerici vxorati non cogantur inuiti, portare tonsuram. ¶ Quoniam igitur idē etiam tonsuratus non potest a priuilegio clericali gaudere: Mādamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes: dūmodo nullū percipiat beneficiū ecclesiasticum, b cuius rōne teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum eum oporteat sæcularib. negotijs immisceri, tonsura ipsius sæcularia exercentis, videretur profecto in ministerij nostri vituperium redundare.

¶ Idem.

¶ Vxorati non admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent.

CAP. VIII.

CVm† decorē: & infra. ¶ Eos, qui sunt publice vxorati, nō admittati: c de cętero ad ecclesiasticas dignitates: dimissis d ab eis, quas non possunt sine prauo exemplo, & graui scandalo e retinere.

¶ Hono. iij. H. quondam reginæ Anglorum.

¶ Clerici coniugati in rebus suis non gaudent priuilegio clericali.

CAP. IX.

EX† parte tua fuit propositum, quòd nonnulli litterati terræ tuæ (habitu, & tonsura cleri-

IOannes.] Primo ponitur qđ. Secundo Papæ diffinitio: ibi. Quoniam igitur. Abbas. S. culus.

CASVS. Quidam noīe Ioannes in acolythatus ordine constitutus, contraxit matrimonium cum quadam muliere dimissa tonsura: episcopus loci compellebat eū tonsuram clericalem portare, propter quod uxor eius scandalizabat, de ɔsuetudine tñ loci clerici nō compellebantur inuiti portare coronam: unde iste Ioannes ɔquestus est dño Papæ: super hoc scribit Papa episcopo dicēs, ꝙ idem clericus etiā tonsuratus, non potest priuilegio clericali gaudere: vnde mandat quatenus dictum Ioannem super tonsuratione huiusmodi non molestet, dummodo nullū beneficium ecclesiasticum recipiat, ratione cuius dēat portare tōsurā: quia hmōi tonsura redundaret in opprobrium ordinis clericalis, cum ipsum oporteat negotijs sæcularibus immisceri. No. ꝙ clericus ɔiugatus ēt tonsuratus nō gaudet priuilegio clerici. Itē clerici ɔiugati non dent compelli ad portandum tonsuram clericalē in scandalum uxorū, dummodo beneficium ecclesiasticum non percipiant.

[Glo. seq. obijcit, & soluit distinguendo duplex priuilegium.

a ¶ Non potest.] arg. contra, quòd clericus etiam non tonsuratus gaudet priuilegio clericali usque ad trinam admonitionem. j. de sen. excom. si uero aliquis, & cap. in audientia, & c. cōtingit. immo nec posse renunciare, vt c. contingit & s. de foro cōpe. si diligenti. ergo multo fortius tonsuratus retinet priuilegium, & clericus vxoratus tenet portare coronam. s. de vi. & hone. cle. clericus. De quo ergo priuilegio intelligit? Dicas, quòd nō loquitur de illo priuilegio 17. q. 4. si quis suadente: qa clericus tonsuratus volens uti priuilegio clericali, etiā uxoratus habens intentionem redeundi ad clericatū, illi priuilegio non potest renunciare, 1 præcipue si recipiat beneficium ecclesiasticum, ut patet per iura prædicta: & alias tenetur portare tonsuram. sup. de vi. & hone cle. clericus. cum clericus etiam depositus teneatur viuere secundum regulam ecclesiasticam 81. dist. dictum. Vbi clericus coniugatus nullum percipit beneficium ecclesiasticum, & qui nullam spem habet redeundi ad clericatum, nullo priuilegio clericali gaudere debet, nec est compellendus aliquid de clerico ostēdere, vt ille qui contrahit cū uidua 82. dist. quisquis. 2 unde iste non erat compellendus ad tonsuram, cum nullum beneficium ecclesiasticum habuit. j. eo. c. vlt.

quod ergo dicit; etiam tonsuratus priuilegio non potest clericali gaudere, intellige de priuilegio, ꝙ clerici habent, ne vexentur aliquibus exactionibus in personis, vel rebus proprijs. & C. de epis. & cler. l. 2. hoc priuilegium perdit clericus post trinam admonitionem. s. de vi. & hone. cle. ca. vlt. inf. eo. ex parte. ergo multo fortius cōiugatus & tōsuratus, qui exercet negotia sæcularia, isto priuilegio gaudere non pōt. sicut iste de quo loquit decr. Priuilegiū clericorū in multis ɔsistit, & licet in vno amittatur, in alio adhuc retinetur.

ADDITIO. Vide c. 1. eod. tit. [lib. 6.] ꝙ est singulare pro materia ista.

b ¶ Bñficiū ecclesiasticum.] clericus 3. coniugatus ex dispēsatione Papæ pōt beneficium habere. Vel secundum Host. intelligitur de clerico coniugato habēte stipēdium ab ecclesia, nō tamen in titulum: nam si consuetudo est, tonsuram ferre debet.

CVm decorem.] CASVS. Dicit hic, ꝙ clerici vxorati non dēnt admitti ad ecclesiasticas dignitates, & si quas habent, illas amittant: quia sine scandalo & malo exēplo eas retinere non possunt. Nota quòd clerici vxorati non debēt admitti ad ecclesiasticas dignitates, & habitas amittere debent.

c ¶ Non admittas. sic sup. eo. c. sane.

d ¶ Dimissis.] q. a coniugati simplicia bñficia possidere non possunt, ideo eis sunt priuandi. s. eo. c. 1. & c. diuersis. & c. quod ad te. & c. sane. Ber.

e ¶ Scādalo.] ob hoc solum qnq; repellitur quis à beneficio. s. de præb. cum teneamur. quia nihil cū scandalo facimus [illegible]. de præscrip. nihil prodest. sup. de temp. ord. ad aures.

EX parte.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Cum igitur. Ab. Sic.

CASVS. Quidam litterati de terra & regione Anglorum, habitu & tonsura dimissis ducunt uxores: tamen ad hoc ut declinent iurisdictiōnē reginæ, & eam defraudēt debitis obsequijs, tonsuram resumunt. Insuper quidam alij prima tonsura recepta similiter contrahunt, & eam deferunt, ut excusari ualeant prædictis: significauit hoc regina dño Papæ, & ipse rñdet, cum ergo reddenda sint Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei: patienter sustinebit si à talibus clericis iustitias suas exegerit, sicut ab alijs coniugatis. Not. ꝙ cuilibet ius suum seruandum est. Item clerici uxorati amittūt priuilegium clericale.

a ¶ Consue-

¶ De materia huius decretalis, an clericus coniugatus gaudeat priuilegio clericali uide Geminianum in ca. 1. eod. tit. lib. 6. & Lapum al leg. 40.

1 Adde tex. in l. pen. §. ad crinē, & ibi Bar. ff. de publ. iud. Spec. in tit. de sta. mo. uer. 36.

2 Adde & J. de big. alter cationis. lib. 6. Io. And.

†Cap. 4. eod. tit. de uita & hone. cler. in 3. compila.

3 Hæc glossula, ut patet, non habetur in antiquis iudicibus.

† De materia uide Geminia. Glosā & alios in c. 1. eo. tit. li. 6. & Baldum in margariti uerbo, clericus.

a ¶ Consuetis iustitijs.] prætextu huiusmodi clericatus declinant subire iudicium reginæ, nec volunt ibi respondere alicui conquerenti.
b ¶ Obsequijs.] id est angarijs, & perangarijs, a quibus clerici debent esse immunes. inf. de immu. eccl. nō minus. & C. de episc. & cler. l. 2. & 16. quæst. 1. § nouarum.
c ¶ Quæ sunt Dei Deo.] Verba ista sūt 23. q. 8. c conuenior. in fin. & c. seq. vnde ecclesia de agris suis tributum soluit imperatori. 11. q. 1. si tributū, & ca. magnū. & 23. q. vlt. tributū & c. conuenior.

ADDITIO. Vnde versus.

Reddite (Christus ait) ea quæ sunt Cæsaris illi:
Reddat quisque Deo quæ legit esse Dei.

Mat. 22. Marc. 12. Luc. 20.

[Glo. seq. signat cōtrarium & remittit]
d ¶ A talibus.] & sic patet, quod clericus coniugatus & tonsuratus non gaudet priuilegio clericali, vt supra eod. Ioannes. De hac materia dic vt ibi, immo & clerici nō coniugati perdunt hoc priuilegiū post trinam admonitionem, dum se immiscent negotijs sæcularibus, vt sup. de vi. & hon. cle. c. vlt. Item arg. contra, de sent. excom. contingit Solue vt ibi.

† dimissis. † duxerunt. † reasumūt. † eo.

† al. ita, vt à talibus &c. sed in antiquis legitur vt est impressum.

Dicebat hic Abbas, quòd in his, quæ pertinēt ad res subsūt[?] temporali. in his verò quibus vrge[?] persona, secus. dic vt inf. eo. c vni. li. 6. Io. And.

relictis†) publice ducūt † vxores, & infra. ¶ Vt tamē cōsuetis iustitijs, [a] & debitis obsequijs [b] te defraudent, tonsuram resumūt † abiectam, & infra.
¶ Quidā enim accepta prima tonsura similiter cōtrahunt, & eandem tonsuram deserunt, vt eodem † prętextu excusari valeant a prædictis, & infra.
¶ Cū igitur reddēda sint quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo, [c] æquanimiter duximus tolerandum, si † a talibus [d] iustitias debitas velut ab alijs vxoratis exigas, & seruitia consueta.

¶ Idem.

¶ Si clericus in minoribus militet, non est cogēdus deferre tonsuram, vel habitum clericalem.

CAP. X.

Vt consultationi tuæ breuiter satisfiat, Respōdemus, quod R. miles tuæ diœcesis, q. cū olim in minori esset constitutus [e] ætate, tonsuram tātum & coronam clericalē assumpsit, nō est cogendus [f] deferre habitum clericalem.

VT cōsultationi.] CASVS. Quidā constitutus in minori ætate, tonsuram & coronā clericalem accepit, postea factus fuit miles: quærebat an deberet compelli portare habitum clericalem? Et respōdet quod non debet compelli. No. quod si tonsuratus ad militiam se transfert, non est compellendus deferre tonsuram.
[Glo. seq. ponit opinionem quam reprobat]
e ¶ Constitutus.] ob hoc sumunt quidam argu. quòd propter minorem ætatem excusetur ne portet coronā. sed hoc non est verum. vnde dicas, maximè, vt sup. eo. Ioannes. vbi de hoc.
f ¶ Non est cogendus.] quia licitum est ei renunciare huic priuilegio clericali, cum nullum recipiat beneficium ecclesiastic. cum, vt dicit decret. Ioannes.

DE CLERICIS NON RESIdentibus, &c.
¶ Quia clerici nō solum inhoneste viuūt sectādo mulierū consortia, sed etiā in beneficijs eorū nō residēdo, & fructus eorū capiēdo, merito subijcit hæc rubrica. Ab.
De hac materia tractatur 7. q. 1. per totum. & principaliter, c quia frater, §. ambitionis.

NON liceat episcopo.] primo ponitur dictum. Secundo ratio: ibi, Manifesta. Tertio rationis ratio: ibi, Cum nullus. Abbas.
CASVS. Statuit concilium Sardicense, quod nullus episcopus trāseat ad aliam ciuitatem de sua ciuitate, cum causa quare hoc fiat, videatur manifesta, s. ambitio: quia nullus reperitur, qui de maiori ciuitate transire velit ad minorem. Nota hic dubia in peiorem partē interpretari. Item qui crescit, de minori ad maius crescere debet.
g ¶ Transire.] sine licentia domini papæ, vt 1. q. 1. si quis. alias perderet habitam & ambitam. supra de transla. inter corporalia. & capitu. quanto. nec alij inferiores sine licentia sui episcopi. sup. de renunciatione. admonet.
h ¶ Manifesta est enim causa.] scilicet ambitio maioris dignitatis. Est hic argum. dubia in peiorē partem esse interpretanda. supra de elect. c. 2. Arg. contra inf. de regu. iur. estote. & ff. de rebus dub quoties 2.
ADDITIO. Sed istud est propter talē præsumptionem.
i ¶ Ad minorem.] nec tamen illud est faciendum: quia qui crescit, de minori ad mai9 crescere debet. 93 dist. legimus, in fi. & sup. de transla. c. 1. & 74 distin c ge sta. argum. Facilius enim dispensatur, vt quis transeat ad maiorem, quàm ad parem, vel ad minorem, propter maiorem vtilitatem. sup. de translat. licet. Bernard.

TITVLVS IIII.

De clericis non residentibus† in ecclesia † vel præbenda.

¶ Ex concilio† Sardicensi.

¶ Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad aliū episcopatum, ipsum acceptādo: alias priuatur habito & ambito, & hoc intendit cum glossa.

CAP. I.

NOn liceat episcopo de ciuitate sua trāsire [g] ad aliam: Manifesta est enim causa, [h] pro qua facere hoc attentat, Cum nullus sit inuentus episcopus, qui ad minorem [i] de maiori ciuitate transiret.

¶ Leo tertius.

¶ Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo non residet. h. d. Et est iste textus multū notabilis.

CAP. II.

EX † gestis, & īf. ¶ In synodo Anastasius pSbyter Cardinalis tituli beati Marcelli, ab oīb. [k] canonice est deposit9. [l] Eo qđ pa-

EX gestis] primo narrat dispositionem Cardinalis. Secundo eius causam: ibi, Eo quod. Abbas.
CASVS. Quidam presbyter Cardinalis tituli sancti Marcelli, per quinque annos deseruit parochiam suam contra canones: & quia admonitus redire noluit, in synodo priuatus fuit dignitate sua. Nota quòd prælatus non debet ecclesiam suam derelinquere, quod si fecerit priuari debet per sententiam.
k ¶ Ab omnibus.] id est, omnibus approbantibus suam depositionem: quoniam solus papa ipsum deposuit.
l ¶ Depositus.] id est, a dignitate sua remotus, 2 eo primo monito legitimè vt rediret. inf. eo. c. inter quatuor. & c. vlt. & alias non debet priuari quantumcunque vagabundus discurrat. inf. eod. ex tuæ.

†De materia huius tituli vide quid nouissime cauerit cōci. Trid. sess. 6. de refor. c. 1. & 2. & sessio. 23. de reforma. cap. 1.
† al ita, ecclesia præbēda-ria.
† Concilium Sardicē. c 1. Burchar. lib. 1. decre. cap. 19. Iuo. par. 5. cap. 125. huc spectat canon. Apostolorum 14. vbi vid. Theodorum. Balsamonē.
† Cap 2. eod. tit. in 1. compil.
2 Et plures testes requirūtur ad eū cōuincendū. 2. q 3 Psul. & c. sequen. Io. And.

rochiam suam per annos quinque, contra canonum instituta † deseruit: & in alienis vsque hodie demoratur.

¶ Ex concilio Lateran.†

¶ Vni plures dignitates vel ecclesiæ conferri debent, & ecclesia est conferenda illi, qui residere & regere valeat per seipsum: alias perdit ecclesiam, & donans conferendi potestate priuatur.

CAP. III.

QVia nonnulli modũ auaritiæ non imponentes, dignitates [a] diuersas ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales, cõtra sacrorũ canonũ instituta [b] nitũtur accipere, vt cũ vnum officium vix [c] implere sufficiant, stipendia sibi vẽdicẽt plurimorũ: ne id † de cætero fiat, districtius inhibemus.

¶ Cũ igitur ecclesia vel ecclesiasticũ ministeriũ † committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsam [d] valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit: & qui receperit, quod contra sacros canones accepit, † amittat: & qui dederit, largiendi potestate priuetur. [e]

¶ Alexan. iij. Eboracen. archiepiscopo.

¶ Præsentatus ad ecclesiam non confirmatus, si apparet quod nolit residere, non debet institui per superiorem: confirmatus autem & ex non iusta causa non residens, priuatur appellatione remota.

CAP. IIII.

RElatum † est nobis, ꝙ cũ in Lateranen. cõcilio [f] statutum sit, vt personæ tali ecclesia vel beneficium ecclesiasticum cõferatur, quæ residere in loco, & curã eius per se valeat exercere; nonnulli ad ecclesias præsentati hoc se posse affirmãt, sed efficere contradicunt: [g] & inf.

¶ Cũ igitur verba accipiẽda sint cũ effectu, [h] tales si † p̃sẽtati fuerint, nõ debẽt admitti, et admissi poterũt amoueri: [i] nisi forte de li-

QVia nonnulli.] Tria facit. primo ponit vitium. Secundo adhibet remedium: ibi, Cum igitur. Tertio imponit pœnam: ibi, Quod si. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam cupiditate ducti diuersas dignitates, & plures parochiales ecclesias contra canones recipiunt, quibus deseruire nõ possunt, cum etiã vni ecclesiæ vix sufficere possunt: statuit Lateranen. concilium: quod istud de cætero nõ fiat: sed cum beneficium ecclesiasticum cõmitti debuerit, tali committatur personæ, quæ residere in loco possit, & per seipsum officium suum exercere: & qui contra hoc fecerit, quod accepit amittat: & ille qui dedit, conferendi potestate illa vice priuetur. Nota quod nullus potest habere plures dignitates, vel plures parochiales ecclesias. Item per seipsum debet quis residere, & non per vicarium. Item qui indigno confert beneficium, debet priuari potestate conferendi beneficium illud, & vt indignus debet remoueri.

[¶ Glossa sequens ponit quinque modos, quibus accipitur dignitas.]

a ¶ Dignitates.] dignitas dicitur quandoque quædam prærogatiua in ecclesia, quæ alio nomine personatus appellatur, vt hic, & sup. de rescr. ad aures. & inf. de præb. de multa. quãdoque enim accipitꝰ pro sæculari prærogatiua. 23. q. 5. administratores. & 43. dist. c. 1. Interdũ pro potestate accipitur. ff. de off. quæsto. l. vnica. in princ. Interdum pro ordine. 4. distin. denique. Quandoque pro conditione accipitur: vestire enim debet fructuarius seruos secundum dignitatem eorum, id est, cõditionem. ff. de vsufr. & quemadmodum quis vtatur, sed si quid. §. 1. De pœna istorum qui retinent plures dignitates, habes. inf. de præb. de multa. & sup. de elec. dudum 2. & inf. eo. conquerente Vinc.

b ¶ Instituta.] vt 21. quæst. 1. per totum. & 10. quæ. 3. vnio. & 16. quæstio. vlt. per laicos, & 89. distin. singula. & supra de ætate & qualitate, eam te. & infra eod. conquerente.

c ¶ Vix.] 16. quæstio. 1. presbyteros. & C. de assesso. l. nemo.

d ¶ Per seipsam.] hoc quidem ius commune est, vt in ea ecclesia in qua intitulatus est, debeat deseruire 21. q. 1. c. & 70. dist. sanctorum. & 71. distin. cap. clericos, & 91. dist. Eleutherius. Quandoque tamen [1] in casu potest quis seruire per vicarium, vt cũ parochialis ecclesia annexa est dignitati vel præbendæ. inf. de præbendis, extirpandæ. §. qui verò, & cap. exposuisti. Sunt autem quædam, quæ per alios fieri non possunt de iure, vt officium in ecclesia, nisi in casibus vt dixi, vt hic patet. ff. de solutionibus, inter artifices. & sup. de officio delegati, quoniã apostolica. § 2. argu. 2 q. 3. c. si quẽ. §. abolitio. Quædam verò sunt, quæ per alios fieri possunt C. de caduc. toll. l. vnic. §. sin autem.

e ¶ Priuetur.] inf. de præben. de multa. & sup. de electio. cũ in cunctis & ibi augetur pæna, & dic, priuetur ea vice. Ber.

RElatum.] primo ponitur excessus. Secundo prouisio: ibi, Cum igitur. Abb.

CASVS. Dictum est in prædicto concilio, quod ecclesia vel beneficium ecclesiasticum tali personæ debet committi, quæ per se curam ipsius valeat exercere. sed quidam affirmant se hoc facere velle, sed illud efficere contradicunt: peruenit hoc ad papam: vnde mãdat papa archiepiscopo Eboracen. quod cum verba cum effectu sint accipienda, si tales præsentati fuerint, ipsos nõ admittat, & ꝙ recepti sunt, remoueãtur, nisi de licentia suorum prælatorum fuerint absentes, puta studio litterarum, vel alijs honestis causis: & si contra hoc appellauerint, eorũ appellatio non valebit. Nota ꝙ ex promissione sua quis obligatur. Item verba cum effectu sunt accipienda. Item non debet quis se absentare ab ecclesia sua sine licentia sui prælati, quantumcunque causam habeat honestã. Item si aliquis appellet ne faciat residentiam, non valet appellatio; sed hoc intellige de eo, qui promisit residentiam.

f ¶ Lateran. concilio.] sup. cap. proxi.

g ¶ Contra [illegible].] ipso facto, recedendo scilicet.

h ¶ Cum effectu.] nota quòd verba cum effectu sunt accipienda. de pæni. dist. 1. cap. hæc autem verba. & ff. ne quis eum qui in ius voca. est. l. si per a ium. §. docte. ff. quod quisque iur. l. 1. §. hoc autem. C. communia de leg. l. 2. & 17. quæst. 4. si quis suadente. & 23. distinctio. psalmista. & 16. quæstio. 1. in canonibus. versicu. custodes chartarum. & c. 9. quæstio. 2. [illegible]. ex quo enim intitulati sunt, debent ibi perpetuò permanere. 70. distinct. sanctorum. & 72. dist. cap. clericos. & 21. q. 1. cap. 1.

i ¶ Amoueri.] inf. de præben. quia intantum. & c. cum

non

† Statuta.

† Concilium Laterañ. sub Alex. iij. cap. 13. nã cũ aliud non dicitur, intelligendum est Laterañ. sub Alex. iij. & hr̃. ca. 3. eod. tit. in 1. compil.

† al. ita, vt id de cætero nõ fiat.

† officium.

1 Vide concilium Trid. sess. 6. de reforma. c. 2.

† receperit?

† Cap [illegible] ti i 1. c [illegible]. Et post concilium Lateranen. sub Alexand. iij. par. 15. ca. 8.

† In [illegible] Barbatiæ ita: tales si præsentati fuerint, non admittãtur, sed admissi poterunt amoueri.

non ignores, præmissa tamen admonitione. ℑ. eod. inter. & c. vlt. & c. ex tuę.

Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a ¶ Prælatorum.] clericus enim sine licentia sui plati abesse non debet, etiam ex iusta causa, siue causa studiorum, vt hic patet: siue alijs iustis causis, puta causa peregrinationis. de consec. dist. 5. non oportet. vel pro negotijs suis. 7. q. 1. præsentiū. ergo multo minus abesse debet ex non iusta causa.

b ¶ Diffugium.] arg. contra. s. de appella. peruenit. Sol. hic loquitur de eo qui habet curam animarū, & qui expresse pmisit residere: ibi de simplici beneficio & de eo qui expresse non promiserat residere: ibi tantum pendente appellatione per alium deseruitur in ecclesia de beneficio illius.

c ¶ Decreti.] de hoc no. s. eo. c. proxi. Ber.

FRaternitati.] CASVS. Dicitur quòd clerici alterius diœcesis, non recipiantur sine litteris commendatitijs suorū epōrum, nisi super hoc apostolicum habeatur mandatum. Not. quòd credit litteris episcoporum.

d ¶ Cōmēdatitijs.] litteræ commendatitiæ siue dimissoriæ dicuntur, quibus dimittit & absoluitur a potestate sui episcopi in quibus probetur testimonium r de vita & ordinibus illius. De istis litteris satis habes, 71. dist. c. primatus. & c. extraneo. & duobus capitulis sequenti. & sine istis litteris episcopus non debet recipere clericos alterius episcopi, vt ibi dicitur, nec ordinare, nec retinere, vt 72. d. n. per totum & clericus sine licētia sui episcopi eccl. siam suam d mittere non debet. s. de renun. admonet. Item dicuntur dimissoriæ, quæ dantur appellantibus. quæ vulgo apostoli dicuntur. ff. de ver. sign. ficatione, dimissoriæ.

COnquerente. Primo ponitur impetrantis querela. Secundo commissionis forma: ibi, Fraternitati. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam presbyter R. conquestus est dño Papæ, q̄ clericus requirebat ab ipso xx. solidos annuatim pro ecclesia sua, de qua idē presbyter vix necessaria percipere poterat: dicens beneficium in eadem ecclesia sibi fuisse collatū, cum alia beneficia sibi sufficientia obtineret, nec eidem ecclesiæ deseruiret: mandat Papa, si cōstiterit quòd dictus clericus habeat alia beneficia sufficientia, vel quòd ipsi ecclesiæ non deseruiat, dicto G. super beneficio ipso silentium imponat. No. quòd qui beneficium sufficiēs habet, super alio nō est audiendus. Itē si non deseruiat, nihil percipere fēr.

e ¶ Vitæ.] verbo victus, vestis etiam continetur. ff. de verborum significatione, verbo victus.

f ¶ Necessaria.] vn̄ potius fuit sibi subueniendū, arg. ℑ. de censib. licet. & C. noua vecti. l. 1. & 10. q. 3. vnio.

g ¶ Percipere.] ad 2. hanc non se refert Papa in sequētibus, & hoc ideo quia tempore collationis potest illud opponi, non postea. 8. q. 2. dilectissimi. ex quo consentit in eū, licet, paupertate laboret, non potest dissentire. 91. dist. clericus. Vinc.

h ¶ Sufficientia.] in hac sufficientia considerantur plura, nobilitas, scientia: quia tales personæ maioribus redditibus sunt honorandæ ℑ. tit. px. de multa. in fi. Dignitas consideranda est. ff. de vsufru. sed & si quid. §. 1. ita q̄ possit sufficere sibi & suis, & hospitalitatem seruare, & iura episcopalia soluere. ℑ. titu. proxi. de monachis.

i ¶ Deseruiat.] q̄ dcū que istorum constiterit, sufficit ad repulsionem ipsius. argu. s. de rescri. inter cætera. & sic patet. q̄ clericus residentiam facere debet in ecclesia sua; alias potest ea de iure cōi priuari. s. de app. peruenit 2. & ℑ. eod. inte. & c. vlti. & præcipue cum habet in ecclesia aliquam dignitatem ℑ. eod. ex parte. nec in absentia aliquid percipere debet s. c. proxi. ar. nisi consuetudo in cōtrariū se habeat 3 s. de constit. cum omnes. & ℑ. eod. ad audientiam. argu. quia ibi ius commune fuit iuramento firmatum. Et est arg. quod de iure cōmuni nullus potest habere plura beneficia, quorum alterum sufficiat. ℑ. titu. prox. cum teneamur. & s. de rescrip. cum adeo.

centia suorum prælatorum, [a] vel studio litterarum, vel pro alijs honestis causis cōtigerit eos abesse; nec patrocinari dēt eis appellationis diffugiū, [b] si contra huiusmodi intentionem decreti [c] fuerit interiectum.†

¶ Idem.

CAP. V.

FRaternitati† tuæ: & infra: ¶ Preterea clericū alterius diœcesis, absque commendatitijs [d] litteris episcopi, non debes recipere: nisi pro eo receperis ab Apostolica† sede mandatum.

¶ Idem.

¶ Qui non residet in beneficio etiam modicæ æstimationis, illo priuatur.

CAP. VI.

COnquerente† nobis R. presbytero accepimus, quòd G. clericus ab eo, p quo ecclesia sua, de qua vitæ [e] necessaria [f] vix potest percipere, [g] annuatim viginti solidos extorquere conatur, asserēs beneficium illud in eadē ecclesia sibi fuisse collatū, & infr. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi cōstiterit, quòd dictus G. habeat ecclesiastica beneficia sibi sufficientia: [h] vel quod eidē ecclesiæ nō deseruiat, [i] sibi super præscripto beneficio silentiū, sublato † impedimēto appellationis, imponas.

¶ Idem.

¶ Qui est in seruitio episcopi, percipit fructus beneficij tamquam residens, præter distributiones quotidianas. Abbas.

CAP. VII.

DE cætero: † & infra. ¶ Statuim⁹, ne canonicis, donec in seruitio [k]

DE Cetero] Ponit dictum, a quo excipit: ibi, Nisi. Et hoc dicit, qui est seruitio prælati, fingitur residere. Abbas.

CASVS. Quidam episcopus quandoque ducebat secum aliquos de canonicis ecclesiæ suæ: alij subtrahebant illis, qui cum episcopo erant, quod consueuerāt percipere de communitate: statuit Papa, ne canonicis illis qui in seruitio episcopi fuerint, aliquid subtrahi debeat vel auferri: nisi forte sint victualia, quæ absentibus dari non consueuerūt No. q̄ dum quis est in seruitio episcopi, pro præsente & deseruiente debet haberi; & sic ecclesiæ deseruire intelligitur.

K ¶ In seruitio.] not. quòd qui est in seruitio episcopi pro præsente reputatur quo ad perceptionem beneficij, & ecclesiæ seruire intelligitur. argum. 7. quæst. 1. scire. & 16. quæst. 1. similiter. & 12. q. 2 hæc huius placiti. & infra eodem ad audientiam. argum ff. de excu. toto. iurisperitos. & C. de excus. tuto. l. vlti. & qui est in seruitio Papæ, pro præsente habetur. ℑ. eodem, cum dilectus,

Marginal notes:

¶ Vide l. si qua pęna. cū hac cocor. ff. de ver. signifi.

† Ca. 1. eo. ti. in 2. cōp. Et vide Abbatem in c. cū iā dudū. ℑ. de præb.

† al. ita: Apostolicæ sedis &c.

† Cap. 2. eo. ti. in 2. comp.

1 Et hoc respectu dicuntur cōmendatitiæ: ad hoc ℑ. titu. 1. in Lateran. in fi. dicunt etiā formatę qa dant sub certa forma vt patet 73. dist. p totū. vbi ponitur earū tenor. Si tn̄ essent amissæ, poterunt probari per testes de cler. pere. tuę. secundū Vincentium Gof. & Host. Ioan. And.

2 Hanc glossulam non habent vetustiores codices.

† al. sublato appellationis obstaculo.

† Cap. 4 titu. de præsend. in 1. compi.

3 Dic hodie, put diffiniuit conciliū Tridē. sessio. 6. de reform. c. 2. & sessio. 24. de refor. c. 1.

tuo fuerint, quicquã subtrahi debeat, vel auferri, quod de cõmunitatis sibi beneficio debet: Nisi forte sint victualia,[a] quæ non consueuerunt absentibus exhiberi.

¶ Cælestinus iij. †

¶ *Priuandus est prælatus vel clericus non residens, qui citatus non reuertitur in termino sibi præfixo, nisi habeat iustum impeditum. h.d. cũ duobus sequentibus.*

CAP. VIII.

EX † parte vestra nostro fuit Apostolatui reseratum, quòd ecclesiæ vestræ decanus, qui in partibus Gallicanis sibi potius habitationem elegit iam† per decem annorũ[b] spatiũ ecclesia vestra ipsi⁹ præsentiam habere nequiuit.

¶ Quia igitur nolum⁹, vt eadem ecclesia decani officio[c] defraudetur: Mandamus, quaten⁹ scribatis eidem, quòd suũ ibidem officium vt decanus debeat exercere. Quod si vocatus venire noluerit, eligendi alium, qui præesse ecclesię vestræ valeat, & prodesse, vobis ex tũc[d] cõcedimus[e] liberam facultatem.

¶ Innocentius iij. capitulo Ragusino.

¶ *Summatum est in capitulo præcedenti.*

CAP. IX.

QValiter † archiepiscopus vester temeritate ꝓpria recessit ab ecclesia Ragunési, nec iã vltra quadrienniũ[f] expectatus redierit,[g] ꝑ litteras etiam vestras reuocat⁹, & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus (nisi forsitã iam redierit) vos post mẽsem[h] à receptione pręsentium, personam vobis idoneam, in archiepiscopum eligatis.

¶ Idem Constantinopolitano patriarchæ.

¶ *Summa vt in capitulo, ex parte. supra eodem.*

CAP. X.

INter † quattuor animalia; & infra. ¶ De clericis, qui ecclesias vel præ

a ¶ Victualia.] huiusmodi victualia siue distributiones non dantur studentibus in Theologia. j. de præben. licet.

EX parte.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Quia ergo. Abbas Siculus.

CASVS. Decanus cuiusdã ecclesiæ trãstulit se ad partes Gallicanas. & ibi per x. annos morã fecit, ita ꝙ non fuit reuersus ad ecclesiam suã: capitulũ ipsius ecclesiæ significauit hoc dño Papę: Rñdet Papa, ꝙ non vult ꝙ ipsa ecclesia decani officio defraudet: mãdat capitulo, vt scribant ei, ꝙ ad suam ecclesiã reuertatur, & ibi exerceat officiũ decani: ꝙ si venire noluerit ad terminum sibi datum, dat eis licentiam decanum aliũ eligendi No. ꝙ licet aliquis longo tempore absens fuerit ab ecclesia sua, semper tamen citandus est vt redeat, antequã ipse beneficio suo priuet.

b ¶ Per decem annorum.] & ita vr ecclesiam habere ꝓ derelicto, iõ ꝑ minus spatiũ priuari potuit. s. eo c. 2 & 7. q. 1. præsentiũ. tñ primo debet moneri vt redeat. j. eo c. proxi. & c. inter & c. vlti. aliàs non dẽt priuari iure suo non citatus, non cõuictus vel cõfessus, vel ꝑ cõtumaciam absens s. de maio. & obed c. inter quattuor. immo & si esset vagabundus, primo ad ecclesiam suã citari debet. j. eod. ex tuæ. Et sic patet, quod quantocũque tempore aliquis sit absens ab ecclesia sua, semper est monendus, 1 vt redeat. Tamen si alibi se intitulari permisit: secundum beneficium recipiendo ipso iure videtur vacare primum: potestque priuari ipso iure quantum ad possessionem. infra de concess. præben. litteras. & cap. cum nostris.

c ¶ Officio, quod sit officium decani, ex consuetudine potius colligitur, & sic decanus ad residentiam tenetur: aliàs priuatur decanatu, vt hic patet.

d ¶ Ex tunc.] id est, nisi redierit ad terminũ sibi præfixum, ex tunc, id est, post terminum eligant.

e ¶ Concedimus.] nisi iustam causam ostẽderit, quare venire non possit j. eo. c. inter. & c. vlt.

QValiter.] Communis diuisio. Secunda: ibi. Discretioni. Abb. Sic.

CASVS. Archiepiscopus Ragusinus ab ecclesia sua recessit iam per quadriennium expectatus & reuocatus etiam per litteras domini Papæ, nec redire voluit: mandat Papa capitulo Ragusino, vt post mẽsem a receptione litterarum. aliam personam idoneam sibi eligant in pastorem, nisi forsitan reuersus sit. Not. Quod citandus & expectandus est quis antequam priuetur ecclesia sua, & de gratia datur huic vnus mensis post primã citationem. Item not. ꝙ non eo ipso quòd clericus recedit ab ecclesia sua, habet ipsam pro derelicta, sed cũ vocatus non redit.

f ¶ Quadriennium] immo vltra annum abesse non debet, nisi iussio imperialis eum detineat, in Authen. quomodo oporteat episcopos ad ordi. §. & illud etiã diffinimus. colla. 1. & in Authen. de san. epis. §. interdicimus. collat. ix. tamen quamdiu non renunciat, clericus semper est; & licet vagetur, non habet ecclesiam pro derelicto, nisi contrahat cõtrariam negotiationem, vt si fiat miles, vel si cõtrahat matrimonium, vt s. de cler. coniu. c. 1. vel nisi admonitus non redierit, vt s. eod. tit. cap. proxi. & c. vlt. & 7. q. 1. peruenit.

[Glo. seq notat tẽpus receptionis, & c. signat contrarium.]

ꝙ vtraque sit parochia per se,& habeat propriā limitationem:sed quòd duæ sint sub una limitatione,nō potest.16.q.1.plures, & eodem modo una præhenda potest diuidi in duas, ita ꝙ sint sibi perpetuò duo canonici, dummodo facultates illius præbendæ sufficiant cōpetēter duobus.ꝫ.eo.c.vacante. sicut una domus potest diuidi, & de cętero erūt duę domus: & vnus fundus si diuiditur, erūt duo fundi.ff. cōia ꝑdiorum.l.si qs duas.§.1.sed ꝑbenda diuidi non debet, ut sub nomine vnius ꝑbendæ cēseatur uterque quasi dimidius canonicus,qa unitas non recipit diuisionē. 24.q.1. loquitur. nulla enim seruitus diuiditur, licet vsusfructus diuidatur. ff. ad leg. Fal.l.1. §. si vnus fructus.& ff.de vsu & habita. vsus pars. Sed nōne hoc modo pōt diuidi præbenda, ꝙ ide ius apud vtrumque remaneat: quia & iura incorporalia apud plures possunt insolidū residere. ꝫ. de iur.pa.c.1.& ff.de serui. l. uiæ. & ff. de bo.liber.l.libertus.in fin.in præbenda hoc esse non pōt,vt dictū est ꝫ.eo.dilecto. licet .n. dicatur idē ius esse apud plures,reuera tñ quilibet speciale & separatum ius hēt.ff.quemad.serui. amit.l.aquā. Et not ꝙ sicut de una præbenda possunt duæ fieri,si facultates sufficiāt: sic ex causa necessaria pōt & debent diminui præbendæ 1.ꝫ.de ver.sig.c.vlt.

† al.ita:quod si unus ipsorum, &c.
† sub Ale.iij. c.8.
†al.ita:super quod respō.

& † si vnus illorum ipsam obtineret præbendā, sub expectatione,alius cōtra Lateraň.†concilij[a] statuta remaneret. Inquisitioni† tuæ taliter respondemus, quod talis electio de rigore[b] iuris penitus est cassanda.

¶ Idem.

¶ Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittans in iudices, poterit iudex alterum confirmare,& alteri pro bono pacis de prouentibus prouisionem facere. Ista est pulcherrima dispositio, & in toto corpore iuris non habet consimilem.

CAP. XXI.

Nisi† essent viri prouidi & honesti,[c] tam qui ordinationem fecerunt,quam illi circa quos est facta ordinatio in ecclesia vestra, super negotio Prioratus, ordinationem illam valde suspectam propter exempli perniciem haberemus.

¶ Quod ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa vnum de duobus electis, ut ipse habeat Prioratum, hoc ex iurisdictione delegata secundum iustitiam uidetur esse statutum. quod autem ordinatum est circa reliquum,vt ipse viginti † libras de reditibus capituli, & quadraginta de prouentibus Prioratus percipiat † annuatim: hoc secundum prouidentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria[d] potestate: cum in delegatos † fuerit compromissum, qui auctoritatē sibi retinēdo cōmissam,se pro bono pacis & vtilitatis hoc ordinasse fatentur.

¶ Quia igitur hęc ordi-

† Cap 7.e.ti. in 3. compil. Etvide quod per hoc c. dicit Bald.in c. 1. §. inter partes. de lege Contradi. in usib.feudo.
1 Id est, numerus prębēdarum,ut sic augeant singulæ ꝑbēdæ. hoc intendit. Ioan.And.

a ¶ Lateraneñ.concil.j.] ꝫ.de conces.præb. nulla.

b ¶ De rigore iuris.] innuit ꝙ de patientia possit tolerari & confirmari, quasi dispensando. quod satis pōt concedi,quia talis dispensatio nō est perpetua. sed ad tempus:nec proprie dicitur facere contra concilium. Ad quid ergo diceret,de rigore iuris? aliàs simpliciter respondisset dicendo,quòd talis est cassanda, & multę tales electiones tolerātur, & ex causa posset iuris rigor relaxari.arg.op.ꝫ.eo.c.uacante,& c.cum causam, vbi tenetur integrare præbendam tali modo collatā, nec mandatur cassari.

Nisi essent viri prouidi.] Primo recusat suspectam ordinationem,& ipsius duo mēbra declarat. Secundo pręmissis motiuis sub certa moderatione illam approbat.secunda.ibi,Quia igitur. Abb.Sic.

CASVS. Vacante quodam Prioratu duo fuerūt electi ad ipsum: causa cōmissa fuit super his duabus electionibus,ut negotium posset facilius expediri, partes compromiserūt super istis duabus electionibus in iudices delegatos: retenta sibi iurisdictione delegata; iudices isti siue arbitri, pro bono pacis & concordiæ ordinauerunt. ꝙ vnus electus prioratum haberet. alter vero uiginti libras perciperet annuatim de reditibus capituli,& xl.libras perciperet annuatim de prouentibus prioratus,& hæc ordinatio ab omnibus recepta est,& approbata. tandem petiuerunt illam ordinationē per sedem Apostolicam cōfirmari:Super hoc scribit Papa dicens,quod illam ordinationem haberet ualde suspectam propter malum exemplum,nisi tam illi qui eam fecerūt,ꝙ illi circa quos facta fuit, essent viri prouidi, & honesti:quòd enim factum fuit per illos,vt unus de duobus electis hēat prioratū,hoc factum fuit secundum iustitiam ex delegata iurisdictione. quod de altero factum est, ut ipse habeat uiginti libras de reditibus capituli, & xl.de prouētibus prioratus percipiat annuatim, hoc secundum prouidentiam fuit ordinatum ex arbitraria potestate, cum in delegatos fuerit cōpromissū: ꝙ retenta iurisdictione delegata, ꝓ bono pacis & concordiæ confessi sunt se hoc fecisse:quia ergo ordinatio ista ab omnibus est recepta, & Prior & capituli prouisionem istam sine grauamine possunt exhibere, quæ facta fuit non ex actione partium, sed ex iudicū prouisione pro bono pacis: Papa eam tolerat hoc modo, vt videlicet dignitas prioratus non remaneat onerata, ita ꝙ defuncto Priore, successor eius ad præstationē quadraginta librarū nullatenus teneatur, ne circa ꝓuētus prioratus aliqua sectio fieri uideatur. Nota ꝓp honestatē ꝑsonæ ꝑsumi ꝓ ipso. Itē aliquis pōt uti simul delegata, & arbitraria potestate. Itē pro bono pacis aliqua sunt tolerāda,q̄ aliàs reprobarentur. Itē quę fiunt ex pactione partium circa spiritualia,illicita ꝑsumuntur. Itē ꝓuisio ista fuit personalis,nō tamen transit ad successorē.

† al. triginta.
† recipiat.
† In iudicem delegatū potest compromitti. Docto. inc cum tpe. ꝫ. de arbitr. Spec. titu. de arbit.§.1. ad de Lanfrācū trac.de arb.

c ¶ Honesti.] ex qualitate personæ præsumitur licitū quod aliàs esset illicitum.arg 9.q.2. Lugduneñ.

[Glo.seq.obijcit. & soluit.Secūdo quærit,arg.affirmatiue,& contrarium soluit.

d ¶ Ex arbitraria.] & ita pōt aliquis simul uti arbitraria & delegata potestate. sic ꝫ.de [illegible] sed istud nō [illegible] potestatis ad[illegible] cōstabat eum [illegible] poterant ipsum [illegible] cum alij [illegible] pecuniæ est [illegible] nō fuerit arbitri, sed arbitratoris [illegible] sit au[illegible] vel re[illegible] Sed [illegible] ipsi adiudi[illegible] quod sic ꝫ.de [illegible] de cæ[illegible] alia spiritualia possideri [illegible] ex iusta [illegible] canon [illegible] non potest interuenire arbitri[illegible] ꝫ.de [illegible] c.vlt.& ꝫ.de in integ.resti.c.pen.in fi.& hic ver.hoc ex iurisdictione delegata. B.

a ¶Ex iussione.] ex pactione partium non liceret, nec illam tolerasset Papa, ut s. de pac. cū pridem. sed quia iudicis auctoritate factū fuit, & ad tps sustinetur, s. de transa. de cætero. sic enim excusat ab infamia qa iussu iudicis paciscitur de furto. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. qui iussu. Et quòd Papa hic tolerauit huiusmodi compositionē, hoc fecit propter cās prædictas, s. pro bono pacis & vtilitatis, quia placuit omnibus: & si Papa compositionem non tolerasset, auctoritas iudicis non sufficiebat: quia de iure hoc facere non poterat: unde dicit Papa, nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, & ad tps tm̄, ut sequit, & occasione huiusmodi prouisionis 1 assumunt qn̄q; aliqui causam male faciendi.

1 al. compromissionis.

b ¶Prioratus.] nisi hoc esset appositum, cōfirmatio talis siue tolerantia fuisset realis. arg. s. de transac. veniens. & j. de inst. cum uenissent.

c ¶ Prouentus.] qm̄ sicut ius diuidi non potest, sic nec fruct⁹ vt 1. q. 3. c. vlt. & j. at eccle. bene, vt nostrū & 16. q. 1. c. si monachus.

PRo illorum.] In prima ponitur facti narratio. In secūda causæ commissio: ibi, Quia Abbas. CASVS. Dn̄s papa mandauit archiepiscopo Burdegalen̄. vt in aliqua ecclesiarum suarum magistro P competens beneficium faceret assignari contradictores per censu[ram] ecclesiasticam cōpescen[s]: do[nec] recepto isto mādato, mandauit decano & capitulo Xanton. ut dictū magistrum reciperent in canonicum & in fratrē. Canonici Xantonen. ex aduerso dicebāt, quòd habebant certū numerum canonicorum, & ideo ipsum recipere non tenebātur. [illegible] dictū ma[gistrum] [illegible] de præbenda & canonia Xanton. ecclesiæ inuestiuit [illegible] accessit ad papam petēs super hoc [illegible]. Scribit papa quibusdā dicēs, quòd quia [illegible] de prædicto magistro per [illegible] auctoritate [illegible] vult ratum haberi: mandat quatenus si [illegible] certo canonicorum numero [illegible] [illegible] ; donec dictum magistrum recipiant in canonicum & in fratrem, & ea quæ ad canonicatum pertinent du xerit [illegible] domini papæ imponere non possint, quā ipsi [illegible] obseruare. No. quòd si scribit Papa archiepiscopo vt det alicui in aliqua ecclesiarū suarū præbendam, potest dare præbendam in qualibet ecclesia sui suffraganei. Item per hanc decretalem probatur, q̄ ex ui huiusmodi mandati nō possit executor mittere in possessionem corporalem: licet sit arg. contra ex eo. q̄d dicit; de Xantoñ. ecclesiæ præbēda inuestiuit. sed hoc loquitur in glossa, quæ incipit, per talem. Itē qui auctoritate propria venit contra indulgentiam in hoc casu amittit eam. Item excommunicati recipiunt aliquem in fratrem, & ualet receptio. & sic est arg. q̄ excommunicati possunt eligere, sed non est uerum.

natio ab omnib. est recepta, possuntq; licite Prior & capitulū de prouentibus suis propter causas prædictas, non quidē ex pactione partium, sed ex iussione [a] iudicum prouisionem huiusmodi exhibere: Nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, vt ad præstationem quadraginta librarū non dignitas Prioratus, [b] sed persona Prioris maneat onerata: ne forte circa prouentus [c] aliqua videatur facta sectio Prioratus: ita quod ipso priore defuncto, successor ipsius ad prestationem quadraginta librarum minime teneatur.

Vaden̄. Vadenen̄. † Vatien.

¶Idem Valdeñ. † episcopo, & abbati Vatian̄.

¶ Canonici priuilegiati à Papa super certo numero, si sponte receperunt aliquē supra numerum, contra impetrantes à Papa, exceptione numeri vti non possunt.

CAP. XXII.

10 PRo† illorum prouisione, & infra. ¶Burdegalen̄. archiepo mādauim⁹, vt magistro P. in aliqua ecclesiarum [d] suarum vbi ei expedire cognosceret, cōpetens faceret beneficiū assignari, contradicto-20 res [e] ecclesiastica districtione cōpescens: qui decano & capitulo Xantonen̄. † auctoritate nostra mandauit, vt ipsum admitterent in canonicū & in fratrem. Cumq; ijdem reluctarentur canonici, ac indulgentiam de qua-30 dragenario † canonicorū numero ei opponerent: quia archiepiscopus cognouit illos † in elusionem [f] mandati nostri indulgentia eis concessa irreuerenter abuti, prædictum magistrum [g] de præ-40 benda & canonia † Xantonen̄. † ecclesiæ inuestiuit, [h] contradictores vinculo excommunicationis

†Cap. 8. e. tit. in 3. comp.

d ¶ Ecclesiarum suarum.] sub hoc termino cōprehenduntur omnes ecclesiæ ipsius prouinciæ, etiā epales, 2 ut hic patet, & s. de vsu pal. c. 1. siue habeant ius cōferendi siue nō. sed in aliqua prælatura per hāc formā prouidere nō posset; j. eod. c. vlt. & hoc in quibus ius habet secus in alijs: secus si dixisset, in aliqua ecclesiarū tuæ prouinciæ, quia tunc non refert vtrū ius habeat uel nō rōne ordinariæ potestatis, cum auctoritas talis generalior sit q̄ alia: tn̄ Papa in hoc nō reprobat factū archiepiscopi. Et sic large sumitur quod dicit, suarum.

† Sanctonen̄.

2 De hoc ul de Io. An. in ca. quamuis. eo. ti. lib. 6.

† quadragesimo.

† eos.

† canonicatu.

† Sanctoñ.

e ¶ Contradictores.] hac sententia non comprehenduntur nisi partes, & alij etiam qui de facto contradicunt, & non de iure.

f ¶ Elusionem.] multæ enim viæ sunt hominibus ad malitiam, in auth. de nup. §. minores. in fin. coll. 4.

50 g ¶Prædictum magistrum. Innocentius 3. dicit, quòd in registro sic habetur post ista uerba; Cum consensu & uoluntate tua frater episcope de præbenda & canonicatu Xantonen̄. ecclesiæ. &c.

3 Hæc glossula non hr̄ in uetustis exemplarib.

[Glo. seq recit. per quæstionem, an executor datus per hæc verba; facias prouideri vel assignari, possit inuestire. ponit opi. quòd possit, soluit contrarium, ad hanc decr. respondet, & remittit, allegat cōtrariū, & soluit.

h ¶Inuestiuit. per talem inuestituram non adipiscitur quis possessionem, nisi corporaliter in possessionē mittatur. j. de do. per tuas. De tali inuestitura habes.

60 s. de re. iu. cum olim, & infra de his quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. & hoc probatur per hoc quod Papa mādat quod solummodo sentētia lata in eos obseruetur donec dictum magistrum recipiant in fratrem. Si enim in possessionem missus fuisset, papa mandasset, vt in possessionem inductus defenderetur. Et sic per hanc decr. non probatur, quod per hanc formam: Mandamus, vt talem facias recipi in canonicum & in fratrem talis ecclesiæ, contradictores per censuram ecclesiasticam

1 Innocentius distinguit hic inter formam, facias prouideri, & formam, facias assignari, quasi prima contineat quod facias ius cōferri, secūda quòd ius cōferat & faciat factum assignari. Sed vide hic reliqua, per Io. And.

2 Hæc glos. non inuenitur in antiquis exemplaribus.

† obseruandam.

astringens: & infra.

¶ Quia vero quod per dictum archiepiscopum, de memorato magistro auctoritate nostra prouide[a] factum est, firmitatem volumus obtinere: Mandamus, quatenus si vobis constiterit prædictos canonicos, indulgentiam, quam habent de certo canonicorum numero, non seruasse, & aliquem vltra constitutum numerum in canonicum auctoritate propria recepisse:[b] cum nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt obseruare, latam in ipsos excommunicationis sententiam a prædicto archiepiscopo, tamdiu denuncietis sublato appellationis obstaculo seruandam, † donec sæpe dictum magistrum recipiant in canonicum,[c] & ea quæ ad canonicatū[d] pertinent, cum stallo chori, & loco capituli, ei studeant assignare.

¶ Idem Bisuntino archiepiscopo.

¶ Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitime promouetur.

CAP. XXIII.

Tuis † quæstionib9 respondemus, quod clericos in minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus[e] bonis habentes vnde possint congrue sustentari,[f] & si nondum fuerint beneficiū ecclesiasticum assecuti: (Dūmodo aliud canonicū non obsistat) ad superiores poteris ordines promouere.

...siasticam, &c. vel facias cōpetens bñficium assignari. quod possit mitti in possessionem ipsius ecclesiæ, nec inuestiri, cū hoc ei non mandetur, cum certa forma secūdū quam procedere debet, sit præfixa. Quidam tñ dicunt per hanc decr. quod per talem formam potest mittere in possessionem, siue inuestire, quod ego nō credo, prout no. j. de conces. præb. cum nostris. Arg. contra. s. de excep cū ecclesiasticę. Nō est contra. qa ille iā fuit per Papam inuestitus, & in corporalem possessionem de mandato ipsius inductus, vt patet in integra. Et qđ dixit hic, inuestiuit, fecit vltra formam sibi datam: quod patet per rñsionē Papæ, quæ de inuestitura nullam fecit mentionē, sed excōicatione, quam pręcepit obseruari quousque ipsum reciperēt, & ideo dicit, prouide.

a ¶ Prouide.] 2 excusauit eum Papa, sed reuera non bene processit inuestiendo: sed refert vtrum mandetur, facias prouideri, vel facias beneficium assignari. In primo casu delegatus non potest inuestire: qa prouisio non est sibi demādata, sed faciat prouideri. In secundo potest inuestire, & faciet beneficium assignari, quia modo sibi est prouisio reseruata, & illi sic inuestito fructus postea debebantur. s. eo. dilectus. & c. relatum, & hoc: quia forma rescripti seruanda est. s. de rescrip. cum dilecta, cum similibus.

[Glo. seq. arg. alleg. duo iura. & remittit. alleg. 4. in contrarium. quærit, & soluit.]

b ¶ Auctoritate propria recepisse. & ita qui semel facit contra priuilegium suū, sibi præiudicat in illo. s. de rescript. constitutus. & s. de const. cum M. & c cum accessissent. vbi de hoc. arg. j. de priuileg. accedētibus. & c. si de terra. §. 1. & C. de excus. tut. l voluntarię. Et hoc attende, quod dicit; auctoritate propria, qa si hoc auctoritate Papæ fecissent, non intelligerentur venisse contra priuilegium suum, etiam si esset iuramento firmatum: quia auctoritas Papę semper intelligitur excepta. sup. de iureiur. venientes, & supra de elect. significasti. Sed quid si venissent contra indulgentiam auctoritate Cardinalis legati Apostolicæ sedis, nunquid excusarentur? Non credo: quia non posset illos cōpellere ad hoc vt contra indulgentiam Papæ aliquem reciperent.

[Glo. seq. not. quod excommunicati canonicos recipere possunt. alle. duas rationes, & duo similia: ponit lecturam contrariam, quam non approbat.]

c ¶ In canonicum.] & ita ea quæ faciunt excōicati in eorum præiudicium, bene valent. & ita excōicati recipiunt aliquē in canonicū, & valet talis receptio: & ea quæ faciunt excōicati in eorum præiudicium, bene valent s. de excep. cū inter. cum suis simi. sicut excōicatur quis vt in causa procedat. s. de offic. ordin. significauit. & quia isti non debent absolui nisi satisfaciāt, vt supra de offic. del. g. ex litteris. sed satisfacere nō possunt nisi ipsum recipiant, nec per talem participationem erit excōicatus, sic excōicati admittuntur ad iurm qnque antequam absoluantur. j. de sent. excom ex tenore. & s. de rescrip. c. capitulum sanctę crucis. Vel expone, donec dictum magistrum recipiant, id est, donec cautionem præstent, quod iuri parebunt in hoc, vbi habent causam defensionis, sed in hac decr. nō habebant iustam causam defensionis, imò falsam, vt littera dicit.

[Gl. seq. no. quod fracto numero canonicorum, &c.]

d ¶ Ad canonicatū.] mādat hic Papa dari huic illa q̃ pertinent ad canonicatū, & nō præbendam, & sic dabūt ei quotidianas distributiones quousq; vacabit pbenda, vel quousq; fructus fuerint augmētati. Et sic patet hic, quod licet canonici aliquem recipiant vltra numerū, et sua auctoritate, nō augēt numerū præbēdarum, licet augeant numerū canonicorū. s. de pst cū M habuit. idem s. e. dilectus. & j. eo. tit. dilecto.

Tuis qōnib.] ponit dictū, cuius vltiam determinationi interserit: ibi, Dūmodo. Abb Sicu.

CASVS. Quidam clerici in minoribus constituti, nondū fuerant beneficium ecclesiasticum assecuti: habebant de bonis patrimonialibus vnde poterat commodè sustentari: volebant promoueri ad sacros ordines: Respondet Papa consultus, quod bene possunt ad superiores ordines promoueri, dum aliud canonicum non obsistat: & intelligitur ordinatus ad titulum sui patrimonij. No. quod quis potest ordinari ad titulum sui patrimonij.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

e ¶ De patrimonialibus.] habent ergo isti patrimoniū pro titulo sic s. eod. eps si aliquem. nec debuit ab epo beneficium petere, ex quo tali modo intitulati sunt, & iudiciū sibi manducant & bibunt, qui de suo habent, & alienum recipiunt. 16. q 1. qm quicquid. & 12. q. 2. c. & si illi. & 1. q. 2. clericos. Sed quid si patrimonium istorum periret chasmate vel alluuione, nunquid tenebitur istis prouidere? Dominicalis 3 quæstio consueuit esse, tamē satis videtur quod episcopus debeat eis prouidere in beneficio ecclesiastico, quia cum isti ad sæculum redire nō possint, redundaret in opprobrium ordinis clericalis. arg. 93. dist. diaconi. & arg. supra de cler. coniu. Ioannes & s. de renun. ad supplicationem.

[Gl. seq. soluit dubium. Secundo quærit. arg pro, & cōtra. ponit opinionē. Vinc cōtra quā alle. decr. tua. ponit opi Tāc. & soluit. Tertio quęrit, & soluit. Quarto q̃rit, ponit primo opi. Vinc. sedo opi. Tan. quā approbat.]

f ¶ Congruè sustentari.] alias non debet ipsum promouere, quod si fecerit, tenetur ei ad supplementum. sup. eo c. 2 & c. cum secundum Apostolum. Sed nunquid tenetur soluere decimas de tali patrimonio ad quod est promotus, quasi ad titulum? Argum. quod non. 16. q 1. similiter. & j. de deci. nouum genus. Argu. contra. 16. q. 1. si quis laicus. Dixit Vinc. tenetur soluere decimas. argu. illius ca. si quis laicus. Arg contra. quod non debent

† Cap. 9. eod. tit. in 3. cōpi. huius vero decretalis decisionem hodie accipere debemus iuxta ordinationem concilij Tridentini sessio. 21. de refor. c 2.

3 Dñicalem qōnē vocat quam olim iuris canonici Doctores diebus Dñicis solebant tractare, extra cursum legendi ordinarium: sicut Sabbatinam qōnē appellāt Legistæ, quam in sabbatis, cum abordinarijs lectionibus cessabatur, suis discipulis explicabant.

debẽt soluere, vt ĩ. de simon. tuæ. T. dixit, ꝙ si ab alijs clericis recipit diuinũ officium. & alia sacra, debet eis soluere decimas. alioquin contra: qa de bñficio suo nõ tenetur soluere decimas: credo quòd pp clericatũ isti⁹, licet sit ordinatus ad patrimoniũ suũ, ecclesia quæ primũ decimas ꝑcipiebat ꝑdiales, iure suo non debeat defraudari: quia res semp remanet cũ sua causa, & sine culpa sua priuari non debet, nec est etiã iusta cã quare priuari debet. Item quærit, an iste possit trãsire ad aliã ecclesiã sine licentia epi? Dicas quòd non. 71. dist. primatus. Sed nũquid põt i vẽdere patrimoniũ tale? Vr̃ ꝙ non: qa inde viuere debet, & ecclesiasticũ onus sustinere, quod cõfitet Vinc. sed Tan. dixit, ꝙ põt vẽdere: qa qui ꝑtio fruitur, rem habere vr̃ ff. de vsufr. qa q pretio. & põt illud donare, qa & beneficio ecclesiastico posset renũciare, quod credo verius.

†Latonien. Baton.

a Tene de hoc qđ statuit concil. Tridẽ. s. ꝓxi. mè citatum, nec cũ glossa fallaris.

†Vide c. si tibi absente. e. tit. lib. 6. & l. qui mihi donatũ ꝑ Bart. ff. de do.

¶ Idẽ episcopo Zamorẽ.†

¶ *Absenti potest conferri beneficium alio mediante, nec refert vtrum absens inuestiatur per personam mediam, vel persona media inuestiatur pro absente. h. d. cõiungendo vtrumque intellectum. Et est casus notabilis, & quotidie practicatur.*

CAP. XXIIII.

Accedens † ad Apostolicã sedẽ: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod clericus absens per alium, vel alius [a] magis pro ipso, poterit de beneficio ecclesiastico inuestiri.

¶ Idem Trecen. episcopo.

¶ *Si ad vnum canonicatũ, & ad prabendam duo sunt recepti simpliciter, receptio non tenet etiam interueniente Apostolica auctoritate. h. d. & est notabile capitulum, quare tene semper mẽti, & nota ipsum.*

Accedẽs] Absẽs potest inuestiri de beneficio alio mediante. Vel sic potest summari. Potest quis inuestiri de beneficio pro absente. Communis diuisio. Secunda: ibi, Inquisitioni. Abb. Sicu.

CASVS. Quærebatur hic, vtrum aliquis absens de bñficio ecclesiæ possit inuestiri: Respondet ꝙ aliquis nomine ac vice absentis de beneficio ecclesiæ potest inuestiri: quia ille dicitur inuestiri, cuius nomine alius inuestitur. Not quòd absens potest per alium inuestiri.

[Gl. ista q̃rit, & tripl̃r soluit. scd̃o obijcit, & soluit]

a ¶ Vel alius.] sicut vnus noĩe alterius possidet ff. de acq. poss. quicquid vterq; enim possidet ff. eo. tit. quod meo & s. vt lit. nõ cont. qm̃. [illegible] in alijs. & s. de rest. spol. cũ venissent. & s. de prescr. si diligẽti. ita & vtcunque po test dici inuestiri. Sed quæ fuit dubitatio? Forte iste eps dubitabat, an carnale matrimonium inter absentes ꝯtrahatur, & ideo dubitauit an & spirituale. prima qõ expedit 32. q. 2. honoratur & ĩ. de cõuer. coniu. ex parte. & ff. de ri. nup. denique. Scd̃a dubitatio hic explicat, vtrum clericus absens possit inuestiri per alium. vel dubitatio fuit illa, an inuestireĩ qs ꝑ absente & ignorante, & certè bñ, & acquirit ei possessionẽ: & cũ iste sciuerit, hẽbit causam vsucapiendi. C. de acq. poss. l. 1. Vin. Vel ideo dubitauit, quia sicut hæreditas [illegible] ꝑ procuratore acquiri non põt. ff. de acq. her. ꝑ procuratorẽ 2 ita videbatur quod hæreditas spiritualis acquiri ñ posset, sed nõ vr̃ quod dñium sit quęsitũ ꝑ traditionẽ absenti. ff. de acq. dom. res ex mandato. Item nec possessio vr̃ acqri per inuestiturã. ĩ. de his quæ fi. à ma. par. c. ex ore. & ĩ. de do. p̃ tuas. Dicas, quod si vel dans, vel accipiens [illegible] tunc est ei quæsitum & sic [illegible] ff. de acq. re. [illegible] ff. de do. qui mihi donatum. Sed si [illegible] non statim acquiritur dominium, & sic [illegible] ff. de acq. re. dom. res. dominium tamen [illegible] ac quiritur per gestorem. nego[illegible] lo.

a Dicũt Legistæ ꝙ tpalis hæreditas non põt per procuratorẽ acquiri. pro eo quòd acquirit, & adit solo aio, ex quo verè dedi procuratorẽ ad adeũdum iam apparet anim⁹ aditionis, & ideo impossibile est illam adiri, sed illud verũ de hæreditate iam delata, & quã scio delatã, in deferenda ocũ habeat quod statim dicã. Io. And.

Dilecto.] Diuiditur in [illegible] factum, & allegat [illegible] legatio contra eum: ibi, Procurator. Tertio diffinitio: ibi, Vnde. Quarto protestatio: ibi, Ita quòd. Abb.

CASVS. Archieps Remen. dũ in Francia legationis officio fungeretur, intendebat ꝓuidere cuidã nepoti suo G. noĩe in Trecen. ecclesia: cellerarius Trecen. vt gratiã legati sibi acquireret, in manib. legati renunciauit ꝑbendã, quã in Trecen. ecclã obtinebat: dictus legatus nepotẽ suum & dictũ cellerariũ instituit in canonicos Trecen. & Archieps & capl̃m cõiter assignauerũt vtriq; stallũ in choro, & locum ĩ capitulo, vt fructus illius præbendæ diuiderẽt inter se, donec idem G. integraliter esset beneficiũ assecutus: & ꝓcurator generalis epĩ tunc absentis ista oĩa comprobauit, & dictus Cellerarius lectionẽ. & Euangelium legit in sua septimana, & alia fecit, q̃ alij canonici cõsueuerũt defuncto epo, tpe cuius hæc gesta fuerunt, alter succesit: & dum accederet ad ecclesiam consecratus, dictũ Cellerarium recepit ad osculũ pacis, & tunc non recipiuntur ad osculum nisi canonici: & p biennium sine quæstione sic permansit, postmodũ eps excitatus a somno, cępit mouere quæstionẽ ꝯtra ipsũ Cellerariũ sup præbenda prædicta, & sic qõ inter Epm & Cellerariũ ad sedẽ Apostolicam est delata. datus fuit quidã Cardinalis vtrique parti auditor, corã quo Cellerarius proposuit omnia supradicta, petens dictum epm a sua molestatione compesci, procurator epi proposuit ex aduerso, quòd ad vnicum beneficium quod vacabat in ecclesia Trecen. non licuit ipsi legato duos instituere, allegando ad hoc concilium Turon. quod præbendarũ inhibet sectionem, & concilium Lateranen. quod præbendarum prohibet expectationem. præterea in ecclesia vbi non est certus numerus præbendarum, nulla ẽt præbenda vacãte, potest aliquis in canonicum assumi, quia intelligitur eligi ad quoddam ius, quod de nouo creatur, & cum electo nascitur, sed vbi est certus numerus præbendarum, duo ad vnam præbendam eligi non possunt, cum illud ius spirituale diuidi non possit: propter quod dictus procurator asserebat institutionem præfatam non valere, cum in Trecen. ecclesia certus sit numerus præbendarum. quem capitulum vel legatus augmentare non intendebant, vel ius aliquod creare de nouo. His & alijs auditis Papa dictum Cellerarium condemnauit ad restitutionem communi, quæ tenebat ratione prædictæ institutionis, imponendo silentium eidem super dicta præbenda, vel parte ipsius: ita tamen quod per hoc prædicto G. nepoti legati nullum præiudicium generetur, quia res inter alios acta alijs obesse nõ debet. No. quod legatus non potest instituere duos ad vnam præbendam contra concilium Turon. Item beneficij spiritualis [illegible] non datur, sed sola canonica institutio. Ite res inter alios acta, alijs obesse non debet. [illegible]

[Gl. [illegible] obijcit, & soluit.]

CAP. XXV.

Dilecto † filio P. sanctę Pudentianę † presbytero Cardinali, Cellerario Trecen. & R. procuratorio tuo, auditore concesso, idem Cellerarius proposuit coram eo, ꝙ cum ĩ manibus Remen. Archiepiscopi tunc Apostolicæ sedis legati, intendentis prouidere G. nepoti suo in Trecen. ecclesia præbendam, quam ibi obtinebat, liberaliter resignauit: [b] † dictus legatus

†Cap. 1. eod. tit. in 4. ꝯpil.

† Pudentianæ nomen hic ẽt restitutũ est, cũ Prudẽtianæ legat in omnibus contra historiæ veritatem. de quo vide no. ad c. 35. s. de elect.

† resignaret.

a ¶ Gene-

præfatum G. & eundem Cellerariũ, in canonicos Trecenses instituit,& ambobus capitulum Treceñ. stallum in choro, & locum in capitulo, & idẽ archiepiscopus supradictæ præbendæ fructus diuidendos communiter assignarunt, donec idem G. integrum esset prębendale sti pendium† assecutus: & infra. Quorum receptionem procurator generalis[a] prędecessoris tui, in partibus Constantinopolitanis tunc agentis, postmodum approbauit.

¶ Dictus quoque Cellerarius lectionem & Euangelium in hebdomada sua legisse dignoscitur,& tam decani, quam episcopi electioni, & aliorum negotiorum tractatibus, sicut canonicus Treceñ. interfuit: & domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi canonico consueuerat assignari: tuque † cum ad eandem accessisses ecclesiam consecratus, eum cum canonicis alijs ad osculum recepisti,[b] cum tunc non nisi canonici ad osculum admittantur: & eidem super prædictis non mouisti per bienniũ quæstionem: propter quod petijt, vt te ab ipsius super hoc molestatione[c] indebita, compescere dignaremur: & infra. Procurator tuus proposuit ex aduerso, quod ad vnicum ius spirituale, quod vacabat ibidem, insimul duos canonicos instituere prædicto legato non licuit: nam si duo vnicam præbendam haberent, id esset contra Turonense concilium,[d] quod præbendarum inhibet sectionem. Si vero duobus receptis vni tantum præbenda daretur, sub expectatione alius contra Lateranense † cõcilium[e] remaneret.

¶ Præterea licet in ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum, nulla etiam vacante, in canonicum quis possit assumi, cum intelligatur ad quoddam ius eligi, qđ ex electorũ assensu de nouo creatur,† & cum electo in canonicum nascitur,& desinit cum defuncto: in ecclesia tamen quæ determinatum habet numerũ prębendarum, vno indiui duo iure vacante, duo simul eligi non possunt ad illud: eo quod huiusmodi spirituale ius, diuidi[f] seu communicari nequeat inter eos, quamquam interdum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu augmentare[g] valeant numerum præbendarum, quoddam ius spirituale de nouo creando: nisi forte statutum aliquod obuiaret, quod esset iuramẽto firmatum: vel cui sedis Apostolicæ confirmatio accessisset: huiusmodi clausula[h] prohibitionis adiecta, vt si quicquam contra id fieret, non valeret; propter quod institutionem præfatam nullam fuisse dictus asseruit procurator; cum in Trecensi ecclesia certus sit præbendarum numerus, quem capitulum vel legatus augmẽtare[i] † minime intendebat, vel ius aliquod de nouo creare.

¶ Vnde dictum Cellerarium ad restitutionem eorum, quæ ratione prædictæ institutionis tenebat, sententialiter duximus cõdemnandum, ei super prębenda ipsa, vel eius parte silentium imponentes; Ita quòd per hoc prædicto G. nullum præiudiciũ generetur; cũ res inter alios acta, regulariter alijs nõ obsistat.[k]

a ¶ Generalis.] vnde videbatur ꝙ dñs contra factum procuratoris venire non debebat, arg. su. de off. deleg. cũ olim, quia factum procuratoris, q generalem habet administrationem, dño præiudicat, ff. de iureiu. iusiurandum. §. vlt & ff. de pac. nam & nocere, sed tamen secus est, quia generali mandato non vr̃ delegasse, nisi id qđ legitime 1 fieri põt. ff. de condi. indeb. si procurator, & ff. de his quæ fi. in fraud. cred. si pater. vel qa fraudulenter aliquid faciat, ff. mand. creditor, §. Lucius, vnde cum talis institutio contra ius esset, non tenebatur episcopus illam ratam habere, sup. eo. tit tuæ, & ca. maioribus.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Recepisti.] Per hoc videbatur consentire institutioni ipsius 2 si 63. distinct. Hadrianus, & inf. de his quæ fi. a maior. par. cap. ex ore, & inf. de priuil. cum olim. ar. C. ad Velleian. aut siue a me, & ĩ. de spõ. ad id quod. Itẽ quia in præsentia sua gessit se tamquam canonicum: vñ quia ipsũ non remouit, statim videtur ipsum approbasse, ar. su. de off. de leg. corã. C. de acqu. poss. l. 1. C. de pa. po. si filiũ. 20. q. 1. quem progenitores. talis patientia 3 non facit canonicum, sed tãtum canonica electio. ff. de decu. Herennius, & ĩ. de ilti. ex frequẽtibus. & C. de lib. cau. non idcirco. Ber.

c ¶ Molestatione.] & sic agebat interdicto vi possidetis.

d ¶ Turoneñ. concilium.] sup. eo. maioribus. B.

e ¶ Lateraneñ. concilium, inf. de conce. præb. nulla.

f ¶ Diuidi.] quia vnitas non recipit diuisionem. 24 q. 1. loquitur. De hoc dictum est su. eo. tuæ fraternitatis, simile. ĩ. eo. c. inter cætera.

g ¶ Augmentare.] s. de consti. cum M.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

h ¶ Hũoi clausula.] immo & si clausula illa nõ esset adiecta, tamen sine eius auctoritate nõ videtur, quod possit cõtrauenire, ex quo confirmatio Papæ accessit. sup. de cõfir. c. 1. & 2. Nam vbi princeps cõfirmat, idem est, ac si ferat sñiam, C. de vere. iur. enu. l. 1. §. sed neque, versic. omnia nostra facimus, &c. Verius est, quod non obstat eis talis confirmatio, cum eorum fauore facta sit, quin possint contrauenire si volunt, su. de cõst. cum M. & c. cum accessissent, nisi clausula huiusmodi sit apposita, decernatis irritum, & innane. Io.

i ¶ Augmentare.] hæc fuit sufficiens rõ, quia intendebat idẽ ius, & eandem præbendam cõferre pluribus, quare non valuit, su. eo. tuæ. sed si intendisset vtrunq; eligere in canonicũ, talis electio non valuisset, su. eo. dilectus, & c relatum, quia ad duo iura intelligũtur eos elegisse, ita tamẽ quòd facultates sufficerent duob. ĩ. c. ,px.

[Glo. seq. remittit, secundo obiicit, & soluit, tertio quærit. ar. pro, & ꝯ solu. quarto soluit quęstionẽ.]

k Nõ obsistat.] Hãc regulã & ei⁹ expositionem habes supra de re iud. c. penult. Sed videtur quod causæ istorum ita sunt coniunctæ, quòd sententia lata contra vnum obstet alijs, sic 3. quæstio 6. hæc quippe, & 81 distinctione, tantis Daniel sim. infra. de accusa. ad petitionem, & 58. distinctio. ordinatos. sed secus est hic: quia

† Beneficatũ

1 Et præposito p. cunis non vr̃ esse mandatum, vt soluat. nisi q b. debeñ. ff. de solu. si is cui, secundum Ioan. And.

2 Adde ad hoc bonam gl. q dat etiã meliorem rationem, in fine, in l. ĩ. C. vbi de crim. agi opor.

† tu quoque

3 Nec ẽt expressus consensus, secundum Innoc. sim quod di cam. de cõc. præb. c. 1 super gl. 2. Ioã. Andr.

† Lateranẽ. sub Alex. 4. cap. 8.

† crearetur.

† al. non in tenebatur.

quia agendo cõtra vnum, nõ agit de iure alterius: sed in ꝓmissis casib⁹ agit de vtroq; sic ĩ de adul. significasti & de adul. denunciasse. & sed q.d si postea agit contra secundũ & ille secũdus obtinet, nũquid ꝑ hoc retractaret sñia lata? Vr ꝙ sic: quia sñia lata ꝑ vno ex socijs, ꝓdest alijs, vt 2.6. cap. ei q. §. diffinitiua. ver-quãq; & §. de appel. c. pẽ. & ff si ser. vend. loci. §. 2. sed nõ est ita. quia illa intelliguntur cũ sñia ꝓcessit cõtra oẽs in cõi causa [illegible] illa, loci §. 2. loquit de seruitute, quę cõis est & indiuidua: & pro parte quis agere nõ potest. Per decre. istã bene vr solui illa qõ qua q̃ritur, duo fratres ex eodẽ patre & matre eadẽ ꝯtraxerũt matrimoniũ cũ duabus sororibus ex eodẽ patre & matre eadẽ: fuit lata sñia ꝯtra matrimoniũ inter vnũ virũ & eius vxorẽ ꝓp ꝯsanguinitatẽ. Quęritur vtrum sñia ista ꝓiudicet alteri fratri & eius vxori, q nõ fuerũt in lite? Dicas quod non fit eis ꝓiudicium.

1 Vide de sim. dilectus 2. super 3. gl. Io. And.

† Ca. 3. eod. tit. in 4. cõp. Et de materia, an ex cã rõnabili de vna præbẽda possint fieri duæ, vide doctores, §. hoc ti. c auaritię.

† assensu.

VAcãte.] Duę sũt partes. Scđa. ibi, Sup quo, Abbas Sic. CASVS. Vacante quadam præbẽda in quadã ecclesia cathedrali, eps ex illa præbẽda cõstituit duas, & ibi instituit duos canonicos: altero illorũ defuncto, quidã clericus noie Hyppolitus præbendã illius defuncti auctoritate Apostolica fuit adeptus: iste Hyppolitus impetrauit lr̃as a dño Papa cõtra epm, vt integraret illi p̃bendã illã, & alius dicebat se hr̃e idem ĩ ipsum epm. quęsiuit eps, q.d facere dr̃et? Rñdet papa, ꝙ cum Turoñ. concilii statuta diuisionem præbendarum inhibeant, eps tenetur illas præbendas reduntegrare de vacantibus, nisi ex certa & rõnabili cã de præbẽda [illegible] da cõstituerit duas, & sit tãtũ prouentus vtriusq; ꝙ possint cõpetenter viuere [illegible]. No. ꝙ vna præbenda põt diuidi in duas [illegible] prouentus [illegible] non [illegible].

† contingerint.

a ¶ Turoñ. [illegible] maioribus.

[Glo. seq. [illegible]]

b ¶ Integrare.] sed quare tenetur integrare, cum talis electio nulla fuerit [illegible] simpliciter fuerunt electi in canonicos, vnde tenuit electio, sup. eo relatum, & c dilectus, Io. dicit 2 quod licet non valuerit talis electio, eps tñ tenet integrare præbendã cũ nõ possit reuocare qđ fecerit. arg. ĩ. de don. inter di lectos, & ĩ de cõcel. præb cum super, & §. de cler. cõiu. diuersis fallacijs. Vel alia ratio potest reddi. Illi electi fuerunt ad duo iura de nouo creata, & nõ ad vnicum,

2 Alternatiue. quia etiã eius fuit solutio §. proxime. Io. And.

¶ Idem.

¶ *De vna præbenda vacãte possunt fieri duæ, si eius suppetant facultates, alias diuidens integrare tenetur.*

CAP. XXVI.

VAcante † quadã præbenda in ecclesia tua duas ex ea constituens, ad illas de consensu † capituli tui duos canonicos assũpsisti: quorum altero viã vniuersæ carnis ingresso, præbendam, quam defunctus habuerat, quidã clericus nomine Hyppolitus, fuit auctoritate sedis Apostolicæ assecutus. Verum cum idem Hyppolitus te super ĩtegritate prębendæ per quasdã nostras litteras inquietet, & alius idem ius aduersus te se habere proponat, quid facere debeas, requisisti. ¶ Super quo sic duximus respondendum, ꝙ cũ Turoneñ. statuta [a] concilij sectionem inhibeant præbandarum, teneris vtriq; de his, quæ vacare contigerit, † integrare [b] præbẽdam: nisi rationabili causa de vacante supradicta præbenda duæ fuerint cõstitutæ: hac tot sint vtriusque prouentus, quòd per vtramque sit vtrique prouisum in beneficio competenti.

& non intendebat eps facere ꝯ conciliũ, cum duas constitueret ĩ præbẽdas ex vna credẽs sufficere facultates ad duos: vnde si reperiatur ꝙ non sufficiat duobus, tenetur integrare de vacantibus, inf. eo. cũ cãm, & sic vr̃ ꝙ eps possit tolerare, si aliqñ aliqui eliguntur ad vnũ beneficiũ, vt dicitur sup. eod. tuæ.

c ¶ Constitutæ.] hic ergo patet, ꝙ de vna præbenda ꝑñt fieri duæ. 4 & scđm hoc erũt duo noua iura, sicut vna parochia põt diuidi in duas. 16 q. 1. ꝑcipimus, & ĩ. de eccl. ædi. ad audiẽtiã. 1. De hoc dictum est sup. eod. tuæ.

3 Quod potuit. ĩ. de excep. pla sicut venire, scđm Inno. qđ est verũ ex cã, scđm Host. vt dixi. Ioã. And.

4 Hic vides posse epos ex cã diuidere p̃bendas, pñt ẽt, & beneficia diuersa venire, vt patet, in ꝯc Tri. ses. 21. de refor c 5 & ses. 24. de reforma c. 13. qđ videto.

¶ Idem Vercelleñ. episcopo.

¶ *Si Papa mandat capitulo, vt aliquem in canonicum recipiant, & præbendam, si si qua vacat conferant si de mandato scientes alij conferunt, coguntur primum recipere, & de reditibus ecclesiæ loco beneficij prouidere, donec præbendam habeat.*

CAP. XXVII.

ij DIlectus † fili⁹ G. clericus nobis expo suit † conquerendo, quòd cum pro eo ad Nouarieñ. capitulum mandatũ Apostolicũ misissemus, vt eum in canonicum reciperent & in fratrem, præbendã (si qua tunc vacabat †) cõferentes eidem, & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi cõstiterit, ꝙ in Nouarieñ. ecclesia præbenda vacaret [d] auditis mandat, quatenus, si cõstiterit, ꝙ in Nouarieñ. ecclesia, præbenda vacaret, eo tempore quo Nouarieñ. canonici litteras receperunt, dictum clericum faciant recipi in canonicum & in fratrem, cum præbendam illam in derisionem mandati Apostolici duxerunt conferendam, & de prouentibus illius ecclesiæ aliquos redditus annuatim faciant assignare eidem donec præbẽdale beneficium fuerit assecutus. No. ꝙ licet Papa mãdet, ꝙ alicui conferatur præbenda, & canonici eam alij conferunt, tenet collatio, sed ipsi compellẽdi sunt vt illum postea recipiant, & quod dicit in fine, de reditibus prouideatur, & c credo appositum fuisse in pœnam capituli, quia mandatum Apostolicum contempsit, quia illud non 5 erat in antiqua.

[Glossa sequens recitatur per q. an vnum sit mandatum. & c]

d ¶ Vacaret.] ergo videtur a contrario sensu, quod si tunc nulla vacabat, non tenerentur ratione illius mãdati eum recipere, & sic videtur tantum vnum mãdatum. sed videtur quod duo, quia mandauit eum reci-

ij DIlectus filius.] Si Papa mandat ei ad quẽ spectat, vt beneficiũ conferat vni, collatio ꝑ eũ alteri facta tenet, ipse tñ ex transgressione punit: vt hic dr̃. Prima pars querelã decisam continet. Scđa iudices pręber, ibi, Fraternitati. Abb. Sic.

CASVS. Quidam clericus G. noie obtinuit lr̃as a dño papa ad capitulum Nouarien. ꝑ quas mãdabatur eidẽ, vt dictũ G. reciperent in canonicum & in fratrem, & p̃bendã (si qua vacaret) cõferrent eidem, capitulũ mandatum Apostol noluit adimplere, imo p̃bendam vacantem, q̃ dñs papa prædicto G. cõferri mandauit, alij assignauerunt: vnde idẽ G. petijt a dño papa, vt quod de ipso mandauerat, faceret adimpleri. Ex parte capituli allegabatur, ꝙ præbenda non vacabat ibidem, papa his

† Ca. 1. tit. de conces. p̃bẽ. in 4. comp.

† proposuit.

† vacaret.

5 Imo in antiqua cõpila tio. ide conti nebatur his verbis, & eidẽ de reditibus ipsius ecclesiæ singulis annis cõpetentes assignari prouẽtus, &c.

pi in fratrem quod vnum mandatum est, & præbendā conferri, & vnum est consecutiuum alterius: vnde statim tenebantur illum recipere, & postea beneficium conferre, vel statim, vel quam cito possent.

[Glo seq. primo arg. tp̄s receptionis inspiciendum. Secundo de tempore datæ. Tertio de vtroque. Quarto argu. ad qōnem quam sol. vl. sol. contraria.]

tempore, quo eiusdē ecclesiæ canonici nostras litteras receperūt: [a] cum eam alij in elusionem mandati nostri duxerint conferendam, [b] eundem clericum, si non habet † sufficiens [c] beneficium ecclesiasticum, in canonicum recipi [d] facias: & sibi de reditibus ecclesiæ singulis annis assignari [e] prouentus, donec ei sit in beneficio præbendali prouisum.

† habeat

¶ Idem in concilio generali.

a ¶ Receperūt.] hic consideratur tēpus [1] receptionis literarū, & non datæ. sic s̄ de foro comp. licet. sup. de rescrip. capitulum sanctæ crucis. Sic in lr̄is impetratis cōtra vsurarios inf. de vsu. quia frustra. sic qn̄q. consideratur tempus oblati libelli, licet tunc non recte agatur: si tamen postea incipit ius competere, perfici potest iudicium, ff de pig. act. si rem. §. vlt. & ff. de rei vend. sinautem, §. 1. arg. contra quia tempus datæ est considerandum sup. de rescr. eam te, & c. constitutus. Item arg. contra ff. ad exhi. l. tigni. §. vlt. Item arg. quod si iudex in tp̄e impetrati rescripti sit excōicatus, & tp̄e receptionis absolut⁹ quod valeant litteræ, arg. sup. de ap. super eo. ar. sup. de rescr. pastoralis, ad fi. & ff. de iud. cum furiosus, & su. de ætā. & qual. præterea, ff. de acq. hær. mutum. Io. quod non credo. Immo litteræ non valent, cum ab initio nullæ fuissent: vnde postea per absolutionem conualescere non pn̄t. Quare ergo potius hic consideratur tp̄s receptionis, & in illa, eam te, & c. constitutus tp̄s datæ? Hic considerat̄ tp̄s receptionis, & nō datę. quia quam cito vacat beneficiū, pertinet collatio ad capitulū seu ep̄m, cum statim possint beneficium conferre quousque interdicatur eis, vel mandatum recipiant super hoc: vn̄ si vacat tempore quo litteræ dabantur, non præiudicat capitulo quousq. ad ipsos mādatum perueniat, qa nō tenentur diuinare, ĩ. vt eccl. benef. vt nostrum. vn̄ collatio medio tempore facta legitima est, sed mādato recepto, tunc primo præiudicatur eis, vnde postea non debent contrarium facere, quod si fecerint, procederetur contra eos, prout dr̄ hic, nisi diceretur in mandato, quod si secus feceritis, illud decernimus irritum & inane. sup. eo. inter cętera, & c. dilecto, sed in decret. eam te consideratur tp̄s datæ, quia tempore datæ, & tempore receptionis vacauit præbenda, & quia mandatum fuit capitulo de conferenda præbenda: & capitulum non poterat conferre, quia non pertinebat ad ipsum, sed ad episcopum, & archidiaconus fuit postea electus: & sic mandatum sequitur ibi illum, qui potuit conferre, & satis mandabatur illi quando mandabatur capitulo, cum ipse tempore datæ esset de capitulo: vnde ipse episcopus non poterat se excusare, quod non recepisset mandatum. In illa, constitutus dicas quod cum aliquis impetrat litteras super beneficio: tunc si numerus statutus iuramento est firmatus in ecclesia contra quam impetrat illud debet tunc dicere, alias non valerent litteræ. Sed si tunc nullus esset statutus numerus, de eo quo non est mentio fieri non potest: vnde si postea medio tempore statuatur, non præiudicat impetranti.

[1] De materia huius glossę vide Federici cōsi. 290. & Felinum in c. eā te. & de rescr. vbi plenissime, adde Baldū in ca. constitutus s̄. de rescrip.

[Glossa sequens obijcit inducens quattuor, & soluit.

b ¶ Duxerint conferendum.] Videtur q̄ talis collatio non teneat, ar. ĩ. de conces. præb. proposuit, quia Papa ibi consimilem. [2] donationem cassauit. Item eo ipso, q̄ Papa præcepit isti dari, prohibuit alij dare, ff. de condi. & demonst. cum ita, & ff. de procur. Pomponius, §. sed & is qui. Item talis electio facta est contra legem animatā: quæ durius agit quā inanimata. ff. de arbit. Celsus, & l. præcedenti, in fine, & i a nulla est. 10. distin. vides. Item rōne præcedentis denūciationis non valet quod factum est. C. de rei vēdi. si fundum, inf. de no. oper. nunc. c 2 ff. ad l. Falcid. dolo. ff. de eden. quædam, §. is aūt. Sed verum est quod hæc collatio tenuit, licet ɔ̄ mandatum Papæ, vt satis patet hic, & ĩ. de cōces. præbē. proposuit, nec solum mādatum papæ sufficit ad hoc, vt ius habeat, ff. de pig. actio. nō est mirum, §. sciendum, & supra de re iud. cum aliquibus. Item licet canonici obligari videantur, ipsa tn̄ præbenda non est illi obligata, arg. ff. de pact. de pollic. l. 2 & ff. de contrah. emp. l. vlt. in fi. Et ita electio quantum ad canonicos non videtur canonica, sed quantum ad electum sic: sicut sacerdos in mortali existēs quo ad se illicite celebrat, quo ad alios licite. su. 3 de cohab. cle. & mulie. c. fi. sic donatio potest esse vitiosa, & tamen donum tenet, arg. ĩ. de iure patr. cura pastoralis, & C. de rei vend. quoties. Vel licet peccent recedendo a mandato Papæ, non tn̄ peccant [3] aliū eligendo simile, 27. q. 1. nuptiarum, & ideo puniuntur, quia compelluntur illum recipere pro quo mandatū receperunt? & hoc verum est licet papa mandet beneficium vacans vel cum primum vacauerit, alicui concedi, valet tn̄ collatio alij facta: [4] nisi clausula illa adiecta fuerit, quod si contra feceritis, id decernimus irritum, & inane, sup. eo. inter cætera, & c. dilecto.

¶ Habens personatum, vel beneficiū curatum, si secundo tale receperit, vacat primum, quod si retinere contenderit, etiam secundo priuabitur, hoc primo. Et is ad quem spectat beneficij curati collatio, licite confert statim cū institutus aliud recepit, & si infra sex menses non conferat, deuoluitur ad alium collatio, & aliter punitur, hoc secundo. Cum sublimibus vero & literatis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium solus Papa dispensat. hoc tertio. h. d. istud capitulum vtile & famosum.

[2] Nō fuit cōsimilis, quia ibi datus fuerat executor ad prouidendum, hic nō. Io. And.

c ¶ Conciliū gn̄ale Lateran̄. sub Innocentio 3. c. 29. & ca 4. eo. titu. in 4. compil.

ADDITIO. Nisi Papa alias suam intimauerit voluntatem. ĩ. de conces. præb. quia in cunctis, lib. 6.

[3] Idest, alij non peccant ipsū: audiendo cum ignorent eū esse in peccato mortali.

[4] Quod dic hodie vt inf. de conc. præ. si capitulo. & cap. seq. & ibi plene de hoc lib. 6 in fi. licet sit argu. ɔ̄. C. de leg. non dubium. Ioan.

c ¶ Non hēt sufficiens.] & ita si non habet sufficiens, non nocet, sed de illo non fecit mentionem, argum. est hic, & sup. eo. cum teneamur, & c. postulasti. De hoc dixi sup. de rescrip. si proponente.

d ¶ Recipi] & sic patet quod prior electus nō remouet̄, vt dictū est: licet contra mandatū sit receptus. sic ĩ. de ijs quæ fiunt a maio. par. c. ex ore

e ¶ Assignari prouentus.] sic. [5] s̄. eo. dilectus. in fin. Istud additum fuit, quod nō erat in antiqua compilatione.

[5] Hæc glossula non reperitur in manuscriptis.

DE multa.] Diuidit̄: quia primo narrat ius antiquū. Secūdo subijcit nouū: ibi, Pręsenti. Vel pōt diuidi in tres partes, prout vident̄ tria dicta Secūdum, ibi, Is quoque ad quem. Tertium ibi, Circa sublimes Abbas. Siculus.

CASVS. In Lateran̄. concilio statutum fuit, quod nullus diuersas dignitates & plures ecclesias parochiales reciperet, alioqn recipiēs sic acceptū amitteret, & ɔ̄ferens cōcedēdi p̄tāte priuaretur sed quia istud statutum male obseruabat̄, Innocentius volēs obuiare huiusmodi cupiditati, statuit, vt q̄cunq; de cætero receperit aliquod bn̄ficiū curā habēs animarū annexam, si prius tale beneficiū obtinebat, ipso iure sit priuatus

eodem:

eodem: & si illud cōtenderit retinere, alio spolietur: & ille ad quē spectat collatio prioris beneficij, illud conferat cui viderit conferendū: & si vltra sex mēses cōferre distulerit, ipsius collatio ad alios deuoluatur, sc̄dm statutū Later. concilij: & insuper tm̄ cogatur de prouentib. suis in vtilitatem ipsius ecclesiæ assignare, quantū a tēpore vacationis cōstiterit esse perceptū, & hoc idem in p̄sonatib. si ne dignitatib. obseruet, addit insup vt nullus in eadē ecclesia plures dignitates vel p̄sonatus hr̄e præsumat, etiam si curam non habeant animarum, tm̄ circa sublimes & litteratas personas, quæ maioribus beneficijs sunt honorandæ, per sedē Apostolicā poterit dispēsari. No. q̄ qui habet curam animarū, vel p̄sonarū, si ad consimile beneficium eligatur, postquā illud receperit, ipso iure vacat primum. Ita q̄ non vult dimittere qd̄ suū non est, dēt priuari eo quod suū est. Item cū quis receptus est ad sc̄dm beneficiū sc̄dm iura primum alteri debet conferri. Itē no. pœnam negligentis cōferre beneficiū. Item nota pro venerabilibus & litteratis personis. Item solus Papa potest dispensare, vt aliquis habeat plures dignitates, vel curas animarum.

proprium habet. s̄. de app. reprehēsibilis. alioquin delictum personæ & c. sup. de exc. cum venerabilis, & 16. q. 6. c. si epi. alias si proprium nō habet, puniatur alia pœna ad arbitrium iudicis 16. q. 6. & illud. & 14. q. 6. si res, vel repetatur ab eo, qui recepit illud tanquam in debitum quia tāquā inuasor possidebat: cū vacauerit ipso iure post receptionē secundi, & mala fide, vnde fructus omnes ab eo tempore restituere debet. ‡ C. de rei vend. certum. s̄. e. c. dilecto.

CAP. XXVIII.

CASVS. Episcopi successiuè locis religiosis de reditib. ecclesiarũ suarũ conferũt vltra quinquagesimã portionẽ, q̃nq; vsq; ad tertiam, uel quartã partem, quærebatur vtrũ successores possent reuocare quod vltra quinquagesimã datũ est? Ad hoc rñdet Papæ: licet sit diffinitum in canone, vt si aliquis epõrum in parochia sua voluerit cõstituere monasterium, & ipsum dotare de reb. ecclesiæ suæ, non amplius cõferat q̃ quinquagesimam portionẽ cẽsus ipsius ecclesiæ: si uero ecclesiam sæcularẽ vellet facere monasteriũ, vel eã ampliare pro suis sepulturis, nõ amplius ei cõferat q̃ cẽtesimã partẽ census ecclesię, cui præest; hac æq̃tate seruata, ut cui tribuit, cõpetẽs subsidiũ cõferat: & cui tollit, dãna grauia non infligat; ita tñ q̃ unã de prædictis remunerationibus, quã voluerit, tm̃ assumat, & hoc seruandum est, q̃ unus epũs vel alius nõ debet ultra quinquagesimam, vel centesimam portionem cõferre, sed nec tan-

1 Hæreditatẽ ex una cã petitã, ex alia petere possum. Io. An.

† contractu.

2 Actiones vel res litependẽ. in cõsanguineos, vel extraneos donatione, ẽptione, vel alio titulo transferẽdæ nõ sunt. Io. And.

† reciperent.

3 Vide Alex. in l. iusiurandũ §. procurator. & ibi de Iasonẽ. ff. de iureiurãdo.

4 Et s̃. de pręsum. tertio, ubi etiam de hoc. Io. And.

5 Vide de hac materia Bar. in l. si cõfessus. ff. de custo. reo.

† Vide l. transactionẽ. C. de pac. & l. si petitor. ff. de iud. & l. si vnus. §. pacta, ff. de pact.

† Cap. 6. eod. ti. in 3. cõpil.

spondemus, [a] quòd licet sit in canone [b] † diffinitum, vt si quis episcoporum in parochia sua monasterium construere voluerit, & de rebus ecclesiæ, cui præsidet ipsum dotare, non amplius ibidem, quam quinquagesimam, ecclesiæ [c] vero quam monasticis regulis informare, vel pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partē census ecclesiæ, cui præest, debeat elargiri: [d] Quia tamen in eodem canone consequenter adiungitur, vt† hæc temperamēti æquitas obseruetur: quod cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damna grauia non infligat: ea quidem cautela seruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit ex his duabus, remunerationem assumat. Hoc semper est obseruandum, quòd vnus episcopus vel alius non solum non debet amplius, sed nec tantum nec minus cum graui ecclesiæ suæ detrimento conferre: siue simul & semel id facere velit, siue pluries successiue, eisdem † vel diuersis ecclesijs conferendo: vnde cum graue detrimentum siue de possessionibus, siue de prouentibus ad episcopalem mensam, vel cathedralem ecclesiam pertinentibus, in quamtalibet portione constiterit esse collatum, poterit legitime reuocari: [e] nisi præscriptione, [f] vel alia exceptione [g] legitima, actio huiusmodi excludatur. Nam etsi [h] prima facie præsumatur, quod collatio quinquagesimæ vel cētesimæ partis, graue non inferat detrimētum: quia tamen non solū si sæpe, sed etiā si semel id fiat, ex varijs circūstantijs

nec tm̄, vel etiam minus cum graui detrimēto ecclesiæ suæ, siue simul & semel id facere velit, siue pluries successiue eidem ecclesiæ vel diuersis: vnde quicquid cum graui detrimento, siue de possessionib. siue de prouentib. ad ecclesiā cathedralem, vel mensam epi pertinentibus constiterit esse collatum, poterit legitime reuocari, nisi pręscriptione, vel alia legitima exceptione hmōi actio excludat: Tandē respōdet quasi tacitę qōni. diceret aliqs, nō vr̄ ꝙ collatio quinquagesimæ, vel centesimæ partis possit graue damnū infere: & ipse rn̄det, si ue semel tātū id fiat, siue pluries: ex varijs circumstātijs potest deprehēdi esse valde damnosum, & hoc potius potest cognosci ipso facto q̄ p aliquod statutum, & ita nec quinquagesima, nec centesima debet cū graui damno concedi, semel aut sæpe. Si vero intantū abundet eps, vt sine dāno ecclesiæ suæ amplius q̄ quinquagesimam, vel centesimam possit cōferre necessitati alterius ecclesiæ licet per se non debeat excedere summam à canone constitutā, tn̄ de supioris auctoritate pōt etiā in maiori summa necessitati alterius ecclesiæ subuenire. Not. ꝙ æquitas est seruanda non solum in iudicijs, sed etiam in donationibus. Item donationem pōt episcopus facere nō tm̄ de reb. episcopatus, sed etiam canonicorum. Item nō solum de prouentibus, sed etiam de possessionibus. Item successor pōt reuocare donationem factam à prædecessore, si vergat in graue damnum ecclesiæ. Item in donationibus valet præscriptio. Item hic probatur, quòd episcopus potest conferre quinquagesimam, vel centesimam portionem. Item licet aliquid præsumitur prima facie non esse damnosum: tamen probatio admittitur in contrarium. Item quædam melius sciuntur ipso facto, quam iuris expressione. Item summam taxatā a canone potest prælatus in donatione excedere, non tamen propria auctoritate, sed superioris.

[Glo. seq. inchoat casum.]

a ¶ Rn̄demus] quæstio fuit de hoc: quandoq. episcopi successiue locis religiosis de reditib. ecclesiarū suarum conferunt vltra quinquagesimam portionem, quādoque vsq. ad tertiam vel quartam partem, quærebatur vtrum successor possit reuocare ꝙ vltra quinquagesimam datum est? Ad hoc respondet Papa prout sequit.

b ¶ In canone] 12. q. 2. bonæ rei.

c ¶ Ecclesiæ] sæculari iam constitutæ.

[Gl. seq. recit. per q. an sine consensu capituli, &c. tenet ꝙ sic, ponit opinio. contrariam, & opinio. Hu. mediam. secūda pars recitetur per quæstionem, an de fructibus, vel etiam de possessionibus, ponit duas opiniobus & secundam approbat.]

d ¶ Elargiri.] hoc potest facere sine consensu capituli. sufficit enim in re semel concessum fuisse, ff. de condi. institu. quæ sub conditione, §. vlt. & sup. de his quæ fiunt a prælat. sine consensu capituli, pastoralis, vbi de hoc, quæ videntur determinare hanc dubitationem, & īf. e. c. vbi dicit: per se nō dēt excedere, &c ergo per se illā pōt cōcedere: 1 qa quod de vno negat, de alio conceditur. 25. di. qualis, & su. de præsum. nōne, & sup. de his quæ fi. à pl. sine cōs. capituli. cum apostolica. in fi. 2. Et ī alienationib. sēper dr̄, ꝙ cōsensu capituli requirat. su. e. pastor. su. 12. q. 2. sine exceptione, & su. de his q̄ fi. à pl. sine cōsensu capituli, cū nos, Quidā dicunt vt Lau. & T. & Io. super illo, c. bonę rei, ꝙ hāc donationē facere dēt de cōsen. capituli, argō illius c. 12. q. 2. si eps. Hug. dicit, ꝙ hoc pōt fieri de cōsensu clericorū, & tūc post mortē epi nō reuocatur. vel sine consensu clericorū, & tūc reuocatur post mortē episcopi per successore. Et ita quinquagesima. vel centesima intelligenda est quo ad fructus tm̄ & hoc patet ex verbo illo, quinquagesimā, vel centesimā partē census, ita intelligit Hu. sup c. bonæ, & de fructib. formata fuit qō. Sed cōtradicere vr̄ inferior lr̄a, vbi dicit siue de possessionibus, &c. Io. intelligit ꝙ etiam de possessionibus & perpetuo possit donare centesimam, vel quinquagesimam, & hoc satis pōt concedi. Et est argumentum vbi dicit: nisi legitima præscriptione, &c. ita tamen hoc facere potest, siue de redditibus, siue de possessionibus, ꝙ ecclesia non lædatur B.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.

e ¶ Reuocari.] hic respondet quæstioni, ꝙ reuocabitur tātum vltima, si plures fuerint factæ alienationes, ff. de iure patr. Si libertus, §. 1 si vna tantum fuit & enormis, de ipsa ditrahetur qđ plus est. 12. q. 2 si quos de seruis.

[Gl seq. obijcit, & soluit.]

f ¶ Præscriptione.] sed vr̄ quòd hoc stare non possit, quia dicit lex. Qui contra leges mercatur, malæ fidei possessor dr̄: & ideo non præscribit, C. de agr. & censi. quemadmodum, lib. 11. & nulla temporis longitudo iuuat malę fidei possessorem, su. de præsc. & vigilāti. & c. si diligenti, & c. quoniam omne, & iuris ignorantia nō prodest in vsucapione, ff de iuris, & fact. igno iuris ignorantia, ff. de vsucap. nunquam. Respondeo. hæc est ignorantia facti, & non iuris. facti enim quæstio est, vtrum lædatur ecclesia grauiter, & ideo ecclesia quæ recipit, cū habeat titulum, & bonam fidem, præscribere potest, secundum quod dicit T. quia hæc donatio permissa est per canonem illum bonæ rei. sed in alijs exceptionib. loquuntur prædicta iura. B.

g ¶ Exceptione.] puta, rei iudicatæ. sup. de re iud. cum inter vos, & ff de excep. l. 2.

h ¶ Nam etsi.] responsio tacitæ quæstionis.

† Hunc canonem habes ī concilio 9. c. 5. refert Gra. 12. q. c. 73. in cip. bonæ rei. eius canonis verba hic inserit Innocē. vsq. ad versi. Hoc semper.

† vt per hoc temperamēti. &c.

1 Imò nec per suam facere pōt sine capitulo, cū non sit ibi totus, cum mēbra deficiāt. de his quæ fi. a præl. nouit. & c. quanto, secundū. H. Io. And.

2 Cōc. tex. in l. si maritus, ī fi. cum vulg. ff. de procu.

† eidem.

3 Secundum Goff. & Innocentium, & hoc teneas. nā expedientius est ecclesiæ dare ex nunc quinquagesimā possessionū, quam singulis annis dare quinquagesimā redituū. Dicit tamen Aegid. quod putat hoc esse de mente iuris, quod ecclesia cathedralis teneat directū dn̄iū. vn̄ hoc sumit non video, Io. And.

a ¶ Ex ostensione.] vt si ostendatur ecclesia ære alieno grauata, vel graues imminere expensas in proximo vel quia defecit ecclesia in expensis consuetis pp talé donationem, quam si non fecisset, leuiter subiret expensas sine grauamine.

b ¶ Quàm expressione.] quædam enim sunt, quæ melius possunt intellectu percipi quàm elocutione exprimi. ff. de sol. ratum, & ff. rem ratam haberi. quo enim tutore § Iulianus.

c ¶ Non debeat.] ex eo, quod dicit, per se, non debet excedere summam à canone præfixam, ergo per se illam facere potest, ut dixi.

d ¶ Canone.] prædicto, bonæ rei.

PRopter.] primo ponit dictum, quod exemplificãdo specificat: ibi, Si forte. Secundo moderatur: ibi, Quod tamẽ. Abbas.]

CASVS. Aliquis (pone Titius) aliquã liberalitatem siue donationem cõtulit in aliquem: quæritur, vtrum talis liberalitas seu donatio aliquo casu posset reuocari? Rñdetur, q de iuris rigore donatio in casib. pōt reuocari, si forte donatari' impias manus ĩ suũ donatorem iniecit, vel si atroces iniurias sibi intulit, seu graue damnum rerum suarum, uel periculum vitæ donatori suo inferre pśumpsit: sed si donator in vita sua de his [illegible] tacuit: successores illius hanc liberalitatẽ, seu donationẽ reuocare non poterunt. No hic quatuor casus in quib. pp ingratitudinem donatio reuocatur. [illegible] donatarius impias manus in suum donatorem in[illegible] vel si atroces iniurias sibi intulit, seu graue dãnum rerum suarum, vel periculum vitæ sibi inferre pśumpsit. Item no. q si donator de his in uita sua tacuerit, successores liberalitatem seu donationem reuocare non possunt.

[Glos. seq. dicit vnde sumpta fuit, & dat regulam, secundo distinguit.]

deprehendi potest interdum vale damnosum: qđ quidem magis potest ex ostensione [a] facti, quam expressione [b] alicuius statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel, aut successiue debet cum graui ecclesiæ damno conferri. Si uero intantum abundet episcopus, vt sine dãno ecclesiæ suæ, possit amplius etiã quam per quinquagesimam, vel centesimam partem necessitati alterius ecclesiæ subuenire, quamuis per se nõ debeat [c] summam excedere à canone [d] præfinitam, per quam incaute largiri volentibus est occursum: de superioris tamen auctoritate [pontificis †] potest etiã in maiori summa inopiæ alterius prouideri.

† Vox, pontificis, deest in vetustiorib. codicibus.

Gregorius nonus.

patrono. C. de reuoca. dona. si vnquam. & 17. q. vl. c. vl. Sed illud iure poli, [illegible] fori, alias aut totã non reuocat. s. de inofficio. dona. si totas. Si aũt in extraneũ collata sit donatio, reuocat ex ingratitudine: cuius quattuor causæ hic notant. Puta si donatarius impias manus in donatorẽ iniecerit ipsum vulnerando: vel attrocem iniuriam ei intulerit, ut ipsum vulnerãdo, vel fustibus cædendo: Si graue damnum rerum suarũ uel periculum vitæ inferre præsumpserit. Item ad quintam quæ hic non ponitur: Si conditionẽ appositam non adimpleuit. arg. s̃. eo. cum dilecti, & hoc totum habes. C. de reuoca. do. l. vlt & s̃. de condi. ap verum. si vero mater donationem filio faciat, & postea transit ad secundas nuptias, ex tribus tantum causis eam donationem poterit reuocare: puta, si vitæ eius insidiatus est: Si atroces manus intulerit in eam. Si totius substantiæ ipsius molitus est iacturam. C. de reuo don. Authe. hæ quoque, in Auth. de nup. coll. 4. §. mater. aliter non fit reuocatio. Inst. de don. §. aliæ.

† De materia huius decretalis vide late per Ripã i repetitio. l. si. C. reuoca. d. donat. Areunũ, & alios, in §. alia aũt. Instit. de donat.

¶ Donatio potest per donatorem non per hæredem eius, qui tacuit ob ingratitudinẽ donatarij reuocari in casibus hic expressis.

CAP. X.

PRopter [e] † eius ingratitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore iuris, eam potuit reuocare: [f] Si forte in ipsum impias manus iniecerit: † aut sibi atroces [g] iniurias: seu graue rerum suarum damnum: vel vitæ periculum inferre presumpserit: Qđ tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores. [h]

† ingerit.

TITVLVS XXV.

ADDITIO. Istas quinque causas reuocandæ donationis habes in his versibus.

Quinque modis perdo, mihi quæ donata fuere.
Infero si damnum grauiter donantis in ære.
Huic per me si sit atrox iniuria facta.
Si sit per [illegible] manuali vulnere tacta.
Quando sua vita crudeliter insidiabor.
Ingratus domino re donata spoliabor.
Ingratum factum dic me cum fregero pactum.

e ¶ Propter.] hæc decr. sumpta fuit ex lege C. de reuo. dona. l. vlt. Nota, ergo, q donatio semel perfecta non reuocatur etiam prætextu imperialis rescrip. C. de reuoc. dona. si donationem, & 12. q. 2. non enim. nec ex [illegible] reuocatur. C. e. possessionem. nec recipit [illegible] perfecta donatio. C. de donat. quæ sub mo. perfecta l. in casibus tamen reuocatur ppter ingratitudinem: Vnde distingue, aut donat quis liberto, aut extraneo. si liberto, reuocatur donatio, sola ratione obsequij non præstiti. & est mirabile: quia reuocatur res empta ex pecunia donata. C. de reuo. do. l. 1. sed libertas non reuocatur solo obsequio non præstito C. de lib. ca. solo. sed propter easdem causas quibus donatio reuocatur, libertus ecclesiæ in seruitutem reuocatur. 12. q. 2. octaua discessio. & in Auth. ut liberti de cetero aureo annulo non egeãt §. illud. coll. 6. Reuocatur etiã donatio tota propter liberos susceptos à

1 Siue sit perfecta stipulatione vel pacto: [illegible] impleta p tra[illegible] dictione, vt [illegible] & [illegible] inquisitis diuerso respectu perficiuntur contract⁹, no. C. de peric. & commo. rei vend. l. 1. in glos. Io. And.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

f ¶ Reuocare.] reuocatur ergo donatio utili rei vẽdicatione, vel condictione ex lege. C. de reuo. dona. his solis & C. de contrahen emp. cum res ff. de dona. causa mortis. l. si mortis causa. Ber.

g ¶ Atroces.] quæ considerantur ex tribus causis. scilicet ex facto, loco, & persona Insti. de iniu. §. atrox. ut si quis vulneratus fuerit, vel fustibus cæsus. 2.

[Gl. seq. in fin. arg. ad quæstionem inducens duas leges.]

h ¶ Successores.] hoc ius reuocandi personale est, quia non competit primordium huius causæ hæredib. donatoris, vel contra hæredes, vel successores donatarij, qui hoc in uita sua tacuit, vt hic dicit, & C. de reuo. do. l. vlt ad fi. & l. 1. in fin. quia per taciturnitatem remissum vr. Et sic est arg. quod feudum non est auferendum filio propter felonìam patris, si patri quæstio mota non fuit; sic C. de inoffic. testa. omnimodo, arg. ff. ad Syllam. l. 1. §. vlt. Ber.

2 Adde q dicat atrox iniuria: per l. præto. § posse. ff. de iniur.

3 Immo qñ que ñ auferet et si patri q̃ mota fuit vt dixi s. de feu. c. 2. super gl. fi. Io. An.

DE PE-

DE PECVLIO CLERICORVM.

¶ Supra visum est de donationibus, sed quia dubitari poterat nunquid clerici possent donationes facere de eorum peculio, merito subijcit hanc rub. Ab. Sic.

De hac materia tractatur 12.q.1.& q.3 & q.4.per totum.& q.2.de laicis.& c.seq.

De peculio Clericorum.

¶ Ex cócilio Arelatensi. †

¶ *Quæsitū à rectore ecclesiæ tempore promotionis nihil habente, præsumitur de bonis ecclesiæ quæsitum.*

CAP. I.

INuestigandū[a] est, si nihil patrimonij habens p̄sbyter, qū promotus est ad ecclesiasticū ordinē, postea † emerit prædia, cuius iuris sint: quoniā ecclesiæ, ad quā[b] nihil habens promotus est, ea debēt,[c] iuxta canonicam auctoritatem.

¶ Ex eodem. †

¶ *De emptis per prælatum de bonis ecclesiæ, debet instrumentū confici noīe ecclesiæ: aliàs debet prælatus ab administratione remoueri.*

CAP. II.

PResbyter[d] cū diœcesim tenet, de eis† quę superemerit[e] ad ipsius ecclesię nomen, scripturam faciat: aut ab eius ordinatione discedat.

¶ Ex epistola Pij Papæ. †

CASVS. Dr̄ in hoc capitulo, q̄ quicquid p̄sbyter acquisiuit à t̄pe promotionis suæ, post mortē eius remaneat ecclesiæ. No. q̄ quicq̄d prælatus acq̄rit post restitutionē suā de reb. ecclesiæ vel eius occasione, ecclesię est.

f ¶ Vt vnusquisque.] supple, statuimus.

¶ *Quæsita per episcopū post consecrationem suam, ecclesiæ relinquenda sunt.*

CAP. III.

VT vnusquisq; presbyter, res quas post dies cōsecrationis acq̄sierit, g propriè ecclesię relinquat.

¶ Ex concilio Remeñ. †

¶ *Empta per prælatum ex emolumētis ecclesiæ, efficiuntur ecclesiæ, licet prælatus emerit nomine alieno.*

CAP. IIII.

INquirédum est, si quis p̄sbyterorū de redditib. ecclesiæ, vel oblationib. vel votis fidelium, alieno noīe res comparauit[i]. † q̄a sicut nec suo, ita nec alieno nomine[k] p̄sbyter fraudē facere de facultatibus ecclesiasticis † debet: quoniam hoc sacrilegium[l] † est, & par crimini Iudæ furis, q̄ sacras oblationes asportabat[m] & furabatur.

¶ Ex concilio Toletano. †

¶ *Meliorationes factæ per prælatum in rebus ecclesiæ, sunt suæ in uita, etiam si dimittat beneficium: sed de his testari non potest h.d. secundum intellectum satis notabilem.*

INuestigādū. CASVS. Statuit cōcilium Arelateñ. q̄ si p̄sbyter nihil hñs promotus fuerit ad regimē alicuius ecclesię, & postea emerit p̄dia, illius ecclesiæ dēnt esse, ad q̄ nihil hñs promotus est. Not. hic arg. q̄ oia quæ p̄latus possidet, p̄sumi de bonis ecclesiæ acquisita fuisse.

a ¶ Inuestigādum.] à iudicib. qui de hoc cognoscunt.

b ¶ Ad quam.] sim. 12.q.3.placuit.& q.4. quicūque, & q.5.nulli. & c.fixum.

c ¶ Dēnt.] q̄a p̄sumūtur de bonis ecclesiæ empta.12. q.3.c.1. & C.de donationib. inter virum & vxorem et am.& ff.eod. Quintus Mutius. s Sed cōtra hanc p̄sumptionē admittitur probatio. 12.q.1. sint manifestæ.& q.4.c.1.& 2.

PResbyter.] CASVS. Dr̄ in hoc capitulo, q̄ si p̄sbyter q̄ tenet parochiam, aliqua emerit ad nomē ecclesiæ, cōficiat instrm̄: & q̄ cōtra fecerit, ab eius ordinatione remoueat. No. q̄ cum presbyter aliquid emit, debet fieri instrumentum in quo contineatur, illud esse ecclesiæ: q̄d verum est, cum emit de rebus ecclesiæ: secus est si de patrimonio suo emit.

d ¶ Presbyter.] hoc c. habetur 12.q.2.c.vlt.

e ¶ Sup emerit.] de reb. ecclesiæ: quoniam si de suis & ecclesiæ rebus emisset, pro rata prætij res diuideretur inter ecclesiam & hæredes p̄sbyteri, si de hoc cōstaret. 12.q.4.c.j. ita pro ea parte faciat instrumentum pro se, quia tutius est quòd non faciat instrumentum commune, sed separatim. T. autnō datur ei optio, sed comminatio est. Ber.

VT vnusquisque.] Iste textus pōt intelligi de ep̄o, & tūc verbū, cōsecrationis, stat p̄prie, & verbū p̄sbyter, dēt exponi, i. ep̄s p̄ ea q̄ dixi in c. p̄cedēti. Secūdo pōt intelligi in quolibet rectore ecclesię. & tūc verbū, p̄sbyter, stat propriè: & verbū cōsecrationis, dēt exponi, i. ordinationis seu promotionis: quia propriè ep̄s consecrat, & presbyter ordinatur, vt in c.1. de sac. vnct. Abb. Sic.

Gl. seq. arg. allegat quattuor iura.]

g ¶ Acq̄sierit.] occasione ecclesiæ. inf. tit. prox quia nos. & c. requisisti. & est arg. q̄d teneor 2 tibi restituere quod occasione rei tuæ ad me peruenit. arg. s̄. de iureiur. ad nostram. & ff. mādati. ex mandato. & l. idéque. §.1. & 2. & ff. de proc qui proprio. §. procurator. ver. vt in cæteris. Ber.

INquirendum est.] CASVS. Statuit conciliū Remeñ. q̄ si aliq̄s presbyterorum de redditib. ecclesiæ vel oblationib. ecclesiæ vel votis fidelium res aliquas cōparauerit, nō noīe ecclesiæ, sed alieno, ecclesia poterit res illas petere, si constiterit q̄ de bonis ecclesię fuerint cōparatæ. & ipse qui hoc fecit, dēt puniri: q̄a sicut nō suo nomine, ita nec alieno de suis facultatib. ecclesiæ fraude facere dēt: à c. sacrileg ū est, & par crimini Iudæ, qui sacras oblationes furabat. No. q̄ de rebus ecclesię nō pōt prælatus aliquid alicui acq̄rere vel emere nisi ecclesiæ. Itē q̄ de reb. ecclesiæ fraudē facere, sacrilegium cōmittit, & furtum.

h ¶ [illegible] prælatus ecclesiæ. Ber.

i ¶ Cōparauit.] supple. si hoc fecerit, puniendus est, & ecclesia poterit eas vendicare, 3 sicut illa nō sint, & est simile in ecclesia. sic & miles. C. de rei ven. si vt proponis, sic & pupillo, C. arbitriū tute. l.3. In alijs vero secus est de iure cō. C. de rei vend. si ex ea, C. de dona. inter vir. & vxo. & si de tua. C communia vtriusque iud. si [illegible] tuus tuus.

K ¶ Alieno nomine.] simile [illegible] 6. [illegible] sicut non suo.

l ¶ Sacrilegiū.] large sūpto vocabulo sacrilegij, [illegible] q.2. prædia & c gloria ep̄i, & sup. de foro comp. conquestus.

m ¶ Asportabat.] sic, 23.q.4. q̄d ergo 17. q.4 [illegible] forte. B.

SI quis.] Varij intellectus possunt colligi ex hoc ca. vt dicit Panor.

CASVS. Statuit concilium Toletanum, q̄ si aliquis clericus pro sua sustentatione in terra ecclesię vineolas, aut agella fecerit, meliorādo terram ecclesiæ, possideat ea vsque ad mortem: & tunc ecclesiæ restituat, nec iure testamenti, aut iure successionis alieni relinquat.

---

† In cōcilijs editis nondū inuētum est Burchardus l.3. decr. ca. 118. & Iuo pa.3.c.94. cōcilio Remeñ. si tribuitur. Et e.1.co. tit. in 1. cōp. tribuitur cōc. Lat.

† prouectus.

† si postea.

1 Ob vitādā suspicionem turpis quęstus dicet a viro vel his qui in ipsius p̄tate sunt p̄uenisse q̄ acq̄sierit vxor. Io. And.

† Desumptū ex cōcil. Agathēsi 53. Iuo pa.3.c 96. refert a Burc. lib 3. decr.c. 119 & in 1. cōp. eo. tit. c. 2. vbi ex alijs concilijs desumptum dicitur, sed minus bene.

† de his.

† Vī sumptū ex cōcil Carthag.3. c 49. refert Burch. li. 3. decr. ca. 121. Iuo p.3. c.96. Grat. 2. 3. c.1. & c. 3. eo. tit. in 1. compil.

2 Et maxime in subsidiū. ar. ff. de eo p̄ quē fac est l. si. Io. And.

† In cōcil. impresso nōdū inuētū est, ei tn̄ tribuunt. Burchar. li. 3. decr.c. 123. & Iuo p.3.c. 96. & hr̄ i c 6. eo. ti. in 1. cōpil.

† si aliquis presbyter.

† comparauerit.

† ecclesiæ

† sacrilegū.

† Cōc. Tolet. 2. ca.4. & c.7. eo. ti. i 1. cōp. Et de materia textus & glossatū plene p̄ Couarr. in c.1. & in c. cū in officijs. de testamen.

3 Vide hi Host & Iōā. An. & doctores in l. mini me. ff. de legib. adde Io. An. in c 1. j. de voto. & sup. de off. le legati. c.2.

linquat: nisi forsan eps velit eā assignare alicui ad tēpus pio seruitijs ecclesiæ pstitis. No. φ nec platus nec clericus bona ecclesiæ potest alicui post mortem suam relinquere. Item episcopus potest conferre alicui terram ecclesiæ pro seruitio ecclesiæ præstito.

a ¶ In terra.] q̄ sterilis erat, prius enim æquum est illis relinqui, quorū labore ad fertilitatē redacta ē, vt s. de reb. eccl. alie. vel nō. ad aures. & C. de alluuio. l. vl. vel loquit de terra priꝰ culta & clerico pro beneficio assignata. 16. q. 1. possessiones, & q. 3. clerici. Tan.

b ¶ Obitus.] ar. φ bñficiati ab ecclesijs vsufructuarijs cōparant: nam & morte finitur vsusfructus. Inst. de vsufr. §. finitur. Similiter morte clerici, vt hic & s. de pig. c. vlt. sed nō p oia pparant clerici vsufructuario, quia de terra aratoria pōt hic facere vineā. φ illi nō licet & ff. de vsufr. q̄uis. & l. vsufructuarius. Item vsufructuarius percipiendo fructus facit suos, & inde pōt testari: φ nō pōt clericus. inf. ti. prox. quia nos. 21. q. 5. quia Ioānes. nisi eū quodā moderamine, φ habet inf. ti. prox. ad hoc. & c. relatum. §. licet. immo potius clerici possunt pparari vsuarijs, quibus tm̄ ad vsum cotidianū vti licet. Inst. de vsu & habit. §. j. B.

c ¶ Prohæredum vel.] prohæres est qui putat se hǣdem esse, cū non sit. ff. de pe. hær. pro hęrede & Inst. de interdict. §. adipiscendæ, vel pōt appellari hic pro quolibet decedente post primum hæredem siue pro quolibet decedente, cui relinquitur aliquid.

d ¶ Pro seruitijs ac præstatione.] idest, pro seruitijs pstitis ecclesiæ. inf. tit. prox. relatum, 2. sicut 1 quia forte potest possessionem illam assignare alicui clerico pro beneficio, vsq; ad tempus vitæ suæ. 16. q. 1. possessiones, & q. 3. clerici. Ber.

† In hūc titulū eruditos scripsit Couarruuias cōmentarios.

† In vetustiorib. ita. Gregor. A. subdiacon. alias Greg. uij. & c. Cōtius i margine addit ita: immo primus, lib. 7. indict. 2. epist. 52. Et nr̄ c. j. eo. ti. i 1. cōp.

2 Et s. ti. 1. p suas. Io. An.

CAP. V.

SI quis sane clericorum agella vel vineolas, in terra [a] ecclesiæ sibi fecisse probabitur, subsistentandæ vitæ causa, vsq; ad diē obitus [b] sui possideat: verum post suū decessum ecclesię restituat, nec testamentario, aut successorio iure cuiquam hæredū, prohæredūve [c] relinquat: nisi forsan cui episcopus pro seruitijs, ac præstatione [d] ecclesiæ largiri voluerit.

TITVLVS XXVI.

De testamentis † & vltimis voluntatibus.

¶ Gregorius nonus † Antonio Subdiacono.

¶ *Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest, de rebus vero ecclesiæ seu intuitu ecclesiæ quæsitis testari non valet.*

CAP. I.

QVorundā ad nos relatione peruenit, φ I. Attellanæ ciuitatis episcopus condito testamento, in octo vncijs [e] substantiæ suæ nurum hæredem instituit, ecclesiā suā in residuis quatuor.

¶ Hortamur [f] ergo, vt sollicite hoc [g] discutias: & quicquid ipsum habuisse potuerit, a qualibet persona detineri nullatenus patiaris: [h] nisi † hoc solū quod eum ante [i] episcopatus ordinem, proprium habuisse [k] constiterit. Quicquid vero ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse cognoueris, vel in episcopatus ordine prædictum episcopatum acquisiuisse, [l] † in eiusdem ecclesiæ dominio conseruetur.

¶ Idem.

¶ *Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habitum monachalem.*

CAP. II.

QVia ingredientibus: & infra. ¶ Gabina † Abbatissa conquesta † est, S. quondam abbatissam, monasterij sui, postquam regendi suscepit officium,

19. q. 1. commonere. & c. seq. 23. q. 8. §. quamuis.

Vorundam.] Primo ponitur factum. Secundo decimo: ibi, Hortamur. Abbas Siculus.

CASVS. Ioannes Attellanæ ciuitatis episcopus fecit testamentum, & nurum suam in octo vncijs substātiæ suæ sibi hæredem instituit, & ecclesiā suā in residuis quatuor. Mandat Papa Antonio subdiacono, vt hoc diligenter inquirat, & quicquid de bonis ecclesiæ ipsum constiterit habuisse ad ius ecclesiæ a qualibet persona debeat reuocare, nisi illud solum quod ante suam promotionē noscitur habuisse: & quicquid acquisiuit post suam consecrationem, in dominio ecclesię conseruetur. No. φ prælatus de bonis ecclesiæ testari non potest. Item quicquid acquirit platus post suam consecrationem remanere debet ecclesiæ.

e ¶ Octo vnciis.] idest, in duabus partibus hæreditatis, quæ dicitur as, & in 12. vncias diuiditur. Inst. de hæred. instit. §. hæreditas, T.

f ¶ Hortamur.] i. præcipimus.

g ¶ Hoc.] id est, testamentum suum. Tan.

h ¶ Patiaris.] hoc non habebit locum in rebus ab episcopo alienatis: si ecclesia agnoscat hæreditatē illius, tenetur tūc rationem habere quod fecit, pro ea parte pro qua est hæres. 12. q. 2. episcopus qui filios. ff de reg. iur. qua persona. C. de reb. alienis non alienan. venditrici, nisi fecerit ecclesia inuentarium: tunc enim non tenetur nisi in quantum vires hæreditatis se extendant, C. de iure deliberād. l. scimus. §. fin autem hoc.

i ¶ Ante.] arg. ille 28. dist. de Syracusanæ, 12. q. 5. nulli, C de episc. & cler. Authen. licentiam, & Auth. prohibitum.

k ¶ Habuisse.] hoc ideo dicit: quia renunciauit propriis: vel quicquid postea habuit, totum fuit contemplatione ecclesię: & non personæ acquisitum. Alanus.

l ¶ Acquisiuisse.] intuitu ecclesiæ, vel de rebus eius: secus est de aliis. 12. q. 3. c. 2. & q. 5. fixum, & ins. eo. quia nos. Ber.

QVia ingredientibus.] Primo ponit quæstionem. Secundo solutionem: ibi, Necessarium. Abbas.

CASVS. Quædam abbatissa cuiusdam monasterij S. nomine, fecit testamentum, in quo plura quibusdam legauit:

† Vide B. Th. 2.2 q. 185. ar. 6. & 7. & ibidem Caiet. & cōc Trid. ses. 25 de refor. ca. 1.

† acquisisse, in antiquis.

† Idē s. Greg. Ianuar. Caralitano epist. 7. eiusdē li 7. registri. refert Anselm. Lucen. lib. 7. c. 162. 19 q. 3. c. 7. Et c. 2 e. ti. in 1. cōpil.

† Sabina

† questa

2 Vt glossam & textum intelligas, vide libellū Volusij Metiani de assis distributione & Vigilium Zuichemū in §. hǣditas. Inst. de her. insti. ue.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS voluntatibus.

¶ Supra visum est de dispositione inter viuos: restabat videre de vlt. voluntatibus. Vel sic, sup. visum est de peculio clericorum, sed quia dubitari potest, nunquid de omni peculio valeant clerici condere testamenta, ideo subijcit hanc rubricam. Abbas.

De hac materia tractatur 12. q. 5. & q. 3. & 18. q. 4. p totū, & 19. q. vlt. c. quia vsque ad fi. & 13 q. 2. §. fi. alius, & cap. sequenti, 12. q. 2. de laicis, 4. q. 3. ver. ob causam.

legauit. quæ vsque ad mortem non induit habitum monachalem, sed stetit in vestibus, quibus presbyteri illius loci vtunt, sicut & illa, & quę ipsam pręcesserat, dicens hoc sibi licere ex consuetudine: Gabina abbatissa eiusdem monasterij, quæ successit, conquesta est domino Papæ, quòd illa taliter legata relinqueret. Rñdet Papa. Postquam illa abbatissa ordinata est, & in monasterio morata, ad culpam episcopi ptinuit, qui illam in sæcularib. vestibus stare pmisit: non tamen propter hoc monasterio præiudicare potuit, sed postquam monasterium intrauit, se & sua ei monasterio dedicauit No. quòd delictum subditorū ad culpā prelatorum pertinet. Item delictum personæ in donum ecclesiæ redundare non dēt. Item intrādo monasteriū, se & sua intelligitur quis contulisse, nec amplius potest inde testari.

a ¶ Testamento.] testamentum est testatio mētis, qua disponitur, quid de rebus suis aliquis velit fieri post suum decessum. 13. q. 2. cap. placuit. §. sed aliud j. de celebra. missa. cum Marthæ. Instit. de testam. ordi. in prin. 1. Tan.

b ¶ Legata.] legatū est donatio quædā à testatore relicta ab hærede præstāda. instit. de leg §. 1.

c ¶ ex consuetudine.] hic consuetudo non prodest, quia nō quid fiat, sed qd fieri debeat, considerandum est. 12. q. 2. g oria episcopi, & s. de elec. cum cām. & ff. de offi. præsi. sed licet, & factum vsurpatum præscriptionem non inducit. 83 dist. illud. 16. q. 3 licet, & in talibus nullius numerus defendit annorum. 33 q. 5. q Deo.

d ¶ Ordinata.] i. benedicta vel consecrata quia abbatissa vel mon alis non recipit ordinem propter vilitatem sexus ac j. de pen. & remissio. noua.

e ¶ Forte.] non de no. dubitationis, sed assertionis. 13. q. vlt habent forsitan illi. & in Euangelio: si cognouissetis me, forsitan & patrem meum, & c. ff de rei ven. itē si. §. 1. 2. & ff. de arbi. si duo. ff. de proc. si filiusfamilias. d. pœ. dist. 1. quamobrem. 33. q. 2. admonere. s. de procu. tuæ Vin.

f ¶ Præiudicium.] votum enim præscriptione non tollitur, vt 33. q 5. quod Deo pari.

g ¶ Competere.] ipso enim ingressu se & sua dedicauit Deo 19. q. vlt. qa ingredientibus, & est pars huius, 3 & Auth. si qua mulier, & C. de sacrosan. eccl. Auth. ingressi 12 q. 1. nolo. & c. non dicatis. Ber.

condito testamento[a] legata[b] quibusdam reliquisse, dicens, eam vsq; in diem obitus sui, nō induisse habitū monachalem, sed in vestib. quibus vtuntur loci illius † pbyteri, permāsisse, sicut & illa, quæ ante ipsam fuerat abbatissa: & hoc pene † ex consuetudine[c] licuisse, & infra.

¶ Necessarium ergo visum est, postq̄ abbatissa ordinata[d] est, & in monasterio p annos plurimos vsq; ad obitum præfuit, vestis qualitatē ad culpā forte[e] epi pertinere, qui eam sic esse permisit: non tamen potuisse præiudicium[f] monasterio irrogare, sed res ipsius eidem loco, ex quo illic ingressa & Abbatissa constituta est, de iure competere.[g]

¶ Idem. †

¶ *Si infra annū à die monitionis non fit executio testamenti per debentem exequi, deuoluitur executio ad episcopum.*

CAP. III.

NOs quidem: & infra. ¶ Peruenit ad nos S. de hac luce migrante supremæ voluntatis elogio[h] † monasteriū pręcepisse fundari: cuius desiderium a T. religiosa femina eius hærede protrahitur.[i]

¶ Quamobrem te hortamur, vt eam commoneas, † quatenus infra annum,[k] monasterium quod iussum est, debeat ordinare: & cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere.

¶ Quod si infra prædictum tempus, siue in loco,[l] quod constitutū fuerat, seu si ibi nō potest, & alibi placet ordinari, tecū implere neglexerit: tunc per te ædificetur, & oīa p te loco ipsi sine diminutione qualibet assignētur. Sic. n. secūdum pijssimas leges,[m] dilatas defunctorum pias voluntates, episcopali decens est studio adimpleri.

¶ Idem † Petro subdiacono.

¶ *Debetur legatum, quamuis nudis verbis à testatore sit relictum.*

NO.] Propter negligentiā hrdis eps exequit piam voluntatem defuncti. h. d. Primo ponitur narratio. In secunda, pmissio ibi, Quamobrē. vbi primo moneri mandat, secundo suppleri ibi, Quòd si, tertio reddet rationem ibi, Sic enim. Abbas.

CASVS. Quidam S. noīe fecit testamētum, & T. mulierem sibi hęredē instituit, præcipiens monasteriū de bonis suis dēre fundari: cuius desiderium ab illa muliere ipsius hrde ptrahitur: peruenit hoc ad dnm Papam: vñ mādat epo loci, q̄ mulierem illā moneat, vt j. annū monasteriū qd ... fieri pcepit deat pstruere in loco vbi fuit cōstitutum: q̄ si hoc non fecerit, eps illud faciat fieri, & oīa p epm designētur illi loco sine aliqua diminutione: q̄ a et scdm leges volūtates defūctoru p epos adimpleri dēnt. No. q̄ voluntas defuncti ad pias cās adimpleri dēt ab hrde j. annū. Item si hæres negligens est, eps loci hoc faciat: quia secundum leges volūtates defunctorum per episcopos adimpleri debent.

h ¶ Elogio.] i. testamento. C. de test. l. iubemus.

i ¶ Protrahitur.] i. differtur.

K ¶ Infra annū.] j. annū dēt mādari executioni volūtas testatoris. C. de fidei. Auth. amplius & hic. & in Auth. de eccle. tit §. si quis ædificatione, coll. 9.

[Glo. seq. reci per q. scilicet, quid si locus non fuit designatus, ponit dictum Lauren. & secundum opin. Tan.]

l ¶ In loco.] demonstrato vel cōprehēso à defuncto, si. n. de loco incertus sit, nō vr obligatus ad faciendū: sicut in promissore liquidum est. ff. de eo qd cer. lo. l. 3. si quis insulam, & ff. de verb obl q insulam. nisi aliud quid dicatur, tum cā religionis, tū extremæ voluntatis fauore. lo. & Lau. Alij dicunt, q̄ si incertus est locus vbi debuit ædificari, ad hāc cām relictum heret caducum. C. de caduc. tol. l. vnica. §. si vero. ff. de dona. l. 2. § vlt. Et ideo dr hic, in loco quo constitutum fuerat. l. dicit q̄ non erat caducum: quia testamenta sunt interpretanda largissime. s. de don. cum dilecti, in h. & res ad pias causas relictæ, liberæ sunt à lucratiuorum inscriptionib. 23. q. 8. c. tributum, §. quamuis, & in l. sancimus.

m ¶ Leges.] C. de epi. & cle. nulli. ibi habes quòd episcopus debet illud facere.

Indicante.

† ipsius.

† Hic in vulgatis legit, plene: sed in manuscriptis, & registro B. Gregorij pene, legit inde est restitutū, iā in vno vetustissimo exēplari hr ita & hoc plene ex loci psuetudine licuisset.

† Scilicet Gregorius Ianuario epo Caralitano lib. 3. epist. 1a. x. registri Et c. 12. e. ti. in 1. cōp. Et vide præ alijs Couarruuiā in hāc decretalem.

1 Cōco. tex. in § legati & §. facto Inst. de leg.

2 Si quis res necessitate distraxit, fortassis huic officio iud. succurret, dum tū pretium restituat. Io. And.

3 Et ibi hr Pars. de pri. decisa Ioan. And.

† eulogio.

† Huc spectat quod nouissime pstituit cōciliū Trid. ses. 22 de refor. c 8. & ses. 25. in decre. 10 de purgatorio.

† Scilicet Gregorius in registro. lib. 12. epist. 30. & c. 13. e. tit. in 1. comp.

INdicante. Primò narrat factum. Secundo prouidet, ibi, In quibus. Abbas.

CASVS. Mulier quædam vxor redempti moriens concham argenti iussit venundari, & dari libertis suis, & quandam scutellam argenteam reliquit cuidam monasterio; mandat Papa, quod voluntas illius per omnia debeat adimpleri. Not. quod vxor potest testari viuente marito. Item voluntas testatoris per omnia adimpleri debet.

[Gl. seq. arg. allegat tria iura.]

a ¶ Nudis verbis.] Ita le legatum etiam valet secundum leges. C. de fideic. l. vlt. & è arg. quod per nuda verba quis obligatur. ar. 13. q. 2. quicunq. 22. q. 5. quacunque cum iuramento, & C. de iust. l. vnica.

[Gl. seq. quærit & soluit. Secundo quærit, arg. pro legatario soluit pro hærede, respondens ad contraria. Tertio quærit ar. contra legatarium. soluit contra hæredem.]

b ¶ Monasterio.] pone quod reliquit monasterio S. Mariæ x. sed non determinauit cui, cum sint plura monasteria S. Mariæ, dabitur pauperiori, in Auth. de eccl. tit. §. si quis in homine coll. 9. Item pone quod plures habeat scutellas, sed vna est melior alia cuius erat optio? potest dici quod legatarij. ff. de le. 1 si domus, & melius. l. qui duos. Sed contra, ff. eo. tit. l. si quis a filio, §. si quis. l. quod hæredis est electio. & C. de com. inde. si quis seruum, ff. de leg. 1. legato, & ff de ser. rust. præd. l. si via, quib. statur. Contraria loquuntur quando hæres in mora est. 2 Item pone quòd legauit seruum in fuga constitutum cuius expensis quæritur? videtur quod legatarij, quia ad ipsum spectat emolumentum: ergo & onus. C. de cad. tollen. l. 1. §. pro secundo, in fine, immo hæredis, ff. de leg. 1. cum seruus, & l. sequent. Lauren.

ADDITIO. si seruus legatus est in fuga tpe testi: quæret eum hæres sua impensa. ff. de leg. 1. seruo legato. § 1. Sed post test. & ante mortem quæret eum hæres sumptu legatarij, ff. eo. tit. si seruus legatus. Si post aditam hæreditatem, si culpa hæredis fuit æstimationem, alias non cauebit, ff eod. l. cum res, §. itaque.

† Redepti, proprium viri nomen.

† al. reliquisset, sed restquisse in antiquis.

† Idē. S. Greg. Dono episc. Messanen. li. 7. rest. in d. 1. epist. 4. & ca. 14. eo. t. in 1. comp.

† De intellectu præt. Couarruuiã, inc vide Ferdinãdum Vasq. li. 3. de success. crea §. 21. Romanū in rep. Auth. fil'r, C. ad l. Falci. & Euerardū in loco a libertate ad piam causam.

1 De articulo huius glossæ videto hic ꝑ alijs Couar. adnotata in l. hæredes, §. si in certo, & ibi glossam, ff. fam. ercil.

2 In antiquis exemplarib. ita reperitur hac gl. ut impressa est, & desinit ibi Lau. iō cætera aditamenta forte sunt.

CAP. IIII.

INdicante; & infra. ¶ Cognouimus R. referente, quòd moriens vxor Redempti, † concham argenteã nudis [a] verbis iussit venundari, & suis dari libertis: & scutellam argẽteam cuidã monasterio [b] reliquisse: † In quibus voluntatem eius, per omnia volumus adimpleri.

¶ Idem † T. episcopo.

¶ Non debetur legatum cũ testator rem non suam, sed ecclesiæ legauit. h. d. simpliciter inhærendo litteræ.

CAP. V.

FIlius [c] † noster F. conquestus est, quod quondã P. pater suus aliqua ecclesiæ vestræ, sepulturæ suæ gratia, iuris alieni [d] reliquit. Et quidẽ leges sæculi hoc hẽnt, vt hæres ad soluendũ cogatur, si auctor eius rẽ legauerit alienã; [e] sed quia lege Dei, non autem lege huius sæculi viuim⁹, † valde mihi vr̃ iniustũ, vt res tibi legatæ, quæ cuiusdam ecclesiæ esse perhibentur, a te teneantur, qui aliena restituere [f] debuisti.

FIlius noster.] hoc c. habet multos intellectus, vt dicit Pan. Primo ponitur conquestio. Secundo prouisio, ibi, Et quidem. Abb.

CASVS. Quidam P. nomine, fecit testamentum, & in testamento ille quædam, quæ ad ipsum non pertinebant, causa suæ sepulturæ relinquit cuidam episcopo filius eius petebat bona illa, vt ea restitueret illi cuius fuerat. sed episcopus hoc facere nolebat. vnde conquestus est dño Papæ. scribit Papa illi ep[is]copo dicens, quòd leges sæculi habent, vt hæres soluere compellatur, si testator rẽ legauerit alienam: sed quia eps viuere debet lege Dei, non autem lege sæcularium, iniustum est, vt res quæ dicuntur esse cuiusdam ecclesiæ: teneatur ab ipso qui aliena restituere debuit. No. quòd si testator scienter rẽ alienam legauerit. quòd hæres tenetur: rem legatã dare legatario, vel æstimationem eius: sed secundum legẽ Dei non compellitur.

[Gl. seq. quærit opponendo, & soluit.]

c ¶ Filius noster.] sed quid ad eum, cũ res essent alienæ? Forte interat ipsius, quia res ipsæ depositæ fuerunt penes patrem suum, vel pignori obligata. Alanus.

[Gl. seq. distinguit an scienter vel ignoranter legeĩ alienũ.]

d ¶ Alienũ.] cũ quis scienter legat alienũ, tunc hæres teneĩ res redimere vel legatario pretium dare, si res sit talis quæ vendi possit, alias nõ, Insti. de leg. §. non solum, & §. quod autem. Si ignoranter legat rem alienam, non valet legatũ: nisi cum legat cõiunctæ personæ. 3 C. de le. cum alienã, & legatarius dẽt probare scientiam, vt in §. quod aũt, & ff. de. ꝑbat. verius. Tan.

e ¶ Alienã.] scienter.

f ¶ Restituere.] de bene dignitate canonica, sic 17. q. 4. quicunq. de iure dicto non tenebãtur reddere iuxta præmissam distinctionem T. imò reddere tenebatur, sed poterat agere contra hæredem si scienter res illas legasset Ber.

† vtimur

† In vulgatis concilijs non reperitur hĩ post concil ũ Lateran, sub Alex. 3. pa. 43 c. 5. & 11 eo. tit. in 1. cõp. vide Synodũ Moguntinã celebratam multis sæculis post Raymundum an no 1549. c. 97 & Lapi. allegat. 78.

† impleãtur.

† Sub Alexã. 3. c. 15. & c. 4. e. ti. in 1. cõp.

3 Puta vxori, vel alteri cui de suo liquisset. Io. And.

¶ Ex cõcilio Maguntino. †

¶ Hæredi non adimplenti iussa testatoris, ab episcopo interdicitur res à testatore relicta. h. d. inhærendo litteræ.

CAP. VI.

SI hæredes iussa testatoris nõ adimpleuerint, [g] ab episcopo [h] loci illius, omnis res, quæ eis relicta est, canonice interdicatur [i] cum fructib. & cæteris emolumentis: Vt vota defuncti adimpleantur. †

¶ Ex concilio Lateran. †

¶ De bonis per ecclesiam acquisitis clerici testari non possunt.

SI hæredes.] Vario modo põt intelligi, vt dicit P. primo ponitur excessus. Secundo prouisio ibi, Ab episcopo. Tertio, ratio ibi, vt not. Abb.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd si hæredes nõ impleuerint iussa testatoris, per epm loci interdicantur illis oia relicta cum fructib. inde perceptis, vt uota defuncti impleantur. No. quod hæres tenetur adimplere voluntatem testã is. Item episcopus põt compellere hæredem, & ei interdicere res sibi relictas cum fructib. a testatore, donec fecerit quod sibi iussum est a testatore.

g ¶ Adimpleuerint.] Infra annum, C. de fideic. Auth. hoc amplius, sup. eo. nos quidem.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

h ¶ Ab episcopo.] C. de test. consulta diualia. 4 contra. Solu. publicatio testamenti nõ pertinet ad episcopum, vt ibi dicit. pertinet tñ ad eũ testi. defensio, siue executio testi, vt voluntas defuncti seruetur, ff. de pet hæred. l. hæreditas, §. si defuncti. ar. sup. eo. nos quidem, & inf. eo. Ioannes, & hoc præcipue in his quæ ad pias causas relinquuntur, inf. eod. ti. a.

[Gl. seq. recipit per q. an filius non adimplens, &c. & ponit concord. iuris canonici, & ciuilis.]

i ¶ Interdicat.] Sm legem antiquam hæres, qui non adimplebat voluntatem defuncti, priuabatur omni successione, C. de fideicom. l. vlt. & 11. q. 5. Sy lucstr. Hodie autem tenet hoc in extraneo hærede, sed filius institutus hæres non adimplens voluntatem defuncti priuatur

4 Hodie episcopi executores sunt piarum. voluntatum tanquã sedis Apostolicæ delegati Cõ. Trid. sess. 22. de refor. c. 8

uatur successione, relicta tantum sibi legitima. C. de fideicõ. Auth. hoc amplius. & præualet lex in hoc casu canonici, in hoc tñ vř In. concordare prædicto canoni Sylvester. & huic decr. j. de voto. licet. in fi. vbi de hoc. Sed illud ideo contingit, quia regnum diuidi non potest, sicut nec aliæ dignitates s. de præbẽ. maioribus. & in consti. Friderici de feudis. §. preterea. Bern. Et hic nõ dicitur expresse, ꝙ priuentur hæredes, sed interdicatur eis quicquid relictum est, vt sic indirecte cõpellantur ad implere voluntatem defuncti. vel reducitur ad auctoritatem, vt saltem reseruetur hæredibus legitima, vt in Auth de hære. & fal. §. primum. & §. si quis non implẽs. coll. 1. alia Authen. vř dicere, ꝙ hæres q. relicta ad pias causas conferre distulerit, totum amittere debet in Auth. de eccle. ti. §. si quis autẽ ꝓ redemptione. ver. si autem qui. coll. 9. Et in isto casu potest intelligi hæc decr. & hoc intelligi in extraneo hærede. B.

† Præter Couarruuiã hic vide B. Thomam. 2. 2. q. 186. ar 6. & 7. & Dñicũ Sotum li. 10. de iust. & iu. q. 4. ar. 3. adde q. no. li. 5. super Directorio inquisitorum Schol. 154.

† alij.

† Post conci. Lateran. sub Alex iij. pa. 29 & c. 8. & c. nõ. e. ti. in j. compi. Et de intellectu vide Couarruuiã. in c. cum in officij. de testamen.

CVm in officijs.] Primo ponit excessus. Secundo prouisio; ibi, Hoc igitur. Abbas.

CASVS. Inter alia opera charitatis primo loco id seruandũ est, vt illis teneamur obnoxij, à qbus bñficia recepimus: sed quidam clerici contrarium faciũt: cum enim multa bñficia pcipiant ab ecclesijs ipsi bona illa per ecclesiam acquisita in alios transferre præsumũt: sed quia hoc inhibitum est per canones, statuit concilium Lateranẽ. ꝙ clerici siue testati siue intestati decesserint, siue alij conferre voluerint, bona illa penes ecclesias debeãt remanere. Not. quòd qui ab alio beneficium percepit, obligatus est ei. Item clerici de rebus ecclesiæ testari non possunt.

a ¶ Teneamur.] donatarius enim donatori naturaliter est obligatus ad antidora. ff. de pe. hæ. sed & si lege §. consuluit. 8. q. 1. illud. Ala.

b ¶ Acquisita.] quod. n. acquirit sacerdos, vel quilibet alius clericus intuitu ecclesiæ, ad ecclesiam pertinet. s. eo. quorundam. & j. eo. ad hæc. & c. quia nos. & ff. de castren. pecu. l. castrense. & 12. q. 3. c. 1. & 2. de quib. canonibus hic loquitur. Tan

c ¶ Canonibus.] 12 q. 2. placuit. & cap. quicunq. & q. 5. ob. tum. & quasi per totum.

d ¶ Penes ecclesias.] sic. j. c. sequen.

AD hæc pñtibus.] Distinguit, & secundum men

CAP. VII.

CVm † in officiis charitatis primo loco illis teneamur[a] obnoxii, à quibus beneficiũ nos cognouimus recepisse: econtra quidã clerici cũ ab ecclesiis suis multa beneficia pceperint, bona p eas acquisita[b], in alios transferre præsumunt. Hoc igitur quia antiquis canonibus[c] constat inhibitum, nos indẽnitati ecclesiarum prouidere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis† conferre voluerint, penes ecclesias[d] eadem bona prę cipimus remanere.

¶ Alexander tertius.

¶ Moderatam eleemosynã de bonis per ecclesiam acquisitis clerici facere possunt, etiam in ægritudine constituti.

CAP. VIII.

AD† hæc præsentibus innotescat, qđ clerici de mobilibus,[e] quę per ecclesiam sũt adepti, de iure testari non possunt: [f]Viuentes tamen, & sui cõpotes, moderate valẽt aliqua de bonis ipsis, nõ ratione testamẽti, sed eleemosynę intuitu erogare,[g] in ægritudine constituti.

¶ Idẽ Vigilensi† episcopo.

¶ De bonis proprijs, vel acquisitis intuitu personæ, clerici testari possunt, de acquisitis intuitu ecclesiæ non.

CAP. IX.

QVia † nos: & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respõdemus, quod licet clerici de his quæ paternę successionis, vel † cognatiõis intuitu, aut de artificio, sũt adepti, seu dono cõsãguineorũ, aut amicorum, non habito respectu ad ecclesiam, peruenerũt ad ipsos, libere disponere[h] valeant: de his tamẽ quæ consideratione ecclesiæ perceperũt, nullum de iure possunt facere testamentum.[i]

Idem Hostieñ. episcopo.

¶ Valet testamentum, quod parochianus facit coram presbytero parochiali, & duobus testibus: nec valet contraria consuetudo. h. d. inhærendo verbis litteræ.

CAP. X.

CVm † esses in nostra pręsentia cõstitutus, proposuisti, talem in tuo

brum: ibi, Viuentes. Abb. Sicul.

CASVS. Clerici de bonis ecclesiæ testari non pñt, tñ viuentes & sui cõpotes, possunt aliqua de bonis ipsis intuitu eleemosynæ erogare in ægritudine cõstituti. No. ꝙ de rebus mobilibus p ecclesiam acqsitis non põt clericus testari. pt tñ intuitu eleemosynę aliqua de bonis ecclesiæ erogare.

e ¶ De mobilibus.] multo fortius nec de immobilibus. Ala.

f ¶ Non possunt.] in morte tñ possunt largiri tam consanguineis q̃ alijs extraneis intuitu seruitij recepti, de mobilibus. j. eod relatum. §. licet. & 12. q. 2. ecclesiasticis. Tan.

[Gl. seq. arg. alleg. 2. iura, & tria in contrariũ, & remittit.]

g ¶ Erogare] argu. q admittitur qs vna via, q̃ uis alia repella tur. 1. q. 2. cap. 1 ff. de inoff. testa. Papinianus. §. si qs. Ar. ꝯtra. s. de procu. tuæ. vbi de not. & ff. de adm. tuto. scire. & ff debo lib quæritur.

QVia nos.] in prima ponit deci la quæstio. In secunda distinguẽs rñsio: ibi, Consultationi. Abb. Sic.

CASVS. Dñ in hoc capitulo, ꝙ licet clerici de his quę paterna cognatione, vel successione, vel artificio, vt dono amicorũ, sũt adepti, nõ habito respectu ad ecclesiã, possint condere testamẽtũ: de his tñ quę cõsideratione ecclesię perceperũt, de iure testari non possunt. No. ꝙ clerici de bonis paternis, vel đ his q̃ intuitu psonæ acquisierũt, possunt libere testari. Item de bonis ratione ecclesiæ acquisitis testari non possunt. Ber.

h ¶ Disponere.] 12. q. 3. c. 1. & 2. & j. eo. relatum. §. cæterum & c. requisisti. §. illud. Ber.

i ¶ Testamentum.] clerici enim de rebus ecclæ nullũ possunt facere testamentum: cum eorum proprietas non sit sua, cum solum vsum habeant, sed tñ victu & vestitu contenti esse debent 12. q. 1. clericus, qui & c. duo. & 10. q. 2. episcopus. & totum superfluum erogandum est pauperib. 12. q. 1. c. vlt. moderatam tamen donationem causa seruitij recepti facere possunt. j. eo. relatum. §. licet, cum quasi filiofamilias comparet, qui non potest facere testamentum, nisi de castrensi peculio. C. de test. l. vl. & C de aduo. diuer. iud. l. fori. Ber.

CVm esses.] Hoc ca. legitur varijs modis. Communis diuisio. Primo narrat factum. Secundo prouidet. ibi, Quia vero. Abbas.

† Vigilieñ. habẽt antiqui.

† Post cõcil. Lateran. sub Alex. iij. pa. 29. c. 5. & ca. 6. eo ti. in 1. comp. Et de intellectu vide Ferdinandũ Vasquiũ li. 1. de succes. resolut. §. 9.

† &, pro, vel, in antiquis.

1 Quæ sint euidentia signa, qb. appareat, quod sæculũ mutare voluerit, plenius prosequitur hic, Io. And.

† De materia præter doctores hic. vide Ancharanũ in c. cum in ecclesijs, de mai. & obe.

† Lateranen. sub Innocẽ. iij. c. 12.

† Quis dicatur fugitiuus vide ff. de ędil. edi. l. qs sit fugitiuus.

† Dictio, suos, deest in antiqs codicib. & redundare videtur sequẽtia, videlicet illa: de ordine suo.

† Præmissa.

2 Aliàs difficile discernerentur, sicut difficile discernit liber à seruo ff. de cõtra empt. qa difficile sm Vinc. Io. And.

cantur vestes, quæ profitentibus conceduntur, vt nouitiorum habitus † à professorũ habitu discernatur. [a]

¶ Idem.

¶ *Religiosi fugitiui annuatim sunt requirendi, & cogendi vt ad monasterium reuertantur.*

CAP. XXIIII.

NE † religiosi vagandi occasionẽ habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant, & sanguis eorum de prælatorũ manibus requirat: [b] Statuimus, vt præsidẽtes capitulis celebrãdis, secundum statutum cõcilij generalis, [c] † seu patres Abbates, seu Priores, fugitiuos † suos † & eiectos de ordine suo, requirant solicite annuatim. Qui, [d] si in monasterijs suis recipi possunt, secũdũ ordinem regularem, Abbates seu Priores eorum, monitione præuia † per cẽsuram ecclesiasticam cõpellantur ad receptionẽ ipsorum, salua ordinis disciplina. [c] Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus si absque graui scandalo [f] fieri poterit, † alioquin in alijs religiosis domibus eiusdem ordinis, ad agendam ibi pœnitentiam talibus vitæ necessaria ministrentur. [g]

¶ Si vero huiusmodi fugitiuos vel eiectos inobedientes inueneris, eos excommunicẽt, & tamdiu faciant ab ecclesiarũ prælatis excõmunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.

NE religiosi.] Diuiditur. Primo constitutionis causa ponitur. Secundo constitutio submittitur: ibi Statuimus, quæ duo facit. Primo prouidet circa electos & fugitiuos. Secundo circa inobedientes: ibi, Si vero, Abbas.

CASVS. Cum prælati corrigere teneantur subditorum excessus, & oues vagabundas educere ad ouile, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur: statuit Papa Gregorius, vt præsidentes capitulis celebrandis sm statutum concilij generalis, siue Abbates aut Priores requirant fugitiuos suos & eiectos de ordine suo, sollicite annuatim, reducendo eos ad claustrum, ne vagabundi discurrant in animarum suarum periculum: & si in monasterijs suis recipi possunt, compellantur Abbates seu Priores eorum, vt eos recipiant salua ordinis disciplina. Si autem regularis ordo hoc nõ patitur, prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, vitæ necessaria talibus ministrẽtur, si absque graui scandalo fieri potest; alioquin si in alijs domibus eiusdem ordinis prouideatur eisdem: si autem ibi fugitiui inobedientes extiterint, excõmunicentur, & tamdiu ab ecclesiarum prælatis excommunicati publice nuncientur, donec ad mandatum suorum prælatorum humiliter reuertant.

Not. quòd monachi vagabundi reducendi sunt ad monasterium suum ne damnabiliter euagentur.

b ¶ De prælatorum manib. requiratur.] & ita prælatus tenet de facto subditi, nisi eum correxerit. s. de off. or. irrefragabili. & §. de statu regula. cum ad monasteriũ ad finem. & 43. dist. Ephesijs.

c ¶ Concilij generalis.] quod habes inf. de statu monach. in singulis.

d ¶ Qui.] scilicet præsidentes, vel abbates.

ADDITIO. Vel dic & melius: qui, scilicet, fugitiui & eiecti.

e ¶ Salua ordinis disciplina.] hoc est dicere, imposita eis pœnitentia, secundum quod regula illius ordinis requirit & præcipit.

f ¶ Si absque graui scandalo.] nihil omnino cum scandalo faciendum est. supra de tẽpor. ordi. ad aures. supra de pra scrip. nihil prodest. & væ homini illi, per quem scandalum venit. infra de no. oper. nuncia. cum ex iniuncto. Ber.

[3] Glo. seq. quærit. & soluit.]

g ¶ Vitæ necessaria ministrentur.] & qs ministrabit ei necessaria? Abbas prioris monasterij, vel secundi? Credo, quòd Abbas prioris monasterij 3 vt si aliquid habeat de suo, prouideat ei de illo. 6. q. 6. de lapsis, & etiam si non habuisset aliquid, prouidebit monacho suo tempore pœnitentiæ, aliàs monasterium illud secundum quare grauaretur?

† Vide l. æquissimum ff. de usufr. & in l. oleũ. cũ do. tatis. ff. de dona.

† Vbergen. Helten. Vercell.

3 Argumentum est pro hoc in l. seruius. C. de quæstioni.

TITVLVS XXXII.

De conuersione coniugatorum.

¶ Alexander iij. Vbergen. † episcopo.

¶ *Si vir de vxoris licentia profitetur, & vxor ipsa suspecta nec continentiam nouet, nec religionem ingrediũtur, episcopus vxori uirũ restituet. hoc dicit iuxta litteram.*

DE CONVERSIONE CONIVgatorum.

¶ Supra visum est de regularibus in genere, sed quia coniugati quandoque intrãt monasterium, & dubitari posset de eorum ingressu, ideo ad clariorem doctrinam auctor posuit specialem rubricam.

De hac materia habetur 35. q. 5 & 27. q. 2 c. sunt qui. cum duob. capp. seqq. & conuenit. inf. de rap. cap. pen. Abbas.

Præte-

Præterea.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Dicimus. Abb. Sic.

CASVS. Quidã laicus præsẽtib. sacerdotib. & monachis, ignorãte epo, de licentia & permissione vxoris monasteriũ intrauit, & professionẽ fecit vxore in sæculo remanente, nec transeunte ad religionem, aut continẽtiã vouente: quærit, vtrum laicus ille possit ab epo suo ad torũ vxoris de monasterio reuocari; an illa debeat cõpelli ad cõtinentiam obseruandam? Rñdet Papa, quòd vir potest & debet de monasterio reuocari, nisi vxor ad religionem transierit; aut castitatem perpetuo seruare promiserit: cum sit illius ætatis, quòd sine suspicione non possit in sæculo remanere. Not. quòd alter coniugum non potest ad religionem transire, altero in sæculo remanente, nisi castitatẽ seruare promiserit.

† Ca. j. eo. tit. in 1. compil. Et post conciliũ Later. sub Alexan. iij. par. 5. c. 4. Et de materia vide Turrecrem. in c. qđ Deo. 33. q. 5. & Dominicum Sotũ lib. 4. sen. dist. 27. q. 2. art. 4.

a ¶ Præterea.] supple quæsiuisti.

b ¶ Transierit.] cum non possit esse in sæculo sine suspicione turpitudinis. 27. q. 2. scripsit, & c. sunt qui dicunt.

c ¶ Promiserit.] manendo in domo propria, si est senex. j. eo. cum sis, & c. ad Apostolicam.

[Gl. seq. alleg. tria iura pro cõcor. & duo pro contrarijs, & sol. distinguendo, ponit opi. Iterum signat aliud contrarium, & soluit.]

d ¶ Reuocari.] si cpa ter 1 quòd non sufficit vxoris licẽtia, vt vir possit intrare monasterium. sic inf. eo. ex parte 1. 33. q. 5. notificasti. & inf. eod. coniugatus. Sed contra. 33. q. 5. qui vxorem. 27. q. 2. Agathosa. Solu. Dicas, quòd si talis est vxor, quæ non possit esse in sæculo sine suspicione fornicationis, non sufficit sola licentia vxoris, nisi & ipsa similiter conuertatur: quo casu hæc decretalis potest intelligi, & omnia similia. Si vero senex est, sufficit sola licentia interueniente auctoritate episcopi, & ipsa voueat, & remaneat in sæculo. inf. eo. cum sis. & c. ad Apostolicam, & c. vxoratus, & in casu isto intellige illa iura, quæ videntur dicere, quòd alter coniugum potest ad religionem transire de consensu vxoris, ea in sæculo remanente. Alij volunt dicere quòd sufficit vxoris licentia inf. eo. ex parte, & c. consuluit, & in hoc cap. loquitur de licentia extorta, vel quia fuit iuris ignara. sed tene primum. Tunc. Item signatur cõtra. Inf. eod. veniens. Solu. illa fuit fornicaria, & ita obstabat ei exceptio fornicationis. sic. 27. quæst. 2. Agathosa. Ber.

1 De materia huius glossæ vide paulo vñ citatos.

CAP. I.

Præterea,[a] † vtrum laicus vxoratus qui præsentibus sacerdotibus & monachis ignorante episcopo, de licentia & permissione vxoris, monasteriũ ingressus, professionem fecit, vxore in sæculari habitu remanente, nec trãseunte ad religionem, aut perpetuam continentiã vouẽte, ab episcopo suo possit ad torũ reuocari vxoris, an illa compellenda sit cõtinentiã obseruare: Dicimus, quòd nisi vxor ad religionem trãsierit,[b] aut perpetuo castitatem seruare promiserit,[c] vir potest & debet de monasterio reuocari.[d]

¶ Idem Salernitano archiepiscopo.

¶ *Ante matrimonium cõsumatum potest alter coniugum, etiam altero inuito religionem ingredi: sed remanens in sæculo potest ad secunda vota transire.*

Verum.] Primo ponit dictum. Secundo ipsius rationem ibi, Quia. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd si aliqui per consensum mutuum de præsenti matrimonium contraxerint, antequam sint carnaliter coniuncti, potest alter religionẽ intrare altero inuito, sicut quidã sancti de nuptijs vocati fecerunt: & ille, qui remãsit in sæculo, potest matrimoniũ cõtrahere, cum nondũ sint vna caro effecti. Not. quòd ante carnalem copulã potest alter coniugum altero inuito intrare religionem.

CAP. II.

10 Verum† post consensum legitimũ de præsenti, licitũ est alteri, altero etiã repugnante, eligere monasterium,[e] (sicut[f] sancti quidam de nuptijs vocati fuerũt) dummodo carnalis cõmistio non in-20 teruenerit inter eos: & alteri remanenti (si commonitus continentiã seruare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia cũ nõ fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deũ tran-30 sire, & alter in sæculo remanere.[g]

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ *Qui inuita vxore professionem fecit & ei postea re-40 stituitur, non cõpellitur mortua uxore ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.*

[Gloss. seq. signat cõtrarium, & remittit.]

e ¶ Monasterium.] 27. q. 2. desponsatam, intra eod. ex publico, argu. contra intra de spon. cõmissum, ibi soluitur. Ber.

f ¶ Sicut sancti quidam.] sicut beatus Macharius & Alexius. 17. q. 2. c. scripsit. §. ecce.

[Gl. seq. ponit opi. quam reprobat. Io.

g ¶ Remanere.] & cum alia contrahere. inf. eo. ex publico. Et dicũt quidam, quòd nihilominus remanet vinculum prioris matrimonij, sed prorsus inefficax propter ingressum: & sic habebit duas vxores, sed non obest tale vinculum. argu. de consec. dist. 4. c. 2. Sed contra eos facit 31. q. 1. quomodo virginib. & j. de diuort. gaudemus. Vnde primũ matrimonij vinculũ soluitur per ingressum religionis, vt in auth. de sanct. §. si vero con stante adhuc matrimonio, coll. 9.

† Ca. 2. eo. ti. in 1. compil. Et post concil. Laterañ. par. 5. cap. j. Decisionem huius decretalis valide tuetur Sotus ab impugnatione hæreticorum. li. 4. sen. dist. 27. q. 1. artic. 4. Adde Turrecrematã in ca. seriatim. 32. dist.

CAP. III.

Qvidam † intrauit mo-50 nasterium inuita uxore: quia ipsum repente coactus est ad eam redire; ea mortua, quæris

† Ca. 3 eo. ti. in 1. compil. Et post cõcilũ par. 5 ca. 2. vide gl. in c. mulier. 33. qõ. 5. & ibi docto.

Qvidam.] Communis diuisio. Secunda pars, ibi, Consultationi. Abb. Sicu.

CASVS. Quidam intrauit monasterium vxore inui-60 ta, coactus est ad eam redire: tandem mortua est illa: quæritur, vtrum debeat compelli ad monasterium redire, an possit aliã accipere vxorem? Respondet Papa, quòd votum non tenuit: vnde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: tamen alterius non poterit vxorem accipere. quia promisit se non exigere debitum carnis: quòd fuit in eius potestate, & quantum ad hoc tenuit votum: sed non reddere, nõ erat in potestate viri, sed vxoris; vñ dicit Apostolus: Vir non habet potestatẽ sui corporis: sed mulier, & econuerso. Not. quòd alter coniugum altero inuito ad religionem transire nõ potest. Item votum ex parte tenet, & pro parte non tenet. Item votum meum obligat me, ad id quod in me est. Item mutuam seruitutem sibi debent vir & mulier, ex quo sunt vna caro effecti.

[Glo.

an ipse cogatur reuerti ad monasterium, an aliā possit ducere in vxorē? Consultationi tuæ taliter respondemus, ꝙ votū [a] non tenuit: vnde ratione voti ad monasteriū non tenetur [b] redire: vlterius vero non poterit vxorem accipere: ꝓmisit enim se nō exigere [c] debitum, qđ in eius potestate erat: et ideo quo ad hoc votum tenuit: non reddere autem, non erat in eius, sed mulieris potestate. vnde Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier.

¶ Idē Exoneñ. episcopo.

¶ Vxoratus religionem intrare non potest, nisi etiam vxor ingrediatur: vel nisi suspecta non sit, & continentiam promittat. h. d. Et est vnum caput de principalioribus tituli.

CAP. IIII.

CVm † sis prēditus sciētia litterarum, ignorare nō debes, sanctorum Patrum cōstitutioni [d] esse cōtrariū, vt vir vxore sua, aut vxor viro eius † nō assumente religionis habitum, debeat ad religionē trāsire: & infra. ¶ Inde est ꝙ auctoritate Apostolica prohibemus, ne in episcopatu tuo, virum vel vxorē (nisi vterque ad religionē migrauerit) transire permittas. Verum si ita vxor senex est & sterilis, [e] ꝙ sine suspicione [f] possit esse in sæculo, dissimulareg [g] poteris, vt ea in sæculo remanente, & castitatē promittente, ad religionem transeat vir eiusdem.

¶ Idem Strigon. & Colon. † Archiepiscopis.

¶ Coniugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi vxor continentiam promittat.

CAP. V.

COniugatus: † & infra. Nullus coniugatorum est ad sacros [h] ordines promouendus: Nisi

[Glo.seq.signat contrarium, & remittit.]

a ¶ Votum non tenuit.] plene, tenuit tñ quo ad ea q̄ erant in eius potestate, s. non exigere debitum carnis: quod in ipsius fuit potestate, sic j̃. eo. placet, vnde compellitur continere, sed non compellitur ad monasteriū redire, vt j̃. eo. placet. Arg. contra. j̃. eod. ex parte. & c. consuluit. vbi compellitur ad monasterium redire. sed ibi soluitur.

b ¶ Non tenetur.] id est non debeat ab ecclesia compelli, ipse tñ peccat si non perficit qđ vouit, ex quo impedimentum cessauit. arg. 17. q. 2. nos nouimus.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Secundo quærit. ponit opin. Tanc. cōtrariam, quam approbat, & alternatiue reuertit ad primam. Tertio quærit, soluit. distinguendo sol. opponit, & respondet.]

c ¶ Nō exigere.] hic j̃. eo. placet. Sed hæc ratio non vr̄ bona: sic enim beata Maria [1] contrahere non debuit, cum proposuerit se non exigere. 27. q. 2. beata Maria. & tñ legitime contraxit, vt ibi dr̄. Rñdeo immo bona est hæc rō, quia post tale votum ꝯtrahere non debuit, pp ꝓnitatem, quam hēt exigendi debitum. & qđ dr̄ de beata Maria, hoc fecit ex reuelatione diuina. Sed pone qđ cōtrahat, q̄d erit? Tancredus dixit, ꝙ tenet matrimonium: quia votum non fuit solemne. arg. inf. qui cleri. vel vo. rursus. Alij dicunt, ꝙ non tenet matrimonium, & debent separari. j̃. eo. ex parte & c. consuluit. & hoc verius vr̄: quia quantum ad cōtinentiam seruandam, satis solemnizauit ipsum votum p̄ suam ꝓfessionem. Vel si vis dicere ꝙ matrimonium teneat, ipse tñ debitum ab vxore exigere non dēt: quamquam reddere dēt exactus: quia faceret cōtra cōscientiam. arg. sup. de restit. spol. litteras. & inf. de sen. excom. inquisitioni. Item quæritur vtrum mulier possit intrare monasteriū in casu isto inuito viro: Hic pōt distingui, an sit reconciliatus ei, & eductus de monasterio, & tunc nō pōt eo inuito intrare. ar. 3. 3. q. 5. qđ Deo pari. si vero non est reconciliatus ei, pōt transire ad religionem eo inuito. 27. q. 2. Agathosa. & 33. q. 5. qui vxorem. Sed vr̄ ꝙ non obstante eo quòd est reconciliatus; ꝙ ipsa possit intrare religionem eo inuito: quia ipse iam non potest ab ea exigere debitum: & sicut ille ea inuita renunciauit exactioni debiti coniugalis, ita & ipsa eo inuito pōt renunciare seruituti, quam habet in ipsum. Hoc verum est quantum ad huiusmodi seruitutem: quia & ipse debet ad monasterium redire vbi fecit professionē. j̃. eo. placet. quo ad alia tamen quæ vir dēt vxori, & èconuerso, non vr̄ ꝙ viro inuito possit transire, postquam illa eduxit eum de monasterio, & ei est reconciliatus: quia non solum tenentur coniugati ad debitum carnale reddendum, sed ad mutuum auxilium & obsequium: quia in quibusdam matrimonium est legis obsequium, 27. q. 1. nuptiarum. Bern.

CVm sis.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Inde est. vbi ex gñe præmisso infert speciem. Abb. Sicul.

CASVS. Præcipit Papa epō Exoneñ. ne in epātu suo permittat virum vel vxorē ad religionē transire, nisi vterq; ad religionem migrauerit: tñ si vxor est senex q̄ sine suspicione possit in sæculo remanere, dissimulare poterit, vt in sæculo remaneat castitate ꝓmissa, & vir poterit ad religionem trāsire. No. ꝙ alter cōiugum nō dēt ad religionem transire sine reliquo. Item si mulier sit senex, & castitatem promiserit, pōt vir ad religionē trāsire. Item no. hic argumentū pro senibus, quod sint continētes.

d ¶ Constitutioni.] 27. q. 2. sunt qui dicunt. & ca. Agathosa. q̄a Agatho. & c. scripsit nobis. in istis cōstitutionibus dicitur: quod vir & vxor post quā copulatione cōiugij vna caro effecti sunt, non pōt alter ad religionem transire altero in sęculo remanente.

e ¶ Sterilis.] ratione ætatis, & non naturæ: quoniam multæ sunt steriles & iuuenes, quæ continere non possunt, [2] nec volunt.

f ¶ Sine suspicione.] sic inf. eo. vxoratus. & c. ad Apostolicam.

g ¶ Dissimulare.] dissimulatione approbationis: q̄a talis transitus bene approbatur, si consentit mulier. j̃. eo. vxoratus. & c. ad Apostolicam.

COniugatus.] Diuiditur: quia primo ponitur dictū. Secundo. exceptio. ibi, Nisi. Abb.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ nullus coniugatus ad sacros ordines recipiatur, nisi prius continentiam vouerit, & ab vxore fuerit absolutus. Not. ꝙ non sufficit viro licentia mulieris, vt ad ordines promoueatur, immo exigitur quòd continentiam voueat.

[Glo. seq. reci. per q argu. pro, & soluit contrarium. Ioan.]

h ¶ Ad sacros] ex eo quod prohibet, & coniugatus nō promoueat ad sacros ordines, dat intelligi, ꝙ possit ad minores. quia quod de vno negatur, de alio consequēs intellectus patet. 25. dist. qualis. sed non est verum: q̄a coniugati promoueri non dēnt. s̃ de cleri coniu. diuersis fallacijs. immo si clerici sunt in minoribus ordinibus, beneficijs debent priuari. eo. tit. c. 1.

[Glo.

1. Cor. 7.

1 De hoc articulo vide B. Augustinū li. 24. contra Faustū Manicheū ca. 8. & 9. magistrū sen. li 4. di. 30. §. p̄missis aliq̄d addendū. & ibi Sotū q. 2. ar. 1. & vbi late de mr̄imonio. B. Virginis.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cōpi. Et post cōci. Lateraň. pa. 5. c. 3. Et de articulo huius c. vide Turrerremata in ca. sunt q̄ dñt. 27. q. 1. in fi.

† suo

† Strigoniesñ. & † Coloniesñ. Colocen.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cōpi. & post cōci. par. 5. ca. 6. Et de vero ītellectu vide Durādū li. 4. sent dist. 27. q. 2. & ibidē Palud. q. 3. & latius ibi Sotū q. 1. ar. 4. ve. p̄terea ꝯ eandē primam cōclusionem.

2 Sano mō hoc dictum accipias, iō n. ꝯtinere nō p̄nt q̄a reuera ad ꝯtinentiā se ñ disponūt, neq; ea faciunt, q̄ ꝓ continentiæ dono à Deo ipetrādo fieri oportet.

[Glo. seq. quærit ponit opi. Ala. ponit contrariam, & reuertitur ad primam.

a ¶ Ab vxore cōtinētiā profitente.] sed nunquid sufficit hoc? Vr ꝙ sic 32. dist. seriatim. & 77. dist. eps bñdictionē. q potius cōtradicit. sed ibi exponit religionem, i. castitatē. sic s̄ de cleri cōiuga. sane. quod cōcedebat Ala. si vir remaneat in sæculo. Alij dicūt ꝙ ordinari non dēt, nisi ad religionē ꝯuertat vterq;. Quod dr̄ hic intelligē in eo casu, in quo esset senex & sterilis; ita ꝙ nulla est suspicio de vxoris incontinentia: & sic intelligitur illa decr. sane. de cleri. cōiug. nā qui ꝓmouetur ad sacros ordines, eo ipso intelligitur continentiam ꝓfiteri. & si iuuenis esset vxor, ꝓsumpt o esset ꝯtra vtrūq; ar s̄. c. ꝓxi. in fi. vnde non dēt promoueri talis, nisi ambo transierit ad religionem. secus si sit senex, & sine suspicione. vel dicas vt dixit Ala. quod aliud est in eo, qui ꝓmouetur ad sacros ordines, remanendo in sæculo: quia ibi sufficit ꝙ communi consensu continentiam promittāt, vt dicunt iura primo inducta: q̄a ēt cōi cōsensu, sine susceptione ordinū pñt continētiā ꝓfiteri remanēdo i sæculo. 33. q. 5. qđ Deo pari. & aliud est in his qui cōuertuntur, quia locū ibi habet quod dicit sup. cap. proxi. & inf. eo. ad Apostolicam.

† Cap 6. eo. tit. in 1. cōpi. & post cōcilium Later. par. 5. c. 7. Et de materia & intellectu vide citatos paulo añ in c. cōiugatus. adde Dñicum in c. si se cuidā. 28 dist.

† In aliquot impressis exēplarib. ita: & religiosam vestē vel vitā assumat.

ab vxore cōtinentiā [a] profitente, fuerit absolutus.

¶ Idem eisdem.

¶ Vxoratus in episcopum promoueri non potest, nisi vxor religionem profiteatur.

CAP. VI.

SAne† si coniugati consenserint ordinari, vxoris voluntas prius requirenda est: & infra.

¶ Fraternitati vestræ auctoritate Apostolica prohibemus, ne vxoratum [b] præsumatis in episcopū ordinare: nisi vxor prius ꝓfessa cōtinentiā, sacrum sibi velamen [c] imponat, & religiosam vestē † assumat.

¶ Idē Brixieñ. episcopo.

¶ Sponsa de præsenti non cognita, quæ dicit se velle religionem ingredi, compellitur infra certum tempus profiteri, vel adhærere marito.

SAne.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi Fraternitati. Abb. Sicul.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ si coniugati ordinari voluerint voluntas vxoris prius debet requiri, & obtineri, vt dr̄ in præcedenti ca. prohibet, etiam ne vxoratus possit in episcopum promoueri, nisi vxor sua continentiam profiteatur, & intret religionem, sacrā vestem assumen do. No. quò i vxoratus non debet promoueri sine licentia vxoris. Item no. speciale in vxore episcopi, quæ debet continentiam profiteri: & intrare religionem antequam vir eius promoueatur in episcopum.

[Glo. seq. rec tetur per quæstionem.]

b ¶ Vxoratum.] si de fraude non sit suspectus ratione vxoris & filiorum à prælatura, & ab administratione non repellitur: in quo casu intelligit hoc. 33. dist. oino: secus si suspectus q̄a sæpe p tales substantia ecclesiastica deperire solet 28. dist. de Syracusanæ. & sup. de cleri. coniu. diuersis fallac js. 61. dist. Catinensis.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

c ¶ Sacrum velamen.] sed quid si esset vetula, nunquid sufficit si continentiam profiteatur. inf. eod. vxoratus. & s̄. eo. ad Apostolicam? Rñdeo, non sufficit, nisi conuertatur, & est speciale in vxore episcopi: alias contradiceret c. præced.

ADDITIO. Quidam dicunt quòd non sufficit, & est speciale in episcopo. credo quòd sufficeret. & hoc intelligitur de iuuene arg. ex fine huius capituli.

EX publico.] Prima pars narrat factum. Secunda: ibi, Cæterum. mulier petenti dat iudicem. Tertia soluit obstaculū: ibi. sane. Abb.

CAP. VII.

EX † publico instrumēto nobis innotuit, ꝙ cum Veroneñ. episcopus causam matrimonij, q̄ inter A. virū & M. mulierē vertebatur, suscepisset terminandā, iudiciali sententia matrimoniū approbauit, & eidem mulieri præcepit, vt ad virum rediēs, exhiberet eidem coniugalem affectū: quod cum renueret, fuit vinculo excōmunicationis adstricta.

¶ Cæterū quia licet à præfato viro desponsata fuerit: adhuc tñ (sicut asserit) ab ipso est incognita: Mādamus quatenus si prædictus vir ipsā carnaliter nō cognouerit, † & eadem ad religionem [d] transire voluerit, recepta ab ea sufficiēti [e] cautione, quod vel ad religionem trāsire, vel ad virum suū redire infra duorum [f] mensium spacium debeat, ipsam à sententia, qua tenetur, absoluas: ita quòd si ad religionem trāsierit, vterque

CASVS. Inter A. virum, & M. mulierē qō matrimonij vertebat q̄ fuit cōmissa epo Veroneñ. q ꝓ matrimonio sniam ꝓmulgauit, ꝑcipiens mulieri, vt ad virū rediret, & ei coniugalē exhiberet affectum qđ cū facere nollet, fuit excōicata. sed illa se virginē asserens, dicebat se velle religionem intrare: significatum fuit hoc dño Papæ. vñ mandat epo Brixieñ. quatenus si ꝑdictus vir eā carnaliter non cognouerit, & illa ad religionē transire voluerit, absoluat à snia excōicationis, recepta prius sufficiēti cautione ab ipsa, ꝙ dēat ad religionem transire, vel ad virum suū redire s̄. duos mēses: & si ad religionem transierit, vterq; restituat alteri quod ab eo recepit. In fine rñdet tacitæ ꝗōni, quæ posset fieri de auctoritate Euangelij, qua dicitur: nō liceat alicui dimittere vxorē suam excepta causa fornicationis: q̄a illud intelligendū est de his, quorum matrimonium est carnali copula consummatum. No. ꝙ ante carnalem copulā potest alter coniugum religionem intrare, altero in sæculo remanente. Item cum dissoluitur matrimonium iusta de causa, vterque debet alteri restituere quicquid ab eo habuit. Item priuatur quis iure suo sine culpa sua. Item per carnalem copulam matrimonium consummatur.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cōpi. & post cōcil. par. 5. cap 8. Vide Turrecrematā in c. sunt q dicūt. 27. q. 2. & oino Dñicū Sotū li. 4. sent. dist. 27. q. 1. ar. 4. vbi egregie defendit decisionē huius decretalis.

† renuerit in antiquis.

† cognouit

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

d ¶ Religionem.] quid si vellet remanere in domo propria, & seruare religionem? Non est audienda. s̄. eod. ex parte 2. in fi. quia ad bonum & malum se posset habere. & ideo quod certum est, tenendum est. vt s̄. de spon. iuuenis. & de pœnit. dist. 7. §. 1. Bern.

e ¶ Sufficienti.] nomine sufficientis cautionis intelliguntur pignora, vel fideiussores. ff. man si mandato. §. vlt. satis putarem in casu isto dari cautionem ad arbitrium iudicis. 24. dist. quamquam.

f ¶ Infra duorum.] nunquid istud tempus est ordinarium, & regulare, vt semper tantum tempus indulgeatur, & non minus, licet dicatur de duobus mensibus? Credo quòd istud committitur arbitrio iudicis, vtrum plus vel minus tempus indulgeat ad profitendum di[illegible] velle [illegible] intrare religionem. & currit à temp[illegible] iudex statuit terminum. Sed pone quod [illegible] tempus statutum, nunquid adhuc potest intrare

intrare religionem? Dico ꝙ sic, semper ante carnalem copulam: iudex tñ debet præfigere terminū peremptorium. ı̄. quem profiteatur, vel conuertatur ad virum: alioquin illam excommunicet, nec dabit ei tp̄s probationis ep̄s, nisi maritus cōsentiat. De hoc dic vt sup. tit. prox. statuimus.

restituat [a] alteri, qđ ab eo noscit recepisse: & infra.

¶ Sane quod Dominus in Euāgelio dicit, nō licere viro † nisi ob causā fornicationis vxoré suā dimittere, intelligēdum est secūdum interpretationē sacri eloquij, de his quorū mr̄imoniū carnali copula est cōsūmatū, [b] sine qua cōsūmari † nō potest.

¶ Idem Priori & fratribus sancti Ioannis.

¶ *Summa vt supra, eod. cap. cum sis.*

CAP. VIII.

Vxoratus † sine licētia vxoris inter vos nullatenus recipiat: [c] quæ integræ opinionis ita existat, † quod nulla marito suspicio habeat; eā ad secūda vota velle migrare, vel ꝙ minus cōtinenter [d] debeat viuere: q̄ si talis extiterit, marito eius ī cōsortio vestro recepto, ipsa publice in cōspectu ecclesiæ continentiā professa, in domo propria cum filijs suis [e] & familia poterit permanere.

¶ Si autem talis fuerit, quę suspicione nō careat, voto cōtinentiæ celebrato, à sæcularium hominū se conuersatione remoueat, & in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuo commoretur.

¶ Nullus vestrū mulierem aliquam tonsurare, [f] vel ad habitandū [g] secum præsumat assumere.

¶ Vrbanus tertius Priori sanctæ Crucis.

¶ *Cōiugatus faciens professionem uxore cōsentiente, licet nunquam intrauerit monasterium: si mortua cóiuge cum alia contrahat, non ualet matrimonium, & monasterium intrare compellitur.*

CAP. IX.

Ex † parte Abbatis S. Petri ad audiētiā nostrā peruenit, ꝙ cū D. in infir-

a ¶ Restituat.] quòd obtinet, vbicunq; matrimonium dissoluit ex iusta causa. inf. de do. post diuor. rest. ca. 1. & inf. de cōiug. ser. proposuit. C. de spon. l. vlt. C. de episc. & cler. Deo nobis.

b ¶ Cōsūmatū.] sed cōtra vr̄ 1 q. matrimoniū mandato Dei perficitur. 36. dis. de iniste opponitur. Sol. Est cōsummatio quæ fit quo ad matrimonij essentiam, q̄ fuit facta in Paradiso ab ipso Dño per coniunctionem animarum, quæ designat conformitatem fidelis animæ ad Christum, vt ibi: Et est qđā cōsummatio, quo ad sacramentum Christi ad ecclesiam, p incarnationem verbi Dei in vtero virginali: ꝙ designat p illud mr̄imoniū ꝙ est carnali copula consummatū, vt hic. & s. de big. debitum. 27. q. 2. in oī, vel saltem quo ad hoc ꝙ impedire possit ꝓpositū religionis. Lau. Notauit hic Alanus ꝙ matrimonium nō cōsummatū sortitur naturā ex cōstōne ecclesiæ, ideo circa illud latissime patet Papæ potestas. Vincētius dixit, quòd Papa per dispensationem posset dissoluere tale matrimonium: possēt etiam statuere, quòd per secundū matrimonium rumperetur primum: secus de consummato quòd ab ipso Domino naturam suā sortitur, & sola interpretatio circa illud pertinet ad Papam, nō dispensatio, vel contraria constitutio. Contra tamen ar. ı̄. inf. de spon. duorum. c. vlt. Ber.

Vxoratus.] Diuiditur principaliter in duas partes. Primo prohibet per hospitalarios S. Ioannis, vxoratum recipi sine vxoris licentia. Secundo prohibet per ipsos recipi mulieres. Secunda: ibi, Nullus. Prima pars subdiuiditur secūdum quod distinguit qualitatē vxoris licentiam dantis. Abbas.

CASVS. Primo dicitur, ꝙ cum vxoratus nō recipiatī ad religionē, nisi vxor primo promiserit continentiam, si est talis, ꝙ sine suspicione posset in sæculo remanere, in domo propria cum familia sua stare poterit. Secundo dicitur, quòd si est iuuenis, compellatur recedere à conuersatione sæcularīū hominū, & intrare religionē. Tertio dicitur, quòd nullus clericus vel monachus tōdeat mulierem, vel secū teneat. No. quòd vxoratus non potest transire ad religionem, nisi vxor prius vouerit castitatem. Item votum publice factū, videtur esse solemne. Item si mulier non caret suspicione, non suffic it viro eius licentia conuertendi, nisi ipsa intret religionē.

Item moniales non debent habitare cum monachis. [Glo. seq. quærit, & soluit.]

c ¶ Nullatenus recipiatur.] sed pone, quòd de licentia vxoris recipiatur, & professionem faciat solemniter, & habitum recipiat, sed vxor non promittit cōtinentiam, nec promisit transire ad religionem, siue sit senex siue iuuenis, nunquid tenet monachatus, cū non sit seruata forma huius c. s̄. eo. cum sis, & j. eod. ad Apostolicā. Ego credo, ꝙ monachus sit, & votum solemnizauit oīno quo ad se, ita ꝙ non possit exire monasterium, nec vxor pōt eum repetere iure seruitutis: quia renunciauit illi seruituti, dando ei licentiam: episcopus tamen per officium suum 2 potest virum de monasterio reuocare, & reddere vxori, ne illa incidat in fornicationem, cum hoc ad ipsum pertineat, si suspecta est. 93. distinc. diaconi. & ita intelligun: ur iura de hac materia loquētia. sed ea in prima cōpellitur redire ad monasterium. & sic intelligitur supra eod. cap. 1. & inf. eod. ex parte consu uit. & sup. quod met. cau. cap. 1. & licet dicatur hic, & supra eod. cum sis. & inf. eod. ad Apostolicam, quod alter † coniugum non recipiatur, nisi alter transeat ad religionē, vel promittat continentiam, verum est hoc quòd non debet recipi, nec ille debet transire: tamen si recipiatur prædicto modo, tenet monachatus, vt dictum est: quia multa fieri non debent, facta tamen manent. De hoc not. inf. eod. c. proxi. nec dicitur in al. qua istarum decr. quod monachatus non teneat, sed quod ita fieri debeat. Bernardus.

d ¶ Minus continenter.] sic sup. eo. cum sis, & sup. eod. ad Apostolicam.

e ¶ Cum filijs suis & familia.] sic 20 q. 1. vidua. 27. q. 1. mulieres, arg. contra ea. causa. q. 2. scripsit.

f ¶ Tonsurare.] 39. dist. si qua mulier.

g ¶ Ad habitandum.] quia huiusmodi duplicitas reprobatur. 18 q. 2. diffinimus. & 32. di. interdixit. 7. q. 2. cognouimus. Ber.

Ex parte.] Professus religionem de consensu vxoris in sæculo remanentis, licet uxori fuerit restitutus, ea mortua ad monasterium redire compellitur. ita cōmuniter summatur. textus tamen iste nihil dicit de restitutione. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicem: ibi, Quia vero. Abb.

CASVS. Quidam D. nomine in infirmitate positus, uxore sua cōsentiente, votum castitatis emittens, suscepit habitum monachalem, & postmodum liberatus, vxorem suam retinuit, & ea defuncta aliam super induxit: quæritur vtrum cum ea valeat remanere? Respondet

Matth. 5. & 19.

† Vide cōcilium Tridē. ses. 24. tit. de sacramento matrimonij can. 6. & seq.

† confirmari

† Cap. 8. eod. tit. in 1. cōpil. Et post concilium par. 5. c. 9. Vide citat. s sup. eo. c. cōiugatus.

† existat ita.

1 De materia huius glossæ quæ valde ē controuersa inter canonistas & Theologos vide Turre crematā, in c. sunt q. dicunt. 27. q. 2. vers. ad tertiū sic ꝓceditur. & latius per Sotū lib. 4. dist. 27. q. 1. artic. 4. vers. Alia vero argumenta.

2 Idē notat. ı̄. ca. prox. ad fi. vlt. glo. & idē Innocentius sup. eod. quidam. Io. And.

† Ca. j. eo. tit. in 2. comp.

sponder

ſpondet Papa, licet ille D. ad religionem de iure nequiuerit proficiſci vxore in ſæculo remanente, ea tamẽ ſublata de medio, votum ſuum violare non potuit: vnde mandat, quatenus ſi verũ eſt quòd aſſeritur, prædictus D compellatur per excommunicationem, vt mulierem ſuam dimittat, & ad ſuum monaſteriũ reuertatur: de cetero in habitu regulari moraturus. No. q̃ vir, nec intrare religionẽ, nec votũ vouere põt ſine conſenſu vxoris. Item nõ ſufficit viro intranti religionem, licentia vxoris i ſæculo remanentis. Item vouẽtes compellendi ſunt per ſniam excõicationis votum ſuum ſeruare.

[Gloſ. ſeq. quærit, ponit opinionẽ Lau. & remittit.

a ¶ Cõſentiente vxore.] ſed eſto, q̃ ſit iuuenis, nũquid vouet dando licẽtiam; nam non poteſt in ſæculo remanere. ſ. eod. cum ſis? Lau. dicit, q̃ ſi ſcit ius, vel ei dicatur, intelligit vouere, alias non 1. & dic conſentiente & promittente intrare religionẽ, 27. q. 2. Agathoſa. argu. Vel dic vt in notula ſeq dicitur.

[Gl. ſe. q. ar. alle. duo iura, in contrariũ alle. alia duo. ponit tres opin. & tertiam impugnat, ponẽs dictum Hug. & ſoluens decret. 1. ſup. eod.]

poſitus, conſentiente [a] vxore votum vouens caſtitatis, monachalẽ habitũ ſuſcepiſſet, poſtmodũ liberatus vxorem retinuit, & aliam, ea defuncta, ſibi temere copulauit.

¶ Quia vero licet prædictus D. vxore ſua remanente in ſæculo, de iure ad religionẽ [b] nequiuerit proficiſci, ea tamẽ ſublata de medio, votũ ſine ſalutis ſuæ periculo, non potuit violare: Mandamus, quatenus ſi verũ eſt quod aſſeritur, prædictum D. per excommunicationem compellas, vt muliere dimiſſa ad ſuum monaſterium reuertatur, ſub regulari habitu de cætero Domino ſeruiturus.

¶ Clemens † tertius.

¶ *Profeſſus religionem uxore ſciente & diſsimulante, ea mortua ad ſæculum redire non poteſt. hoc dicit, ſecundum intellectum veriorem, & ſingularem in materia.*

10

C A P. X.

CONſuluit † nos G. ſacerdos, vtrum vir ad religionem trãſiens, [c] & in ea per annum, & amplius moram faciens, vxore ſua, poſtquam ad domum tranſierat [d] regularem, de præſenti vita ſublata, ſæcularem habitum reſumere valeat, & aliam ducere in vxorem, vel ſi ductam ei liceat retinere.

20

30

¶ Conſultationi huiuſmodi taliter reſpõdemus, quòd prædictus vir nec habitum poteſt abijcere, quem aſſumpſit, nec aliquam ſibi matrimonio † copulare. Quòd ſi contraxerit, matrimonium ...

40

fecit, j. ca. proxi. & ſic omni modo quo potuit votũ ſolemnizauit: vnde quamuis non debuerit vir tranſire vxore in ſæculo remanente, tamen tenuit votũ, & monachus fuit: quia multa fieri non debent, facta tamen remanent. ſ. titu. prox. ad Apoſtolicam. vnde compellitur redire ad monaſteriũ vxore mortua: ſed cõtradicere vr̃. ſ. ca. 1. vbi mulier dedit licẽtiam viro, & tñ de monaſterio reuocat̃, & reſtituit̃ vxori, niſi vxor caſtitatẽ promiſerit: aut ad religionẽ tranſierit: ſed non dr̃ q̃ monachatus nõ teuuerit, vnde mortua vxore cõpelli debuit ad monaſteriũ redire: & ita concordat cum iſta. & hoc ꝓbatur. ſ. quod me. cauſa. c. 1. Hugo dixit, quòd decreta illa nõ tenet: quia conſenſit marito, & debebat compelli ad caſtitatem, vel monaſterium intrare ſi iuuenis eſſet, & præterea non dicitur ibi quòd mulier p. ſſet reuocare maritum, ſed epiſcopus ex officio ſuo: tamen cõpellitur illa redire propter ea quæ dixi. inf. eod. placet. ibi ſimiliter non fuit ſolemne votum: quia non habuit licẽtiam viri, vnde nec illa compellitur redire ad monaſterium. Bernardus.

1 Ad hoc j. eod. veniens. Ioan. And.

† Cæleſtinus iij.

2 De materia hu⁹ gloſſæ vide pleniſſime per Henricum Boich ſ. eo. c. vxoratus.

† Ca. 2. eo. ti. in 1. compil.

† Al. ita: in matrimonium copulare al. ita: in matrimonio copulare.

b ¶ De iure ad religionẽ.] colligitur 2 hic argu. quòd vxoris licentia non ſufficit, ad hoc vt ad monaſterium poſſit tranſire vir eius. ſim. ſ. eo tit. c. 1. & 33 q 5. notificaſti. Sed contra vr̃. 27. q. 2. Agathoſa & 33. q. 5. q. vxorẽ. Quidam dicunt, quòd licentia vxoris nõ ſufficit niſi & ipſa conuertatur, & ca. qui vxorem, loquit̃ de conſilio. & c. Agathoſa exponitur ita quòd huic dicto cõcordat. Alij dicunt quòd ſufficit licentia vxoris, & dando ei licentia intelligitur ſolemnizare votum argum 32 d ſt. feriatim 28. diſt. diaconi, & c. ſi qua vidua. & hoc ca. & ſimilia loquuntur de licentia extorta. Tanc. & quidam alij dicunt, quòd hoc intelligi debet ſm diſtinctionem illius cap. ſ. eod. cum ſis, & j. eod. ad Apoſtolicam. Sed hæc diſtinctio non videtur hic habere locum: quia ſi fuit iuuenis, non ſufficiebat dare licentiam, niſi ipſa conuerteretur, vt ibi dicitur: vnde non tenuit votum, nec debet compelli redire ad monaſterium, vt ſup. eo. quidam. ſi erat ſenex, bene potuit tranſire de licentia vxoris, vt ea iura dicunt & hic dicit, quòd de iure tranſire non debuit Hugo dicebat, quòd illa decre. quidam intrauit. non tenebat, quia bene debebat ille cõpelli ad monaſterium redire: quia votum tenuit: & hoc idem poteſt dici ſecundum eum de illa. inf. eod. placet. prope fi. vbi non cogitur redire ad monaſterium, & ſic ſtabit huic: & inf. eo. c. prox. hoc ſatis videtur. Sed dicat̃ quòd in decre. illa, quidam intrauit. tenet, & ille non compellitur redire ad monaſterium quia, votum non fuit ſolemne: quia inuita vxore hoc fecit, nec fecit ibi profeſſionem: hic vero conſentiente vxore profeſſionem

ADDITIO. Vel promiſit uitam mutare 22. q. 2. Agathoſa.

COnſuluit.] Legitur varijs modis, & ſecundũ primum intellectum. h. d. ſi coniuges profitentur religionem, ... ad ſæculum redire nõ poteſt, & iſte intellectus elicitur ex textu, intelligendo, q̃ vxor etiam intrauit religionem. Legitur & ſecundo. q̃ ſolus maritus intrauit, & hoc intendit. Profeſſus religionem de conſenſu uxoris in ſæculo remanentis, ea mortua ad ſæculum redire non poteſt ſic communiter ſummant doctores. ſed iſte textus non patitur aliquem iſtorũ intellectuum. Communis diuiſio. Secunda ibi, Conſultationi. Abbas.

50

CASVS. Quidam conſentiente uxore ſua tranſiuit ad religionem, tandem uxor illa mortua eſt, quæſitum fuit, vtrum poſſit habitum ſæcularem reaſſumere, & aliam ducere in vxorem, vel ſi ductam ſibi liceat retinere? Rñdet Papa, quòd prædictus vir nec habitũ quẽ aſſumpſit, abijcere poteſt. nec aliquã ſibi in matrimonium copulare: & ſi contraxerit, matrimonium ... eſt dirimendum. No. quòd ſufficit uxoris licentia ad hoc ut uotum vir teneat, vt hic colligitur.

60

c ¶ Tranſiens.] de conſenſu 3 vxoris, quia ſenex erat, vel promiſit vitam mutare 27. q. 2. Agathoſa, vel ipſe poſt mortem uxoris ratũ habuit quod prius fecit. ſim. ſup. quod me. cau. perlatum. Ber.

d ¶ Tranſierat regularem.] ipſe maritus, & ita idem eſt in canonico r... quod in monacho cum parua ſit differentia inter eos, 20. q 3. præſens clericus, inf de ſtatu monach. quod Dei timorem.

3 Vt dixi. ſ. ca proxi. Petrus & Abb. intelligunt hoc c. q̃n ſciẽte & tacente cõiuge, religionẽ ꝓfite t̃ quæ ſi prius moritur ... reuocet ille inanet monachus. Io. An.

[Glo.

[Glo.seq.soluit contrarium.

a ¶ Dirimendum.] ergo votum eius fuit solemne, ex quo separat matrimonium ȷ̃.qui cleri. vel vouen. rursus.qđ verũ puto: quia de licentia vxoris intrauit,& ita tenuit ingressus: aliàs esset contra.ȷ̃.eo.placet.in fi.Ber.

ipsum decernimus dirimendum.[a]

¶ Cęlestinus tertius.

¶ Coniux, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi, licet ad tempus voto consenserit.

C A P. XI.

CHarissimus:† & infra. ¶ Fraternitati vestræ mãdamus, quatenus si inueneritis vxorẽ regis Sueuiæ graui infirmitate depressam, cõtinentiam vouisse, & virum eius ad tẽpus prębuisse cõsensum,[b] maxime[c] si non idem vir continentiam vouit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & vtrũque inuicem maritali affectione tractare.

¶ Idem.

¶ Si alter coniugum altero ignorante religionem profitetur, & propter hoc de monasterio educitur, illo mortuo ad monasterium redire non cogetur.

C A P. XII.

PLacet† nobis: & infra. ¶ Solicitudo tua consuluit, vtrum mulier, quæ credẽs mortuum maritũ, habitũ religionis assumpsit, & eo reuerso de monasterio educta fuit, post obitũ viri sit ad regularẽ obseruantiã compellẽda. ¶ Super quo respondemus, quod licet votũ eius vsquequaq; nõ tenuerit,[d] eatenus tamẽ fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare: pomisit.n.intrãdo monasterium, se nõ exacturam carnis debitũ, †quod erat in potestate ipsius;[e] redire vero ad seculum, in eius potestate[f] nõ erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit[g] votum: quod post viri obitũ tenere nõ desijt: cum ad eũ casum, à quo poterat[h] efficax habere principiũ, peruenisse nos cat. Cõsultius itaque dicimus, & ei cõgruẽtius ad salutẽ, vt ad monasteriũ redeat, vbi bona ducta intentione professionẽ fecit, et habitũ religionis accepit. Si vero ad hoc induci nõ poterit, ipsam inuitã credimus non cogẽdam.[i]

¶ Innocentius tertius Pisano archiepiscopo.

¶ Summa vt supra eodem, capitulo, cum sis.

CHarissimus.] Cõmunis diuisio. Secunda pars, ibi, Fraternitati. Abbas.

C A S V S. Vxor regis Sueuiæ graui infirmitate depressa cõtinentiam vouit: vir suus ad tempus voto continentiæ consensit: ipsa postmodum liberata, viro suo adhærere matrimonialiter recusabat: vnde rex petijt à Papa sibi super hoc prouideri, & compelli vxorem sibi matrimoniali adhærere affectu. mandat Papa quibusdã, quatenus si inuenerint vxorem regis p̃dicti graui infirmitate detentam, continẽtiam vouisse: & virũ suum ad tempus præbuisse consensum: maxime si idem vir non vouit perpetuã continentiam, prædictam dominam viro suo faciant adherere, & vtrunque adinuicẽ matrimoniali affectu tractare. Not.ꝑ vir & vxor pari consensu possunt continentiam vouere: sed alter sine altero vouere non potest. Item votum ad tempus emissum non obligat vouentem.

[Gl.seq.arg. & remittit, iterum arg. & approbat.

b ¶ Præbuisse cõsensum.] arg. ꝑ sufficit alterius cõsensus ad hoc vt alter possit intrare religionem. De hoc dic, vt dictũ est s̃.eo.cap.1. & ex eo quod dicit ad tempus, vr̃ simpliciter licentiam dedisset, quòd sufficeret. & ex eo quod dicit, maxime si vir eius continentiam vouisset: quod verum est: quia vir & vxor communi consensu possunt continentiam vouere perpetuo remanendo in domo sua. 33.quæst.5. quod Deo pari. & ad tempus. 23.q.4. Apostolus.

c ¶ Maxime]id est, tantum, s̃m quosdam. 1 Bern.

PLacet.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Super quo. Abbas.

C A S V S. Quædam mulier credens maritum suum esse mortuum, habitum religionis assumpsit, tandem eo reuerso de monasterio educta fuit: viro suo postmodũ defuncto, quærit̃ vtrũ compellenda sit ad monasterium redire? R̃ndet Papa, ꝑ votũ suũ nõ tenuit omnino, tñ in tm̃ tenuit, quatenus se potuit obligare: intrando enim monasterium promisit se non exacturam alterius debitũ carnis, qđ erat in eius ptãte: redire vero ad sæculum, non erat in ptãte ipsius, sed mariti, & ideo quo ad se votũ tenuit: & post obitũ viri tenere non desijt, cum ad eũ casum deuenerit, in quo efficax potuit habere principiũ: tñ saluti suæ melius prouideret, si ad monasteriũ rediret: si vero ad hoc induci non poterit, non est compellenda. Not.ꝑ votum pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item iuri suo licitum est cuilibet renunciare, sed iuri alterius nemo renũciare potest. Item si res venit ad eũ statum à quo incipere potuit, tenet etiam si ab initio non tenuit.

d ¶ Vsquequaque nõ tenuerit.] quia remãsit obligata viro ad debitum reddendũ. 32.q.5. si dicat.

e ¶ In potestate ipsius.] sic sup eo.quidam intrauit. Bern.

[Gl.seq.quærit, & soluit.]

f ¶ In eius potestate nõ erat.] & sic auctoritate ꝓpria exire nõ poterat. Quid si exiuisset de facto, nunquid esset compellẽda redire? Vr̃ ꝑ nõ. ꝑ id quod dicit in fine. ADDITIO. Et 27.q.2.si vir. Sed contra.s̃.eo.quidam. in fine.

[Gl. seq. arg.ponit duas leges. & vnum canonem, & soluit.]

g ¶ Quantum ad ipsam tenuit.] argu. ꝑ sentẽtia pro parte tenet, & ꝓ parte nõ tenet. ff. de re iud. de vnoquoque.ff.de mino.ẽt.§.1. argu.cõtra. C de repu.l vnica.ff. fami. erciscun. l. in hoc iudicio. de conse.dist.2. cõperimus. Dic quod si sententia continet plures articulos, siue plura capitula, 2 id est, diuersa, põt pro parte valere, & pro parte non valere. & sic põt pro parte confirmari, & pro parte infirmari. exempla patent sup. de testa. Raynatius. & c. Raynaldus. & l. prædicta, cũ ã. aliàs aut tota confirmatur, aut tota cassatur. de consec. dist.2. comperimus.

h ¶ A quo poterat.] sic è contra soluitur iudicium, qđ firmum erat si ad eum statum deuenit à quo incipere non potuit ff.de iudi.si à me & l.si alter. 3 secus in matrimonio 32.q.7. Illi qui sani. & c.neque furiosus.ȷ̃.de eo qui cog.consang.vxo.suæ, discretionem.

[Glo.seq.quærit, & remittit.]

i ¶ Non cogendam.] sed nunquid tenet matrimoniũ si mulier ista contraheret? Dic vt dictum est s̃.eo.quidam intrauit. hic non fuit votum solemne, quia nec habuit licẽtiam viri: vnde non compellitur redire ad monasterium. sic s̃.eo.quidam.

† Cap.3. eo. tit. in 3.cõpi. Vbi integrã hẽs facti hic truncatiua. rõnẽ. q̃ & Cõtius affert.

† Cap.5. eo. tit.in 2.cõpi. Vide Turrecrematã i c. seriatim. 32. & late hic Henrichum Boich. vide magistrum. sen lib.4.dis. 38.§.hic q̃ritur.

1 Scilicet Gof.Phil. & Innocentiũ. quod placet Host. ꝑ id ꝙ dixit glossa pr.xi.Io.An.

† Vide Sotũ lib.4.sen.dis. 32.q.1.art.1. & 2.& 3.

2 Vel vnũ solũ separabile de hoc q̃re de re. iu. ea q̃.lib 6. Ioã. And.

3 Cõiter ĩcipit Iulianus 2.vide đ cle. q̃relã sup 1. gl.10.And.

ADDI-

ADDITIO. Vel dic verius, quod non habuit viri consensum in suo ingressu, sed de professione emissa constat per responsionem domini Papæ.

AD Apostolicam sedem.] Illud c. est pars c. ad Apostolicam. sup. tit. proxi. Primo ponitur dictum. Secundo exceptio: ibi, nisi. Abbas.

CASUS. Dicitur hic, quod cū vir & uxor sint una caro, non potest vir ad religionē intrare, nisi mulier similiter castitatem voueat, & religionē ingrediatur: nisi forte sine suspicione incontinentiæ possit in sæculo remanere. No. quod vir & uxor per carnis commistionē fiunt una caro. Item vir non debet cōuerti, nisi uxor conuertatur. Item nota hic argumentum pro senibus quod fiat continentes.

† Cap. 2. tit. de regularibus in 3. cōp. Vide Turrecrematā in ca. sūt q. dñi. 27. q. 2. in fi. Adde Ancharanū i c. tua nos. de iureiur.

a ¶ Ut sine suspicione.] sic s. eo. cum sis. & c. uxoratus. Bern.

ij EX parte.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Nos autem. quæ tria facit. Primo cōtra solutionem allegat. Secundo soluit: ibi, Nos tamen. Tertio solutionem determinat: ibi, Porro. Abb. Sicul.

† Luduñ.

CASUS. Quædam mulier coram duob. abbatibus velum viduitatis assumpsit, cū celebratione Missæ ac litania, sicut motis est: post hæc q̄dā nobilis proponebat se mulierem illā mediantibus internuncijs per verba de præsenti desp̄osasse: mulier illa cōfitebatur se consensisse in illum: sed quia audierat illum lepra percussum, nolebat sibi ulterius adhærere: quærebatur utrum huiusmodi veli susceptio matrimonium impediat inter eos? Rñdet Papa, licet videatur, quod ex quo matrimonium contractum est inter legitimas personas per verba de præsenti, in illo casu possit, id est, in nullo casu possit illis viuentibus dissolui, ut altero viuente alter possit ad secunda vota transire etiam si unus fidelium fieret hæreticus: nisi forte secus fieret ex reuelatione diuina, sicut de quibusdam sanctis legitur esse factum: tamen Papa non vult declinare à vestigijs antecessorum suorum, qui dixerunt, quod antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licitum est alteri coniugum relicto inconsulto ad religionem transire, & alter poterit se alij copulare: & hoc ide Papa consuluit obseruandum in casu præmisso, quamuis causa sit falsa, per quam mulier prædicta ad veli susceptionem fuit inducta: quia & sine tali qualibet causa mulier propter religionem id facere potuisset: verumtamen licet mulier illa videatur religionis habitum assumpsisse in velum suscepto nec tamen se voluit in domo propria permanere, quasi sua natura propositum religione, compelli debet ad matrimonium consummandum, nisi voto solemni se astrinxerit ad obseruantiam regularem: in quo casu compellenda est religionis propositum adimplere. Not. quod matrimonium potest contrahi per nuncios, & ita possunt palliuin conferre. Item antequā matrimonium carnali sit copula consummatum, alter coniugum potest altero inuito ad religionem trāsire: aliàs compelli debēt insimul permanere. Item falsa causa non impedit susceptionē religionis. Item velum viduitatis non impedit matrimonium cōtractum, si religionem certam nō intrat mulier. Item votum solemne impedit matrimonium cōtrahēdum, & dirimit iam contractum.

† Cap. 1. eo tit. in 3. cōpi. De materia vide citatos s. eo. c. verū. & ca. ex publico.

CAP. XIII.

AD † Apostolicam sedem: & infra.

¶ Cum auté vir & uxor una caro sint, per copulā coniugalē effecti: nec una pars cōuerti possit ad Dominū, & altera in sæculo remanere: profecto nō est alter coniugum recipiendus ad obseruātiam regularē. Nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat: sed et vitam debet mutare: nisi forte sit eius ætatis, ut sine [a] suspicione incontinentiæ, valeat in sæculo remanere.

¶ Idem Luduneñ. † Archiepiscopo.

¶ *Per religionis professionem, non per propositum castitatis seruandæ in sæculo, dissoluuntur sponsalia de præsenti.*

CAP. XIIII.

ij EX † parte tua est intimatum, quod cum quædam mulier velum viduitatis [b] coram duobus Abbatibus assumpsisset, benedictione solemni cū celebratione Missæ ac litania † (sicut debuit) accedēte, quidam nobilis proponebat, se prius mulierem ipsam, mediantibus internuncijs [c] † per verba de præsenti, arrha [d] etiam interposita, desponsasse: & infra.

¶ At illa se in illum consensisse confessa, dixit, quod audierat eum esse lepra † percussum, & ob hoc eius fuerat abominata complexus: [e] & infra.

SEntentiam † sanguinis [f] nullus clericus dictet, aut proferat; sed nec sanguinis vindictam exerceat: aut vbi exerceatur, intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti, ecclesijs vel ecclesiasticis personis aliquod præsumpserit inferre dispendiũ, per censuram ecclesiasticam compescatur. Nec quisquam clericus litteras dictet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinãdas. Vnde in curijs principum [g] hęc solicitudo nõ clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque clericus ruptarijs † vel ballistarijs, aut hmõi viris sanguinũ præponatur; nec vlla † chirurgię artẽ subdiaconꝰ

CASVS. Statuit cõcilũ generale, q nullus clericus sñiam sãguinis dictet, vel proferat, nec vindictam sanguinis exerceat, nec vbi exerceatur, intersit. Si autem occasione huiꝰ statuti aliquis ecclesijs aliquod dispendium inferre ꝑsumpserit, ꝑ censuram ecclesiasticã cõpescatur. Item nullus clericus litteras scribat, aut dictet ꝓ vindicta sanguinis destinandas: sed laicis officium in curijs principum committat. Itẽ nullus clericus ꝑponatur ballistarijs, aut huiusmodi viris sanguinum, & subdiaconus, & sacerdos artẽ chyrurgiæ non exerceant, quæ adustionem, vel incisionem inducat; nec impendant ritum alicuius benedictionis purgationi aquæ frigidæ, vel ferri candentis: saluis prohibitionibus de monomachijs, siue duelli, antea promulgatis. Nota, q iudicium sanguinis clericus exercere non debet. Item litteras vindictam sanguinis continentes scribere, vel dictare non dẽt. Item clericus viris sanguinum preesse non debet. Item clericus in sacris ordinibus chyrurgiam exercere non debet. Item purgatio aquæ, vel ferri candentis fieri non debet.

† Præter Doctores, hic vide Fely in c. sicut dignũ. de homic. & Manuali cõfessariorum. cap. 25. tit. de peccatis clericorũ quoad ordines vers. clericus vero tabernarius.

† al. raptarijs.
† al. rotarijs vt obseruat Hostie sed in oib. Vaticanis vt est in prœsam.
† al. ita: nec vllã chyrurgiæ partem.
al. ita: nec illa chyrurgiæ partem.
a. ita: nec nõ vlli chyrurgiæ artẽ.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f ¶ Sanguinis] episcopi non possunt sententias sanguinis ferre. j. de exces. prąel. ex litteris. & s. eo. clericis. vo. de hoc nec dare cõsilium, nec interesse, nec dictare: nec scribere sententiam, vt hic dicit & 23. q. 4. illud. se l alius debent vices suas committere, vt dictum est s. e. clericis. & arg. pra dictæ decre. illud & 2. q. 7 sicut, licet s̃m leges non possit delegare, nisi cum iudex necessariam habeat caussam proficiendi. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 1. Sed si interest tantum, nunquid propter hoc efficitur irregularis. vt propter hoc deponatur? Non videtur q debeat deponi: sed alias debet puniri, quia interfuit contra præceptum huius canonis.

g ¶ Primum.] s. eo. clericis. & c. sed nec. Ber.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a ¶ Adu-

a ¶ Adustionē.] ex hoc vř, ꝙ ecclesia pœnā adustionis infligere nō dēt, & sic est cōtra illud, & inf. de cri.fal. ad audientiam, vbi dř ꝙ nota cum ferro cādenti ponitur in fronte, sed illud intelligitur, ita ꝙ ad effusionem sanguinis non procedat.

b ¶ Monomachijs.] i. de pugnis singularib. Dř .n. monomachia, à monos, ꝙ est vnum: & machia, pugna: quasi pugna vnius contra alterum.

SVp.] Pars huius, s. de magistris, & de priuilegi. specula. Diuiditur in quinq; partes. Primo ponit decisum exordium. Secundo ibi, Contra, relatio Turonen. concilij. Tertio ibi, Verū, opiniones variæ circa illud. Quarto ibi, Nos, determinatio. Quinto ibi. Quia vero, constitutionē extendit. Abbas.

CASVS. Alexander Papa statuit in concilio Turoneñ. sup. eo. non magnopere contra regulares personas exeuntes ad audiēdas leges vel physicā, vt nisi int duos menses ad claustrum redirent sicut excommunicati ab omnib. vitarētur, & in nulla causa si patrocinium pręstare voluerint, audiantur: reuersi autem ad claustrum, in choro, mensa, capitulo & ceteris, vltimi fratrum existant, & omnē spē promotionis amittant, nisi forte ex misericordia sedis Apostolicæ. Sed quia nonnulli pp diuersas opiniones quorundam excusationē assumebant, uolens Papa ut de cetero ipso facto sñiam excōmunicationis incurrant, mandat, quatenus tam diœcesani epi, q̄ capitula ipsorum & alij, in quorum diœcesib. tales commorantur, publice denuncient eos excommunicatos, & prædictis pœnis obnoxios: Verum quia dñs Papa theologiæ studium desiderat ampliari, vt fides catholica circumcincta sit muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat venientib. ex aduerso: statutum concilij Turonen. extendit ad archidiaconos, decanos, plebanos, ppositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, necnon presbyteros: nisi infra spatium præscriptum destiterint: & appellatione postposita præcepit obseruari. Nota ꝙ religiosi non debēt audire leges vel medicinam. Item ipso facto quis excommunicatur. Item constitutio post duos menses à tempore ipsius constitutionis ligat. Item Theologia sup omnes scientias est fauorabilis. Item presbyteri & personatus habentes non debent audire phisicam vel leges, alias sicut religiosi audientes puniuntur.

c ¶ Leges vel physicam.] C. de epis. & cle. repetita, & l. parabolani.

† Vide concilium Laterā. sub Alex. iij. c. 20. & concilium Triden. sess. 25. de refor. c. 19.

† Hæc duo verba: de claustris, de sunt in omnib. antiquis & manuscriptis Vaticanæ.

† al. ita: Alexāder Papa. p̄. n. hoc est, Alexander Papa p̄decessor noster.

diaconus, vel sacerdos exerceat, quæ adustionē[a] vel incisionē inducit: Nec quisquā purgationi aquæ feruentis vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat: saluis nihilominus prohibitionibus de monomachijs[b] siue duellis † antea promulgatis.

¶ Honorius tertius.

¶ Constitutio Turonen. concil. puni. s religiosos audientes leges vel physicam, est canon latæ sententiæ & incidentes in illam debent per ordinarios puniri. hoc primo. Secundo extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates & personatus, et ad presbyteros.

CAP. X.

SVper specula, & infra. ¶ Contra religiosas personas (de † claustris) exeuntes ad audiendum leges, vel physicā,[c] Alexander † prædecessor noster olim statuit in cōcilio Turonen. vt nisi infra duorū mensium[d] spatiū ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus euitentur: & in nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur.[e] Reuersi autem, in choro, mensa, capitulō, & ceteris, vltimi fratrum existant, & (nisi forte ex misericordia sedis Apostolicæ) totius spem promotionis amittant.[f] Verum quia nonnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant: Nos volentes, vt de cetero ipso facto,[g] sententiam excommunicationis incurrant, districte † præcipiendo mandamus, quatenus tam a diœcesanis, & capitulis ipsorum, quàm à ceteris episcopis, in quorum diœcesibus in huiusmodi student, tales excommunicati, prædictis[h] pœnis obnoxij publice nuncientur.

¶ Quia† vero theologię studium cupimus ampliari, vt dilatato sui tentorij loco funiculos suos faciat longiores; vt sit fides catholica circuncincta muro inexpugnabili bellatorum,[i] quibus resistere valeat ascendentibus ex aduerso: ad archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus habētes, necnon presbyteros[k] ...

d ¶ Duorum mēsiū spatium.] à tempore scientiæ huiusmodi cōstitutionis, siue publicationis cōnumerandum, & nisi destiterint, ipso iure sententiam excommunicationis incurrūt, ut in l. sequitur. Verba ista quæ hic ponūtur vsque ibi, verum q[uia], sunt Turonen. concilij, sup. cod. non magnopere.

e ¶ Audiant.] tamē ipso iure excommunicati, alias etiam monachi & canonici regulares ab aduocatione repelluntur. s. de postulatio. c. 2 & 16. q. 1. alia, & c placuit, & c. monachi, & c. de præsentium, & 15. q. 6. c. 1. in fi. nisi pro vtilitate ecclesiæ suæ, i Abbate nihilominus imperante, vt in prædicto c. monachi.

f ¶ Amittant.] dic vt sup. eo. c. non magnopere.

g ¶ Facto.] sic ipso facto negamus Deū, 22. q. 5. cauere & ipso facto amittit quis priuilegium suum sic s. de vi. & honest. cle. c. vlt. ubi plures con cor. de hoc.

h ¶ Prædictis pœnis.] s. ꝙ promoueri non possunt sine dispensatione Apostolicę sedis, & alijs superius positis.

i ¶ Bellatorum.] i. prædicatorum, qui possunt hæreticis resistere auctoritate diuinæ scripturæ, qui contra nos surgunt, & ex aduerso impugnant nos: quos prælati ecclesiarum de sua diœcesi expellere tenentur in totum, ꝙ si negligentes extiterint, ab administratione remoueantur, inf. de hæret. excommunicamus, in fi.

† al. ita: districte præcipimus, & mādamus.

† Vel pauperum s̄m Iac. & Phili. vide quod dixi de p[ræb]. c. 2. Io. And.

† Vide c. ne clerici vel monachi. 6. & quòd statutū est in concilio Lateraū. sub Leone x. ses. 8. paulo post principium, in cōstitutione inci. Apostolici regiminis.

[Gl. seq. reci. per q. quid de beneficijs curatis, & personatibus non curatis.]

K ¶ Presbyteros.] ad omnes prædictas personas pœna ista extenditur, etiam si huiusmodi personatus curam animarum non hēat: quia idem iudicium est de personatibus curam animarum non habentibus, sicuti de beneficijs curam animarum habentibus annexā. sup. de electione. dudum, & quod habentes curam animarum teneantur patet, quia qui ad curam animarū eligitur, dēt primo promoueri ad ordinem sacerdotij, alias sit ab ipso iure priuatus, sup. de præb. extirpandæ, §. qui

§.qui vero,& in propria persona deseruire: nisi in duobus casibus,ut ibi dicitur, & idem iudiciũ de personatib.& de habentib.curam animarum est habendum, vt in pdicta decr.dudum,& s̃.de pb. de multa: maior enim ratio est de habẽtibus curam animarum, quam de personatibus non hñtib.curam animarũ. Credo ꝙ nullus archidiaconus, decanus,plebanus, præpositus,cantor, & nulli qui habent personatus,& qui habent curam animarum,possint audire leges, vel physicam propter pęnam istius constitutionis, nulla facta distinctione, ex quo tales sunt: nisi aliam interpretationem super hoc uiderent: quia Papa nullam adhibuit interpretationem; ergo nec nos adhibere debemus,2.q.5.cõsuluisti,& sup.de transl. inter corporalia.sufficit.niquòd ita scriptum est,vt 6.q.3.scriptũ est in lege,& ff qui & à qui.ma li.l.prospexit.

† hæc, pro hoc in multis vaticanis.

(nisi ab his [a] infra spatium [b] præscriptum destiterint) hoc [c] † extendi volumus [& † mandamus] & appellatione postposita firmiter obseruari.

† Hæc duo verba, & mãdamus, desuut in omnibus antiquis codicibus.

ADDITIO. Dic tamen, ꝙ hæc constitutio non habet locum in hñte curam parochialem, si alias non est p̃sbyter.nisi sit talis cura,siue plebania, quæ habeat sub se capellam,vel capellas,in quib.clerici perpetuo instituantur,c 1.eo ti.lib.6.

a ¶ Ab his.] s.legib.vel physica,de quibus pręmissum est supra Ber.

[Gl.seq.principium reci.per quæstio.finis quærit,& soluit.

b ¶ Spatium præscriptum.]duorum mensium,connumerãdorum à tempore publicationis [1] huius constitutionis;quia ante publicationem nemo tenetur,sup.de consti.c.2. ex quo enim constitutio publice promulgata est & publicata, quilibet tenetur ad eius obseruantiam post duos menses,in auth.ut fac.no.consti. circa prin coll.5.16.dist.quod dicitis. sup. de postu.prælа.c. 1.sed ante non,arg.32.q.4.dipit Sarra.82 distin.proposuisti,sed cum ista cõstitutio sit iamdiu publicata, nullus hẽt excusationem. Sed nunquid ep̃scopi possunt tales absoluere? Credo ꝙ sic, quia conditor huius constitutionis non retinuit sibi absolutionem,& ideo alijs relicta videtur.inf.de sent.excom.nuper. inf.de cri.fal.du.ca.& sup. de præben.de multa,in fi.

1 De materia hui⁹ glossæ uide Decium, & Doctores in cap. cognoscẽtes, sup. de const. & Sotum li. 1.de iustitia, & iure q.j.argum.4.

[Glo.seq.reci. per q an habentes personatus egeant dispensatione Papali, sicut & monachi aliqua quòd sic.& hoc tenet in additione.in tertia glo tenuit contrarium.

c ¶ Hoc extendi.] s.præmissas pœnas, de quibus superius facta est mentio, scilicet quòd sint excommunicati,& in nulla causa patrocinium præstantes audiantur. Et ita videtur, quòd isti spem promotionis amittunt, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum,sicut dicitur supra de monachis quia pronomen hoc,ostendit omnes pœnas supradictas. Sed hoc non credo,ꝙ isti propter hoc sine dispensatione domini Papæ promoueri non possint,& quòd dicit; hoc extendi, &c.respicit tantum quod dixit sup. excommunicat. & quòd in nulla causa eorum patrocinium admittatur: quia si hoc voluisset, hoc dixisset de istis quod dixit de illis,arg.sup.de transla.inter corporalia.sup.de dec. ad audientiam, & pœnæ non sunt ampliandæ siue odia, sed potius restringendæ de pœ dist.1.pœnæ. ff.de lib.& postu.cum quidam ff.de hæreinst.l.1.§ vlt.& illa clausula; Nisi forte ex misericordia.& respicit tantũ præcedentia,& non subsequentia arg.sup.de app.inquisitioni. Tutius est dicere, quod incurrat omnes pęnas prædictas, cum littera hoc expresse dicat, dum dicit, hoc extendi,&c. & supra dum dicit; prædictis pęnis obnoxij. Bernardus.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

LIBER QVARTVS, DE SPONSALIBVS ET matrimonijs.

¶ In præcedenti libro visum est de actib. & gestis spectātibus ad clericos, merito nūc restat videre de ipsis spectantibus ad laicos. Et hęc rubrica habet duas partes In prima dicit de sponsalibus. In secunda de matrimonijs, Abbas.

De hac materia tractatur 27.q.2.in plerisq; capitib. & 29.q.1. 33.q.2. & 3. & 32.q.1.2.& 3. per totum. & 30.q.5.§. his omnibus. vsque ad fi.q. & 33.q.2.§. sed quia vsque ad finem quęstionis.

† Ca.39. refert Burchardus lib.4.decre.c.76. Iuo pa.8.c.213.& c.1.e.ti. in 2. compilatio.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De sponsalibus & matrimonijs.

¶ Ex concilio Triburiēsi.

¶ Matrimonium solo consensu contrahitur, nec inualidatur, si consuetudo patriæ non seruetur.

CAP. I.

De Francia. qui dā nobilem mulierē de Saxonia, legeª Saxonū duxit in vxorem: verum quia non eisdem vtuntur legib.ᵇ Saxones & Francigenę, causatus est, quod eam non sua, i. nō Francorumᶜ lege desponsauerat: dimissaq;ᵈ illa, aliam superduxit. Diffiniuit super hoc sancta synodus, vt ille transgressor Euangelicęᵉ legis subijciatur pęnitentiæ:ᶠ & à secūda coniugeᵍ separetur, & ad priorem redire cogatur.

DE Francia.] Diuiditur Primo ponit casum. secundo ... Diffiniuit.

CASVS. Quidam iuuenis de Francia, duxit vxorem quandam nobilem mulierem de Saxonia. In cōsuetudine in Saxonia ... dicebat: q in matrimonijs ǭhēdis Frāci nō vtuntur ijsdem consuetudinib. cum illis de Saxonia, & hoc iō quia desponsauerat eam nō lege sua. sed Saxonum. Dimisit ergo illā, & aliam vxorem duxit In cōcilio quæsitū est, quid de hoc fieri dēret? Statuit concilium, vt ille transgressor Euangelicę legis subijciatur pęnitentię & a secunda vxore separetur & ad primā redire cogat. No. q in matrimonio ǭhēdo potius consideratur intentio ǭhentium. q̄ verba. q b melius ... contrahunt, dummodo animo ǭhendi hoc faciāt. Item solennitates non sunt de substantia matrimonij. Item verba debet deseruire intentioni, & non intentio verbis. Item ad intentionem recurrendum est.

a ¶ Lege.] id est, consuetudine.

b ¶ Legibus.] id est consuetudinibus.

[Gl. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.]

c ¶ Francorum lege.] quā putabat esse de substantia matrimonij. arg. 30. q. 5. aliter. vbi vř, q matrimonium omissis solemnitatib. non valeat. sed non est verum, quia illa quæ dñr in c. aliter. potius ad solēnitates referuntur, quæ tñ seruandæ sunt: sed q̄uis non seruentur, tenet matrimonium, quia solus consensus facit matrimonium. 27 q. 2. sufficiat.¹

¹ Cōcor. tex. in l. nuptias, vbi gl. & Doct. ff de reg. iur & vide omnino Magist. sent. li.4. dis.27.§. efficiens aūt. & § qđ autē. vbi pulchre explicat hoc dictum.

d ¶ Dimissaque.] quod facere non debuit auctoritate sua, vt 33. q. 2 sæculares, 36. q. 6. multorum, ēt si impedimentum manifestum subesset, ǯ. de diuortijs, porro,

e ¶ Euangelicæ legis.] qua dř, nullus dimittat vxorē suam excepta causa fornicationis. 2. q. 1. dixit Dominus. ǯ. eo. ex parte.

f ¶ Pœnitentiæ] pro eo quod primam dimisit, & secundam duxit.

g ¶ Coniuge.] s. nomine non re.

Exoneñ. † episcopo.

¶ Sponsalia de futuro dissoluuntur, si sponsi se dissoluūt, etiam si fuerint iurata.

CAP. II.

PRęterea † hi, qui de matrimonio contrahēdo pure & sine oī cōditioneʰ fidem dederunt, commonendi sunt & modis oīb. inducendi,ⁱ vt præstitam fidem obseruent.

¶ Si autem se adinuicem admittere noluerint:ᵏ ne forte deteriusˡ inde cōtingat, vt talem. s. ducat, quā odioᵐ hēt†, videtur, quod ad instar eorum, qui societatēⁿ interpositioneᵒ fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittūt, hac possit patientia tolerari.ᵖ

† Exonieñ.

PRæterea.] Primo iubet moneri. Secundo diffinit. ibi, Si autem, &c.

CASVS. Quidam vir & mulier ... contrahere: & inuicem pure & sine ǫdōne, fide hinc inde præstita, q ǫhent matrimoniū: postea mutant ǫpositū. Quæritur, qd sup hoc sit agendu, an videlicet sint compellendi, vel non? Rñdet Papa, q commonendi sunt, & modis oīb. inducēdi, vt fidem præstitam obseruent. Si aūt hoc facere noluerint, nō sunt ǫpellēdi, ne deterius inde contingat, vt illam ducat, quam odit sed ad instar illorū q societatem ǫhunt fide data, & postea illam sibi remittunt, potest in patiētia tolerari. No. q licet fides sit pure & simpliciter hinc inde data de matrimonio ǫhendo, si postea displiceat contrahentib. non sunt, vt contrahant compellēdi, ne deterius inde contingat. Idem intellige in societate.

† Ca.11.e.ti. in 1. cōp.l. & post ǫci. Lat. sub Alex. iij. par.6. ca.21. Et de intellectu & materia huius c. vide Couarruuiā in epitome li.4. decr. par.1. c 5. in principio.

† habeat.

h ¶ Sine omni conditione.] per hoc vř, q soluī non possit, qa q̄ sine ǫdōne ǫmittuntur, sine ǫdōne soluūtur, 32. q. vlt. c. vlt. & 22. q. 3. inter cętera.

[Gl. seq. supplet, suppletioni signat contrarium, &c.]

i ¶ Inducendi.] & ēt compellendi si iurassent, ǯ. eo. ex litteris. pp periculum iurī. arg. contra ǯ. eod. requisiuit. sed illud soluitur ibi. Sed contra videtur ǯ. eod. cap.

k ¶ Noluerint.] id est, absolute restiterint.

l ¶ Deterius.] s. adulterium cum secunda, vel q eam forte interficeret.

m ¶ Quam odio.] quia quod quis non diligit, facile contemnit. 20 q. 3. presens clericus, & 31. q. 2. § 1. Ber.

n ¶ Societatem, ff. pro soc. l. verum, §. vlt. & l. actione. §. d ximus, Ber.

o ¶ Interpositione fidei.] siue p iurm ēt, quia æquipollent. ǯ. de fideiuss. peruenit, & 22 q. 5. iuramenti.

[Gl. seq ponit duas lecturas, s. Tranc. & Hug. & secūdam approbat.]

p ¶ In patientia tolerari.] hoc iō dicit, qa ex quo non est processum ad matrimonium, ǫtra voluntate accedente, possunt se inuicem absoluere, vt vř quia omnis res per quascunque causas nascitur, &c. ǯ. de regu. iur. omnis

¶ Eugenius Papa.

¶ Si maior septēnio duxit in vxorem minorem septennio, et eam traduxit ad domum, oritur ex tali cōtractu publicæ honestatis iustitia. h. d. in. hanc do litera Panormitan⁹.

oīs res,& ff. de reg. iur. nihil tam naturale, quia in tali casu fide pstita siue iuramento subintelligenda est cō ditio, s. si in eadem voluntate permanserint. argu. s. de iureiu. queadmodum. & 22. q. 2. ne quis arbitret. hæc fuit opinio Tanc. 1 dicentis, ꝙ hæc decretalis continebat ius cōe Hug. dicebat, & bñ, ꝙ loqtur de pparatiua pmissione, vt j. qui cler. vel vo. c. veniēs, quod & mihi vr̄ & loquit dispēsatiue. Et hoc apte indicant ista verba, hoc possit in patiētia tolerari, ne deterius inde contingat: nam multa p patientiā tolerramus, & c. s. de pb. cum iam dudū. aliàs de iure mero debent compelli, vt fidē siue iurm seruent. De hoc dicitur j eo. ex litteris 2 Ber.

† Ca 18. e. ti. in 1. cōpil. & post pci. Lat. pa. 12. c. 8 Et vide pcil. Trisess. 24. de refor. mat. c. 2. & Couar. in epitome li. 4. decretalium par. 1. c. 2.

1 Hęc Tanc. opinio vera est, & cōiter sequunt eam Doctores tū hic, tū albi vt docet Couar. initio capitis citatus quē videto.

† al. Mandamus, vt absq; voce, quatenus.

CAP. III.

IVuenis, † qui puellam nondum septenniū duxit, quamuis ætas, repugnaret: ex humana tamen fragilitate forsan tētauit, quod complere non potuit. Quia igitur ī his, quę dubia [a] sunt, quod certius existimamus, tenere debemus, tum propter honestatem ecclesię, quia ipsa coniux [b] ipsius fuisse dicitur: tum propter prædictam dubitationem: Mandamus, † quatenus consobrinam ipsius puellæ; quam postmodum duxit, diuidas [c] ab eodem.

¶ Alexander tertius Papien. episcopo.

IVuenis.] Si maior septennio cū pxima septennio, in qua malitia supplet ętatē sponsalia contrahit, his oritur iustitia publicæ honestatis, maxime si cōmiscentēta uerit. Ita cōiter summatur, sed in veritate summariū non colligitur ex littera. Diuiditur. Primo narrat factū, & casū dubiū. Secūdo duplici rōne disinit, ibi, Quia igitur. Abb. Sic.

CASVS. Quidā iuuenis duxit quandam puellam nondum vij. annorum, sponsalia cōhēdo cum ipsa, & tentauit cū ipsa quod cplere non potuit. Tandē mortua fuit: vel dictus iuuenis ab ipsa recessit, anteq̄ vij. annum sponsalib. consentiret: & cum alia consanguinea ipsius puellæ matrimonium cxit. Quærebatur, vtrum possent simul remanere? Rñdet Papa, in his q̄ dubia sunt, quod certius est, seruari dēt & iō tā pp honestatem ecclesiæ, quia dicebatur spōsa eius, q̄ pp prædictum dubium, dēnt abinuicem separari. Notandum ergo, ꝙ in dubijs semper tenendum est illud, ꝙ securius est & certius.

[Gl. seq. no. in dubijs. & c. & soluit contrarium. Secūdo [illegible] per locum a [illegible], & soluit.]

a ¶ Dubia.] sic ergo patet, ꝙ in dubijs semper certius est tenendum, de pę. di. 7. c. 2. §. item. si vbi dr̄, tene certū & dimitte incertum. & j. de homi. ad audientiā, & 14. di. sicut, & in re dubia certa non potest ferri snīa. 11. q. 3. graue. & 33. di. habuisse & 30. q. vlt. §. vlt. & Insti. de re. diui. il. ad quęstitum Insti. de act. §. curare. qñq; rō cū obscura sunt iura partium, certa fertur snīa. s. de fi. instrum. inter dilectos, in fin. Sed non dr̄ dubia res ibi, quia actor non probauit clare, & ita pro possessore iudicari debet. 2 Sed quare dicit, in his quæ dubia sunt? Quia si ex toto ante septennium ducta fuit, & post vij. ann. non consensit, vel ante recessit, res non est dubia, sed certa: quia non impeditur matrimonium cū consanguinea, ēt cum matre. j. tit. prox. litteras, & c. accessit. si post septimum annum consensit, sponsalia tenuerūt, & ita non est res dubia. j. eo. sponsam, & j. ti. prox. continebatur, §. si vero. Sol. Sic intellige, puella ista post vij. annum non consensit, vel non constabat de consensu: quia statim recessit ab eo vel mortua est: veruntn̄ quia tentauit forsitan quod cōplere nō potuit, præsumitur, ꝙ erat doli capax, siue quia malitia supplebat ætatem quo ad sponsalia, sicut supplet malitia quo ad matrimonium. j. ti. px. de illis. & c. vl. vñ propter hoc dubiū, tum quia hoc plene non constabat, tum ēt pp honestatem ecclesiæ, non potest habere consobrinam illius, j. c. prox. ar. aliàs nō vr̄, ꝙ posset stare illa littera, si diceremus, ꝙ post vij. annos cōsensit, vt dixit. Tancr. quia sic non esset res dubia

2 Facit ꝙ no. 3. q. 9. decernimus & hic determinari am biguitate, vt no. 35. di. c. vi. & quod dicit hic Vin. vide in Spe. de sen. prola. §. qualiter. ver. item debet. Io. And.

b ¶ Cōiux.] i. spōsa.

[Gl. seq. [illegible] cōtrarium & [illegible].]

c ¶ Dinidas.] arg. s. 35. q. 3. extraordinaria. Solubi extra naturalia eam polluit, & non maritali affectu: hic vero tētauit in naturalib. & maritali affectu.

publicæ honestatis iustitia.

¶ *Ex sponsalibus contractis cum consanguinea, oritur*

CAP. IIII.

AD † audientiam nostri Apostolatus peruenit, quod cum H. Papiēsis ciuis, filiam suam cuidam filiorū L. dare vellet vxorem: iurauit, quod si ille [d] eam habere casu aliquo interueniente nō posset, alteri filio, quem de alia vxore genuerat, eandem matrimonio copularet. Contractis autem à filio prioresponsalib. quidā consanguinitatem inter eos esse, iuramentis interpositis, firmauerunt. Ideo que præfatus H. eandem dare, alteri filio nititur, vt iurauit. Sed quoniam scriptum est, † quod sponsam [e] fratris, frater habere [f] non potest: Mandamus, quatenus eum suum

† Ca 1. e. ti. in 1 cōp. & quatenus hic agitur de impedimēto iustitiæ publicæ honestatis q d ca [illegible] & vñ p [illegible] vide [illegible] per B. Th. in qō. ib. additis ad 3. par. q. 55. ar. 4. & Sot. li. 4. sen. di. 41. q. vnica ar 2. & ar. 3. & fi. vide concil. Tri. superiori capite citatum.

AD audientiā.] Primo narrat factū. Secundo decidit. ibi, Sed qm̄ Abb. CASVS. Quidam ciuis Papien. nomine Hugo, volebat copulare filiam suam matrimonialiter cuidā filiorum conciuis sui nomine L. iurauit, ꝙ si ille eam aliquo casu habere nō posset, alteri filio quē ab altera vxore genuerat, eandem matrimonio copularet, & sic contraxerunt sponsalia: postea quidam probauerunt consanguinitatem inter eos, vnde præfatus H. eandem filiam dare vult alteri filio, vt iurauit: Quæritur, an possit? Respondet Papa, scriptum est, ꝙ frater sponsam fratris habere non potest Vnde mandat, quod ille suum propositum non adimpleat, & pœnitentiam accipiat de illicito iuramento, & si opus fuerit, per excommunicationis sententiam compellatur. Nota, quod sponsalia quæ nulla sunt, impediunt matrimonium contrahendum cum consanguinea alterius: sed hoc facit sola publicæ honestatis iustitia. Item illicitum iuramentum non est seruandum. Item ad pœnitentiam quis potest compelli, admoneri tamen prius debet, & postea compelli.

† Vide Leui c. 20. & Mar. c. 14 sed hæc nō de spōsa. uerū de vxore fratris loquunt, forte ergo respexit Papa hic ad illa decreta, q̄ affert Gratianus 27. q. 2. c. 10. 11. 12. 13. & 14.

d ¶ Quod si ille.] hęc conditio nulla fuit: qa ex quo desposatur vni fratrum, alius hr̄e nō potest, 27 q. 2. siquis vxorem, & c seq. nisi forte ante septennium contracta essent sponsalia, j. ti. prox. litteras, & c. accessit. & c. duo pueri, cessante eo quod dicitur. s. ti. prox. 27. q. 3. si quis desponsauerit.

[Gl. seq. alleg. 2. concor. signat vnum contrarium, & soluit.

e ¶ Sponsam fratris.] 26. di. c. vna tm̄ §. Ioannes, 27. q. 2. si quis desponsauerit. Arg. contra 8. q. 1. olim. & j. de diuor. c. vlt. Solutio, illud misti cum fuit & obtinuit in fratre sine sobole defuncto, hodie secus.

[Gl. seq. obijcit, allegat pro, & soluit.]

f ¶ Habere nō potest.] sed videtur, quod hæc rō nulla fuerit, quia inter eos nullum obligatorium vinculum de iure fuit contractum, consanguinitate impediente,

quia

quia impossibiliũ nulla est obligatio. Inst. de inuti. stipula. §. si impossibilis, & ff. q̃ sent. sine app. rescin. Paulus. Sed impossibile est id quod cõtra bonos mores est. ff. de condi. insti. filiusfa. & 22. q. 2. faciat homo, & eius quod esse non potest, nulla est promissio. Inst. de inuti. stipu §. 1. & arg optimũ in decret. Grego. s. de pact. c. vlti. ergo hic nulla spõsalia fuerũt, quæ sunt promissio futurarũ nuptiarũ. 30. q. 5. nostrates. ff. de sponsa. l. 5. ergo nulla fuerunt p̃dicta spõsalia. ergo nõ præstant impedimẽtum, quo minus illa possit ɔ̃here cũ alio fratre. j. ti. prox. litteras, & c. accessi. Sed contra matrimonium plerũque attẽdit ɔsiderato facto, nõ iure. sup. de biga. nup. & C. de adul. cum q. plus. n. in talib. ɔsiderat q̃nque opinio, q̃ veritas. j. q. fil. sint legi. cũ inter Ioan. Quid ergo r̃ndes? Põt dici, q publicæ honestatis iustitia impedit, vt sup. c. prox. & 27. q. si quis desponsauerit. Ber.

a ¶ Propositum.] q̃d illicitũ fuit, & iõ non seruandum. 22. q. 4. in malis.

b ¶ Compellas.] arg. q quis compelli põt ad satisfaciendũ de quolibet crimine. 24. q. 3. itaq;, & 6. q. j. illi qui, & 22. q. 1. prædicandum, 1 & ad ecclesiam pertinet decernere de quolibet peccato, & corripere quemlibet Christianum. sup de iud. nouit. Ber.

† Cap. 4. eod. ti. in 1. cõpil. & post cõc. Later par. 6. c. 12. Et de materia text⁹ & gl. p̃ter Doc. hic, vide Couar. in epitome. lib. 4 decretaliũ pa. j. c. 5. Sot. lib. 4. sen. di. 27. q. 2. art. 3. & citatos super glossa in ver. si per eas steterit.

implere propositũ [a] non permittas; sed vt pœnitentiam agat de illicito iuramento, monitione præmissa, ecclesiastica districtione compellas. [b]

¶ Idem Panormitano archiepiscopo.

¶ Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa libere cum alio contrahit: si tamen per eam stetit, quo minus matrimonium perficeretur, sibi pœnitentia imponitur.

CAP. V.

De † illis aũt, qui præstito iuramento promittunt se aliquas mulieres ducturos, & postea eis incognitis, dimittunt terrã, se ad partes alias transferentes; [c] Hoc tibi volumus innotescere, q liberũ [d] erit mulierib. ipsis (si non est amplius in facto processum) ad alia se vota transferre; recepta tamen de periurio pœnitentia, si per eas steterit, [e] quo minus fuerit matrimonium consummatum.

¶ Idẽ Paduano episcopo.

¶ Non omnis violentia impedit contractum matrimonij. h. d. quo ad titulum.

CAP. VI.

De † muliere, quæ est inuita tradita viro, & detenta; cum inter vim & vim [f] sit differentia, & vtrum postea consensus intercesserit, certum [g] nobis nihil postea expressisti, nihil certum † inde tibi possumus respondere.

¶ Idem Cantuarien. archiepiscopo.

¶ Si aliqui apti ad matrimonium contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.

CAP. VII.

Ex † litteris; & infra. ¶ De hoc autem, quod

De illis.] Communis diuisio. Secunda pars. ibi. Hoc tibi. Abbas.

CASVS. Quidam promittunt iurõ interposito, seducturos in vxores aliquas mulieres, & postea ant. q̃ matrimonium contrahant, transferunt se ad partes alias. Quærebatur, quid facere derent illæ mulieres, vtrum possint cum alijs contrahere? R̃ndet Papa, q si nõ fuerit amplius in facto processum, liberum est illis mulieribus cum alijs contrahere, recepta pnĩa de periurio, si per eas steterit, quo minus matrimonium fuerit cum alijs consummatum. No. q sponsa non tenetur sequi sponsum vagabundum nec diu ipsum expectare sine aliqua pœna, dummodo non fuerit in mora.

[Gl. seq. ponit opinionem quam reprobat]

c ¶ Trã. ferentes,] non tenetur s. q. ipsum vagabundũ. ff. de oper. lib. q nisi fiat, §. ex prouincia, & sic de sponsa intelligunt quidam illud c 34. q. 2. si quis. Sed non est verum, immo de vxore iam cognita.

d ¶ Liberum erit.] post tres annos secundum I. C. de repu. l. 2. Et hoc intellige de sponsa de futuro, de qua hic loquitur: secus in sponsa de præsenti. inf. co. in præsentia, & inf. de secun. nup. dominus noster.

[Gl. seq. obijcit, & soluit & ponit tres casus, quibus soluuntur sponsalia de futuro.]

1 Dic vt not. 33. q. 2. q cunque. Io. An.

e ¶ Si p eas steterit.] vñ in culpa fuerunt, quare imponit eis pœnitẽtia. Sed si p eas stetit, quare dat eccl'a licẽtiam ɔtrahẽdi? R̃ndeo, ne deterius inde contingat. s pe riculum fornicationis, sim. j. q. cler. vel vouen. veniẽs. sed si p eas nõ steterit, quo minus matrimoniũ cõplesissent, nõ imputaret eis pnĩaũ. j. e. sicut. si hoc certũ esset. si vero dubiũ esset, p p tale dubiũ imponet eis pnĩa saltẽ ad cautelã. Hẽs ergo vnũ casum, 2 in quo spõsalia de futuro soluũt. aliũ hẽs sup. de iurei. queadmodũ. Itẽ si cõtrahit cũ aliqua per verba de p̃senti. j. e. si inter virũ, & inf. de spon. duorũ. c. 1. Ber.

ADDITIO. Pro istis & similib. dantur tales versus.

Lepra superueniens, furor, ordo, sanguis, & absens.

Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas.

Ac hæresis lapsus, fideiq; remissio prorsus.

Sponsos dissociant, & vota futura ret. actant.

De muliere.] Cõtex nõ summat quo ad titulum, sed quo ad litteram sic; Incerto quæsito, non potest dari certa responsio. Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier per vim tradita fuit viro & detenta: Quærebatur à Papa, an inter eos esset matrimonium. R̃ndet Papa; Inter vim & vim est differentia, nec constat, an post violentiam consensus interuenerit, & ideo certum Papa non potest dare r̃sum. No. q inter vim & vim est differentia. Item certa & finita debet esse quæstio, & non duplex, ad hoc, q certa dari possit responsio.

f ¶ Inter vim & vim.] hoc ideo dicit, quia duplex 3 est vis siue metus, qui cadit in constantem virum, & ille metus excusat, nisi postea consentiret. inf. tit. proxi. de illis. 2 & alius est metus vanus siue vis, & illa vis non excusat. inf. eo. veniens, & c. c. nsultationi, & sup. de his quæ vi, metusue causa fiunt. cum dilectus, & ff. de re iudic. si quis ab alio, & ff. quod metus causa. l. 2. Ber.

g ¶ Certum.] quia nesciuit quæ violentia fuit illata: vnde certum non potuit dare respõsum, 11. q. 3 graue, & 30. q. vlt. §. vlt. & inf. e. iuuenis, vnde dicit lex: Vt congruum p̃ssit habere responsum, insere pacti exemplũ, C. de transac. vi responsum. poterat tñ si voluisset, respondere distinguendo inter vim & vim vt inf. ca. ueniens, & c. consultationi, & de eo, qui renunciat episcopa c 1. Ber.

Ex literis.] Diuidit: quia primo ponitur ɔsultatio. Secundo responsio. ibi, Respondemus. Ab. Sic.

CASVS.

2 Casus, in quib. sponsalia dirimunt enumerat, & explicat B. Th. 1 q̃omb. additis ad 3. p. q. 43 art. 3. Syl. in sum. vers. spõsalia q. 10. Dnicus Sot. li. 2. sen. dist. 37. q. 2. art. 5. & Couar. initio capitis citatus.

† Cap. 5. eo. ti. in 1. cõpil. & post cõci. Latera par. 6. c. 19.

† Vox certũ, deest in oib. antiq̃s codicib. in vno p vetusto ita: nihil intẽtio ni tuæ possumus, &c.

† Cap. 6. eo. ti. in 1. cõpil. & post conc. Late. par. 41. c. 3. Vide Alc. cons. 152. in 5. vol.

3 Pro intellectu huius gl. & textus, vide B. Tho. in q̃omb. additis ad 3 par. q. 47 art. 1. & seq. & Magistrũ sen. & ibi late p Sotũ, & Docto. li. 4. dist. 29.

CASVS. Quidam vir & mulier contraxerunt sponsalia, nec alter intellexit quod alter proposuit, & dicebāt se non intellexisse. Quærebatur, quid deberet obseruari? Rñdet papa, iudex primo dēt uidere vtrum contrahentes sint idonei ad hoc discretione & ætate, ut per hoc p̄sumatur ꝓ eo quod dicunt, vel cōtra: quo facto seu cognito, si alter non intellexit quod alter ꝓposuit, recurrendum est ad communē intelligentiam uerborum, & vterque compellatur verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligentib. generare. No ꝙ in matrimonio discretio, & ætas est attendenda & cōsideranda. Itē uerba obscure prolata ad communem intelligentiam sunt reducenda.

† Concord. tex. in l. Labeo, & ibi Bar ff. de supel. leg.

cōsuluisti, quid debeat obseruari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, qđ alter proponit; Respondemus, ꝙ inspiciendum est iudici, si matrimoniū contracturi ad id faciendum sint idonei scientia [a] & ętate; [b] quo cognito, si alter intellexerit [c] quod alter proposuit, [d] ad cōmunem verbi intelligentiā [e] recurratur, † & cogatur vterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligentibus generare.

¶ Idē Vigilieñ. episcopo.

¶ *Inter sponsam et consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis impediens et dirimens matrimonium inter eos contrahendum.*

a ¶ Scientia.] id est, discretione. Nam furiosus cōtrahere non potest, quia non hēt in se consensum. 23. q. 7. neque furiosus. & inf. eo. dilectus. nisi per interualla dilucida laboraret 7. q. 1. quamuis triste. 3. q. 6. indicas.

b ¶ Aetate.] xij. annorum in muliere, & xiiij. annorum in viro. it. f. ti. pro. attestationes, & c. continebatur, vel cum malitia supplet ætatem inf. ti. prox. de illis 1. & c. vlt.

c ¶ Intellexerit.] i. si dicat se non intellexisse siue per se siue per interpretem. ff. de ver. obl. l. 1. in fi. cum tñ ꝯtrarium præsumatur, cum sint eiusdem vulgaris.

[Gl. seq. dist an actor tantum, an reus, an vterq; cōmittat dolum. Secundo ar. non recedendum, & c. al. e. 6. iura, & 2. alleg. contrarium.]

d ¶ Proposuit.] nota secundum canones, si actor tm̄ dolum adhibet, intelligenda sunt verba, ut reus intelligit, qui non adhibet dolum, 22. q. 5. humanæ, §. i e obijcitur, & c. quacunq;. Si uero reus tantum, tunc secundum quod actor intellexit, 22. q. 5. §. ex his, & c. quacunque, & c. 2. ne quis. Si vero vterque dolum adhibet, locum hēt quod hic dr̄, vt verba prolata in suo proprio sensu intelligantur. Et sic est arg. ꝙ non est recedendū à significatione verborum, nisi cum cōstat testatorem aliud voluisse. ff. de leg. 3. non aliter, & inf de verbo. signifi. intelligentia. arg. de consecr. dist. 4. retulerunt, & ff. qui & a qui. maio. l. prospexit, quia non ex opinionibus singulorum, sed communi vsu nomina sunt intelligēda ff. de supel. leg. Labeo, & sup. de deci. ad audientiam, arg. contra. C. de verb sign. cum quidam, & de consecr. dist. 2. in calice.

[Glo. seq. de ambiguitate verborum determinat, & subdiuidit, ponit primo duo membra Et primum subdiuidit in duo, secundum in tria, & illorum tertium iterum in duo.

1 De hoc ꝗ. de resti. spol. cū ad sedem. Io. And.

e ¶ Intelligentiam.] huiusmodi ambiguitas uerborū quandoq; incidit in iudicijs, quandoque in contractibus. In iudicijs circa litis exordiū 1 plus creditur actori quam reo. ff. de verb. obl. inter stipulantē. § 1. postea in confessionibus vrgeri debet confitens, ut certū confiteatur: alioquin id accipietur quod magis expedit aduersario suo. ff. de confess. certum ff. de inter. act. de ætat. § nihil. In contractibus & pactis distinguitur etiā aut certum est ꝙ consenserunt, & tunc valet quod agitur: aut non consenserunt, & tunc non ualet quod agit, ff. de contrahen. emp. & ven. in uenditionibus. 2 & 30. q. 2 vbi, aut dubit quid senserunt, & tūc sub distingue: quia aut valet intellectus secundum vnam partem, aut s̄m vtranque: si s̄m vnam partem, cōmodius est id accipi, ut res de qua agitur magis valeat quā pereat, ff. de reg. iu. quoties idem sermo. & ff. de ver. obl. l. quoties. & sup. de fide instrumen. inter dilectos, int. de verb. signific. abbate, si secundum vtranque, tunc id qđ verisimilius est, accipiendū est, ff. de ver. obl. eum qui calendis, & quod quando que cōuenit accidere 27. q. de Syracusanæ, vel contra eum sit interpretatio qui pactum apponit, qui debet legem pacti apertius apponere ff. de pact. veteribus. & secundum promisso. rem, hic tunc pro arbi. quia liber. in. sua stipulatori verba lata concipere, ff. de ve. borum. obligat. quicquid.

2 Sequitur, vtriusq; ꝯsensus necessarius est, sed si in vēdone dissentiat in p̄tio vel corpore impfecta est emptio Io. And.

† Cap. 7. eod. tit. in compi. & post conci liū Lateran. par. 6 c. 4. Et uide citatos sup. eo ti. c. ad audientiā, & ꝯciliū Trid. ses 24. de refor. matrimonij, ca. 3 & Doctores in c. 1. de sponsalibus, lib 6.

ADDITIO. De hac materia no. ff. de uer. obl. quoties in stipulationibus.

CAP. VIII.

SPonsam † alterius (maxime si est nubili [f] ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

¶ Idem abbatib. S. Eadmundi † & Demer. †

† Cadmundi, & de Mesera.

¶ *Si vir et mulier inuicem promittunt, quod ab eo tempore se pro coniugibus habebunt, contractum est matrimonium de præsenti. h. d. et est casus notabilis.*

Sponsam.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ sponsam alterius maxime nubilem & septennium, nullus de consanguinitate viri ducere potest in uxorem. Nota quòd sponsam consanguinei consanguineus habere non potest.

f ¶ Nubili.] illud, maxime, ponitur proprie comparatiue: quia ex quo habet vij. annos, tenent sponsalia, & ita nullus consanguineorum pōt eam habere, inf. tit. prox. litteras, & c. accessit, ergo multo fortius impedit: cum est proxima nubili ætati. Item videtur si est proxima septennio, & doli capax sup eo. iuuenis. Ber.

CAP. IX.

† P amesia.

EX † parte C. † mulieris nobis intimatum est, quòd Andreas iuramentum præstitit, quòd

† Cap 8. eo. tit. in 1. cōp. & post conc. par 6. c 2; vide citatos super. 6.

EX parte.] Primo ponit casum narratum. Secundo diffiniendum committit: ibi, Quia igitur. Abbas.

CASVS. Quidam Andreas nomine, iuramentū præstitit, quòd C. mulierem ab eo tempore in antea pro vxore haberet, & ei fidem seruaret & illa similiter promisit eidem: Quo facto, dictus Andreas illam dimisit, & aliam superduxit: vnde illa mulier domino Papæ fuit conquesta: Dicit Papa, nemini licere suam vxorem dimittere sine manifesta causa fornicationis: & tunc aut debet illam sibi reconciliare, aut viuere continenter ea viuente; vnde mandat dictum Andreā compelli, ut illam quam superinduxit, dimittat, & ad primam redeat, & affectu maritali pertractet. Nota quod qui uxorem suam causa fornicationis dimittit, aliam superducere ea viuente non potest & debet continenter viuere. Item qui dimissa uxore legitima, contrahit cum alia, debet compelli eam dimittere, & ad primam redire.

a ¶ Pro-

a ¶Pro coniuge teneret.] & sic contractum fuit matrimoniũ in eos. sed nunquid per ista verba tm̃ cõtrahitur matrimonium, Iuro ꝙ de cętero habebo te pro legitima cõiuge, & ecõuerso, &c. non vr̃: quia ista verba tm̃ futurum tp̃s respicere videnť, hęc quęstio 1 poniť 50. q.5.c si q.s diuinis.& dicit Io. ꝙ est matrimonium, s̃m qđ ex illa nouella satis patet, & hic vr̃ Hugo. aliter intelligere illa verba, s. ꝙ post matrimonium cõtractum de præsenti accedant illa verba, vt notauit ibi, Arg. contra s̃. eo. de illis. Ber.

b ¶ Eãdẽ,] supple, & cum alia contraxit.

c ¶Manifesta.] probata, s. & s̃nia subsecuta: quia alias nõ licet dimittere. 33. q. 2. sæculares. & §. in hoc. & 35. q. 6. multorum. & j̃. de diuor. porro.

d ¶Cõtinere.] quia non potest cum alia contrahere. 32 q 1. dixit. & si cum alias postea fornicaretur, cõpelleretur redire ad ipsam, non obstante s̃nia. infra de diuor. ex litteris.

e ¶Cogatis.] & sup inductam, si nollet ab ea recedere, vel si impedimentum præstaret, posset excommunicari. infra e. veniẽs. in fin. Ber.

† In codice Barbatiæ ita ab eo tempore in antea.

† Vide la s. in l. serui electione. ff. de lega.

1 De hac quõne vide Archi. & tu re. & alios in c. c. si quis diuinis. & So. lib. 4. sen. di. 17. q. 2. ar. 3.

† Pictauen.

eam ab † eo tempore pro coniuge [a] teneret, & ei sicut vxori suę fidem seruaret. Ipsa quoque eidem Andreæ iurauit, se illum pro marito habituram †, & fidem ei tanquam viro proprio seruaturam: quo facto, prænominatus A, reliquit eandem.[b]

¶ Quia igitur nemini licet vxorem suam, sine manifesta [c] causa fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere [d]: Mandamus, quatenus eandem, vt superinducta dimissa, ad vxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione pręmissa, per ecclesiasticam censuram cogatis [e].

¶Idem Pictauieñ. episcopo. †

¶Qui iurauit cũ aliqua contrahere, si non subest impedimentum per censuram ecclesiasticã contrahere compellitur.

CAP. X.

ji EX † litteris Syluani episcopi accipimus quod cum duo nobiles viri sui episcopatus G. † scilicet de Mostra, & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se conuenerunt, quòd eos adinuicem matrimonijs copularent. & hoc tam patres, [f] † quã filij, sub iuramento [g] † se promisere facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre, se iurauit ducere in vxorem: quo volente ad alia vota migrare, eum episcopus compellere voluit, vt quod iurauerat, adimpleret: & infra.

¶ Quia igitur prædicto G. periculosum est, contra suum iuramẽtum venire: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas: [h] & si non acquieuerit monitis, ecclesiastica

ji EX litteris.] Primo ponit cãsum narratũ. Secũdo committit ipsius diffinitionem. ibi, Quia igitur Abbas.

CASVS. Duo nobiles viri Syluaneñ. episcopatus, s. G. & B. filios, & filias impuberes habebant: conuenerunt inter se, ꝙ eos adinuicem copularent, quod promiserunt adinuicem facturos, & hoc tam parentes, quam filij iurauerũt, vnus illorum, s. G. filiam alterius consentiente patre iurauit ducere in vxorem: postmodum vero voluit aliam ducere in vxorem: Episcopus compellebat eum ducere illam, quam iurauerat: Quęsiuit episcopus à Papa, quid esset in hac causa faciendum? Respondet papa periculosum esse dicto G. contra iuramentum suum venire: mandat Pictauiem. episcopo, vt si de hoc sibi constiterit, moneat illum & compellat quatenus ipsam recipiat quam iurauit, & maritali affectu pertractet, nisi rationabilis causa impediat, No. ꝙ sponsalia contrahi possunt per verba generalia. Item iuramentum impuberis tenet. Item compellitur quis accipere illam quam iurauit se ducturum in vxorem.

[Gl. seq. alle. vnam concor. obijcit, & soluit.]

f ¶ Tam patres.] s̃m 31. quæst. 3. si qui parentes. Sed videtur, quod illud iuramentum non valeat, & sit anceps periurium, cum sit de facto alterius. ff re. amo. Marcellus §. 1. & ff de in lit. iur. videamus. Et argumen. ad hoc ff. de verbo. obligat. stipulatio ista, quia vt ibi dicit, qui alienum factum promittit, non obligatur: tamen hic factum suum potius promiserunt, vt procurarent bona fide, 2 quod filij contraherent, vt ea. lege, & in illa stipulatione. Ber.

[Gl. seq obijcit, & soluit. secundo quærit. alle. pro, & contra, ponit opi. quam reprobat, reprobõnem impugnat. Impugnationi respondet.]

g ¶ Quam filij subiuramento] isti erant impuberes, vnde nõ tenuit iuramentum. 22 q. 4. paruuli. & c. pueri. & 4. q. 3. cap. 1. Sed ista intelliguntur, cum ad testimonium perhibendum inducuntur, sed aliàs si sint doli capaces, bene tenet iuramentum. j̃. de delic. puer. pueris. Hic posuit Lau. talem quæstionem: Aliquis iurauit accipere in vxorem vnã de filiab. Titij, & postmodum dormiuit cum vna illarum, quæritur, an præcise dẽat compelli eam ducere, cum aliã ducere non possit? Arg. ꝙ sic. ff de contrahẽ. emp. si in emptione. §. si emptio. & ff. eo. Stichũ aut Pãphilũ. & ipse se ad hoc arctauit. ff si quis cau l. 2. §. vlt. 15. q 1. si quis insaniẽs immo videtur, ꝙ statim sit matrimonium j̃. de con ditio. appo. de illis. & j̃. eo. is qui. arg. contra. ff. de rit nupt. generali. ff. si quis cau. sed & si § quęsitum. & ff de vsufruct. quoties. Quidam 3 dixerunt eum non compellendum, quia inuitæ nuptiæ, & cætera. 31. q. 2. §. 1. c. 1. & s̃. e. preterea. Sed cõtrarium est verum, ꝙ dẽat compelli. Sed vr̃, ꝙ non sit cõpellendus, eam recipere: quia in veritate nec sponsalia præcesserunt, nec matrimonium: quia cum dixit, volo accipere vnam de filiab. Titij, nulla cum aliqua illarum sponsalia contracta sunt, quia in personam certam consentire debuit, & incerta sponsalia non sunt sponsalia. ar. 30. q. 4. nostrates, & arg. ff. de testa. tu. l. l. duo sunt Titij, & si dico, exhæredo vnum de filijs meis, cum plures habeam, nullus est exhæredatus. ff. de lib. & posth. nominatim, & certus debet esse hæres, alias non valet testamentum, ff de hære. insti. in tp̃s, § quoties, & ff. de manumis testa cum pluribus. Dic quod non compellitur ex vi sponsaliorum, sed ꝓp iuramentum forte debet compelli, licet ad illam recipiendam non se obligauerit directe, nisi deterius inde contingeret, vt nota, supra eodem, præterea, & j̃. in glo. quæ incipit, argu. contra Ber.

h ¶ Eum moneas.] & si non acquieuerit argumentum, quod admonitio semper debet præcedere vindictam, 12 quæstio indigne, & infra de sent excommun. sacro.

[Gl. seq. signat contrarium, dupliciter sol. vtranque solutionem impugnat: & in fine ponit tertiam solutionem. Iterum obijcit, & soluit.]

2 Vide si per eos nõ stat, si sunt periuri, dẽret pęna ꝓmissa s̃m Vi. j̃. e. Gemma; & no. j̃. e. sicut in glo. 1. Io. And.

† Ca 9. e. ti. in j cõp. & post cõcil. Laterã. par. 6. c. 26.

† VV.

† parentes

† Vide Dñicũ Sot. explicantem hũc textum li. 4. sen. dist. 27. q. 2. ar. 3.

3 Hoc tenẽt Vin. & Phi. q. dicũt eũ præcise nõ cõpellẽdõ & p̃nia sibi ꝑcise dẽre imponi de ꝑiurio. qa ꝑ eũ stat. ar. s̃. e. de illis. Io. And.

a ¶Com-

a ¶ Cōpellas.] arg. ȝ Ī. e. requisiuit. Hoc consueuit intelligi plurib. modis: quod hic dr̄ de rigore intelligitur, ibi de misericordia, ne deterius inde cōtingat. ar. eo prę terea. Vel conditionaliter sunt cogendi, vt de nolentibus fiant volentes, sed non finaliter. 23. q. 6. vides. Sed neu ra solutio vr̄ sufficere, quia iste mortaliter peccat veniēdo ꝯ iurm. ergo pōt compelli finaliter 24. q. 3. tā sacerdotes & c. ecce aūt crimina. Sed qūo pōt iste excōicari, qa nōdū venit cōtra iurm? Pōt dici, ꝙ ille, qui iurauit, de iure communi compelli dēt, vt iurm seruet, licet nondū sit transgressus. quia post trāsgressione ꝓhendo cū alia ꝑ verba de pñti nō posset vlterius cōpelli, cum iā fortius vinculum superuenerit, & ecclesia non solum peccata commissa punire dēt (vt dicūt iura prædicta) sed ēt ꝯmittēda ꝓhibere, i vt si videat aliquē vicinum pręcipitio, vel paratū ad peccandū 93. di. diaconi 23. q. 4. ipsa pietas: & 22 q. 5. h oc vr̄, alioqn ꝯsentire vr̄. 83. di. quā si ꝑ totū. & sic dēt ecclesia excōicare, & facere, qđ pōt: quia excōicatio est medicinalis. 2. q. 1. multi. & 24 q. 3 corripiantur. & c. notandum. & hoc solum bñ agitur, vt vita hominum corrigatur. 33 q. 5. ꝓdest. Hoc quidem ius commune est, casus tñ pōt esse vbi non cōpellit finaliter ex causa, vt in c. inquisiuit. Ī. eo. & causa redd tur in littera ipsius c. requisiuit. & ȝ. eo. præterea, ex causa. qñq; detrahi ur seueritati, vt 50. di. vt constitueretur. Vel potest exponi littera ipsius c. requisiuit. potius monenda, q̄ cogenda, id est, prius monenda. & postea cogenda. nisi acquiescat: & ita non contradicit isto modo, immo concordat cum ista: tamen si contrahat cum alia, tenet contractus, & absoluetur, nec compelliter finaliter. Ber.

† Ca. 13. e. ti. in 1. compil.

† al. ita: est exorta.

1 Vñ interdū punit volūtatē. 27. dis. voluentibus ẜm Lau. & Phil. Io. And.

censura compellas,[a] vt ipsam (nisi rationabilis [b] cā obstiterit) in vxorem recipiat, & maritali affectione pertractet.

¶ Idem archiepiscopis & episcopis & alijs prælatis per Angliam constitutis.

¶ Per censuram ecclesiasticā pater compellitur restituere filio eius vxorem quam iniuste detinuit: vel detinet.

CAP. XI.

NOn † est nobis (sicut arbitramur) incognitū, qualiter rex Anglorū pro discordia, q̄ inter ipsū & filios suos est suborta, † vxores eorum detineat: & infra. ¶ Nos itaq; attendētes, iustū & honestum esse vt viri suas petant vxores: Mandamus, quatenus eūdem regē, ad eas restituendas sollicite moneatis: & si 10 iuxta cōmotionem vestrā filijs suis vxores [c] suas infra certum terminum nō restituerit, † extūc in quacunq; prouinciarum [d] vestrarū detinentur vel transferunt, donec ibi fuerint, [e] nulla diuina officia (pręter 20 baptismū [f] † paruolorum, & pnias morientium [g]) celebretis, vel permittatis aliquatenus celebrari.

¶ Idem episcopo sanctæ Agathæ.

C A S V S. Quidam cū esset ætatis legitimæ ad mrīmoniū ɔtrahendū, desponsauit quandā puellam in cunabulis; postmodum cognouit matrem, & eā in uxorem accepit, Dubitabatur, an eā in vxorem hr̄e possit? Rñdet Papa, quòd si præfatus vir matrem puellæ in uxorē accepit, antequam puella septimum annum compleret, matrimonium tenet: quia huiusmodi desponsationes, quæ inf. septimum annū fiunt, nullæ sunt: veruntñ, si postquam puella vij. annum compleuit, vir ille matrem accepit: quia ex tunc placere consueuerunt sponsalia, matrimoniū illud separari debet, & nec matrem, nec filiam habere poterit. No. quòd sponsalia ante septimum annum contracta nulla sunt, post septimum annum valent, & tenent. Item quod ab initio non valuit tractu temporis valere incipit.

[Gl. seq. arg. signat contrarium, & ibi remittit.]

b ¶ Dissoluas.] arg. quòd sponsalia contracta de facto non inducunt publicæ honestatis iustitiam, arg. cōtra. sup. ti. prox. ad audientiam, ubi de hoc, & c. iuuenis.

c ¶ Ex tunc.] s. post septem annos, 30. q. 2. vlt.

d ¶ Placere ɔsueuerint.] & si placuerint, sola ratihabitione confirmantur, licet ab initio nulla fuissent: &

e ¶ Filiam.] quam habere non potest propter [illegible] tem superuenientem, [illegible] 5. q. [illegible] nec eam, quā in. nec matrem propter publicæ honestatis iustitiam. ut [illegible] cap. proxi. & sup. tit. prox. ad audientiam, & inf. eo. continebatur, §. vlt. Ber.

Accessit.] Summatum est sup. c. prox. Distinguit duo membra. secundum ibi, Sane. Abbas.

C A S V S. Quidam G. noie contraxit spōsalia cū quadam puella in minori ætate, siue inf. nubiles annos, & cum ipsa in dictum G. consentire nollet, ab eo fuit per archiepm̄ absoluta: postmodum dictus G. cum matre puellæ matrimonium contraxit, & ex ea filios suscepit: Dubitauit archiepiscopus, utrum matrimonium illud teneret, & an filij eorum legitimi sint habendi? Super hoc Papa consultus respōdet, & mandat archiepiscopo, quatenus si constiterit ei, quòd puella nō esset vij. annorū, qñ præfato G. desponsata fuit, & quòd idē G. fuisset absolutus ab ipsa, matrimonium illud legitimum iudicet, & prolem eorum legitimam denunciet. quia desponsationes infra vij annum, non tenēt, si ɔsensus postea nō accedat: Si vero dicta puella ante-

q. 2: m

quã deſponſata ꝑdicto G. fuiſſet, vij. annũ cõpleuerit, quis ab ipſa abſolutus fuiſſet, quia in eum ꝯſentire no lebat, matrem puellæ hr̃e non põt. No. ꝙ diuortium dr̃ celebrari, inter quos nullũ fuit matrimonium. Itẽ ſpõſalia ĩ. vij. annum ꝯtracta non tenẽt, & ita nõ impedit cõiungi, q̃ contraxit cũ matre illius puellę, dũmodo poſt ſeptimũ annum adinuicẽ nõ ꝯſenſerint. Itẽ ratihabitio ſubſequens ꝯfirmat contractum præcedentem.

a ¶ Conſenſerit.] dic ſuper hoc, vt ſ. c. ꝓx.

b ¶ Abſolutus.] maxime. hęc abſolutio factũ tm̃ reſpicit, cũ nulla fuiſſent ſponſalia ſ. c. proxi. Ber.

c ¶ Prolem.] q̃a vbi matrimonium legitimũ eſt, & filij legitimi erunt, 32. di. ſi q̃s viduam, & 23. q. 4. dicat aliquis, & ſi matrimonium reputat legitimum, licet non ſit, filij tñ erunt legitimi. ĩ. q. fil. ſin legit. cum inter. hodie idẽ obtinet denunciatione præmiſſa, 1 ĩ. de clande. deſponſ. cum inhibitio.

d ¶ Accedit.] tacite vel expreſſe, vt dictũ eſt ſ. c. proxim.

e ¶ Ante deſpõſationẽ.] ipſius puellę, B.

[Gl. ſeq. ponit opinionem, & lecturam quam reprobat.]

f ¶ Ipſo iure.] hoc ideo dicit, quia cum maior ꝯtrahit ſpõſalia cũ minore, adueniẽte ętate, ſi minor noluerit ꝯſentire in mrimoniũ, ab eccleſia dẽt abſolui: & q̃a illa noluit conſentire, fuit abſolutus ab epõ, Nec intelligas ipſo iure idest, ſponſalia nulla fuerunt ipſo iure, vt quidam 2 dixerunt, quia ipſa non conſenſit ſponſalib. Sed hoc ſtare non poteſt: quia ſi hoc fuiſſet, non ſepararetur matrimonium contractum cum matre, cum nulla fuiſſent ſpõſalia, vt patet per prin. c. vbi non ſeparantur.

g ¶ Inhoneſtum.] quia nullam de conſanguinitate 3 illius puellæ poterit recipere in vxorẽ: ergo multo minus matrem, ſ. ti. prox. ad audientiam, & c. ſponſam. c. iuuenis, cum illa puella fuerit ſponſa illius, vt infra ca. proxim. in fine.

† al. V. al. ita: q̃ñ ab G. deſpõſata, & c. aliàs: ab V. deſponſata.

† V

† Vide citatos c. præcedenti.

† V

1 Cũ alter ignorat impedimentum, ſecus cum ambo ſciũt, vt ibi. Io. An.

† fuerat

2 Tanc. ſ. ſed mouebaẽ ex antiqua, vbi ꝑcipiebaẽ matrimoniũ ſimulãdo ſuſtineri ꝯtractũ cum matre.

3 De hoc articulo late diſputãt Doc. in c. 2. de ſpõſ. li. 6. ſed tene q̃d nouiſſime diffiniuit ꝯci. Tri. ſeſ. 24. de refor. matri. c. 3. adde citatos ſ. tit. ꝯce dẽti. c. ad audien tiam.

mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quod puella non eſſet ſeptennis, quando G.† deſponſata fuit, & poſtea in eum non conſenſerit,[a] & quod idẽ G. †ab huiuſmodi deſponſatione per te fuerit abſolutus,[b] †matrimonium inter eundem G.† & matrem puellæ celebratum, pręcipias inuiolabiliter obſeruari, & eorum prolem[c] denuncies eſſe legitimam: quia deſponſationes & matrimonia ante ſeptem annos fieri non poſſunt, ſi conſenſus poſtea nõ accedit.[d] Sane ſi pfata puella ante deſponſationem[e] ſeptimum annum compleuerat, licet predictus vir à deſponſatione ipſius puellę, ipſo iure[f] fuerit abſolutus, cum ea in eum cõſentire noluerit: inhoneſtum[g] tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia fuit †ſibi deſponſata.

¶ Idem Nouircen. epiſcopo.

¶ *Si impubes deſponſata, & traducta petit licentiam pubes facta alteri nubendi, nõ auditur, ſi vir iurat ſe eam cognouiſſe: nec auditur, ſi nõdum pubes, ſed proxima pubertati probetur cognita. E t ex ſponſalib. contractis cum impubere maiore ſeptennio, oritur publica honeſtas.*

CAP. VI.

Continebatur †in litteris tuis, quod cũ quedam puella infra nubiles annos, cuidã in vxorẽ tradita fuerit, & ab ipſo traducta: hæc ad nubiles annos perueniens, alij nubendi licentiam poſtulauit, aſſerens ſe in eundem nullatenus conſenſiſſe: & infra.

¶ Conſultationi tuę taliter reſpondemus, ꝙ cum in decretis†[h] habeatur expreſſum, quòd ſi vir dixerit, quod vxorem ſuam cognouerit, & † mulier negauerit, viri ſtandum eſt[i] veritati, præfato viro qui dicit ſe mulierem ipſam cognouiſſe, fides eſt adhibenda, ſi id firmauerit iuramento.[k]

¶ Si aũt fuerit ætati pro-

Onfitebatur.] Primo ponitur conſultatio. Secũdo reſpõnſio ibi, Conſultationi, Abb.

CASVS. Quædam puella infra nubiles annos conſtituta, tradita fuit in vxorem cuidam iuueni, & ab eo traducta: poſtmodum cum peruenit ad nubiles annos poſtulauit licentiam cum alio contrahendi, dicens, ꝙ in illum non conſenſit: Iuuenis ille in contrarium allegauit, quod & ſi forte cum deſponſauit eam, nondum annum xij. attigiſſet, ita erat ætati proxima, quod eam carnaliter cognouit: & parentes ipſius aſſerebant eam eſſe ætatis legitimæ. Quæſitum fuit à Papa cui eſſet potius credendum? Reſpondet Papa, ꝙ in decretis habetur expreſſum, vt ſi vir dicat, ꝙ vxorem ſuam cognouerit, & mulier negauerit, ſtandum eſt verbo viri: & in caſu pmiſſo ſtandum eſt verbo viri, qui dicit ſe eam cognouiſſe, ſi illud iuro firmauerit. Si vero fuit ætati ꝓxima, vt in xj. ann. vel circa xij. & cum aſſenſu ſuo deſponſata, & cognita ab eo, ſeparari non dẽt: præcipue cum parentes ipſius eam legitimæ ætatis faterentur. In fine dicit, ꝙ ſi puella ĩ. nubiles annos alicui fuerit deſponſata, non licet alicui de cõſanguinitate illius, cui deſponſata fuerat, eam ducere in vxorẽ, nec ſpõſus poterit aliq̃ accipere dẽ ꝯſanguinitate ſpõſę. No. ꝙ potius creditur viro, quam mulieri. ſed hoc eſt fauore matrimonij. Item ab xj. anno dr̃ mulier ꝓxima nuptui. & apta. Item ſponſalia infra nubiles annos cõtracta, licet ad matrimoniũ non perueniant, impediunt matrimonium contrahendum cum omnibus conſanguineis alterutrius.

h ¶ In decretis.] 33. q. 1. ſi quis acceperit vxorem, §. 1.

ĩ Gloſſa ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

i ¶ Viri ſtãdũ eſt veritati.] arg. ꝯtra. 27. q. 2. quod interrogaſti. & 33. q. 1. requiſiſti. Solu. vbi vir dicit cognouiſſe vxorem, & iſta negat, ſtatur verbo viri, vt hic, & 33. q. 1. ſi quis acceperit, ſed c. requiſiſti, intelligitur, q̃ñ vterq; confitetur, ꝙ carnaliter iungi ꝑꝑ frigiditatem non pñt, & vterq; ſeptima manu propinquorum debet iurare, ꝙ non pñt carnaliter commiſceri, c. quod interrogaſti. intelligitur, q̃ñ maritus non dicit, ꝙ vxorem cognoueri t: vñ auditur mulier: præterea, quod dicit hic, fides eſt adhibenda viro ſi iurauerit, hoc intelligo, q̃ñ mulier non probat ſe virginem per aſpectum corporis: quia tunc bene auditur, ſupra de probat. propoſuiſti, & c. cauſam. 4

K ¶ Iuramento.] ſed quare compellitur iſte iurare, cum ſit reus. 6. q. 5. actor? Ideo compellitur iurarę, ne hoc diceret in fraudem, & præiudicium mulieris, nec credere tenetur ei mulier ſine iuramento, præcipue in cauſa matrimonij propter periculum animæ. Lau. dixit, ꝙ hoc ideo, quia fundata videbatur intentio mulieris: quia traducta mulier fuerat minor: vnde ad tollendam pręſumptionem illam dẽc iurare: ſecus eſſet, ſi mulier

† Cap. 8. e. & in 1. comp. & poſt ꝯcilium Lat. ſub Ale. iij. pa. 6. c. 10.

† In concilio apud Cõpendium c. 20. vt eſt apud Burchardũ li. 9. decr. c. 42. & Iuonem par. 8. c. 280.

† cognouis

4 Facit l. 1. rũ not. C de re iud. & l. 1. C. ſi aduerſ. liber.

mulier omnino nihil probasset, vt s. de iureiu. c. vlt. vbi d. hoc. sim. j. e. attestationes. Et sic est ar. q in causis matrimonialibus non dēt omitti iurām, ne in fraudem aliquid tentetur, supra de testib. tus quæstionibus.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

a ¶ Proxima.] sed qñ dr ætati proxima? Potest dici, q cum distat à pubertate p sex menses vel minus, j. eo. attestationes. & ff. de excusatio. nō tm. & sic pximus puberati furti obligatur. Inst. de ob. q ex delic. nā. §. in sūma. & intellige in hominibus, q malitia supplebat ętatē, al's non esset matrimonium et am post xij. annum, vt di xi. s. eo. puberes.

b ¶ Presertim.] i maxime, & q parentes pbabant illam legitimæ ætatis, multum facit pro viro, & contra puellam.

c ¶ Alicui de consanguinitate.] sic s. e. 2 accessit. in fi. s. ti. px. ad audientiam. & c. iuuenis & c. sponsā.

DE illis.] Tria sūt dicta. Secundū ibi Si vero. Tertium. ibi, Mulier. Abbas.

CASVS. Aliqui infra nubiles annos cōstitutimaiores vij annis ɔhunt sponsalia, siue vterq; siue alter anteq̃ ad legitimos annos perueniant, si postulēt separari, nō sunt audiendi: Si vero alter eorum perueniat ad legitimos annos, altero in minoribus adhuc existente, maior si petat separari, non est audiēdus, nisi cum alter ad ætatem legitimam peruenerit, & petierit separari, quia tunc iudicio ecclesię pñt separari. Si vero qñ contrahūt sponsalia alter eorum maior fuit, & alter minor si maior postulet separari, non est audiendus: quia ex quo in eum semel consensit, non potest amplius dissentire: nisi minor cum peruenerit ad ætatem legitimam petierit separari. No. q illi, qui in minorib annis contrahunt ante legitimam ætatem non possunt resilire. Item maior debet expectare minorem. item sufficit semel in aliquem consentire.

d ¶ De illis.] tres articuli continentur in hac decretali, Primus est hic in principio, De illis vsq;. Si vero. Secundus est ibi, Si vero alteruter. Tertius ibi, Mulier autem. Bern.

e ¶ Vllatenus audiendi.] pp fragilitatem ætatis: & est arg. q impubes de eo quod facit ante pubertatem reclamare non valet, arg. 27. di. de his, & 20 q. 1. illud. & ff. de neg. gest. Pomponius & arg. ad hoc ff. de min. demique. 1 Ber.

[Gl. seq. ponit lecturam, quam reprobat.]

f ¶ Cum sponsalia contrahuntur.] i. altero existente j. annos pubertatis, sicut existebat qñ sponsalia contrahantur, si alter perueniat ad ętatem, non est audiendus, si petat separari, sed expectabit, quousque alter ad ætatem peruenerit: quidam dicebant, quod alter eorum erat maior, & alter minor, quando sponsalia contrahebantur: & secundum hoc non differret à sequēti versu. Ala.

g ¶ Minoris ætatis.] vr, q in optione illius, qui vltimo ad ætatem peruenit, sit reclamare, & tu dic, q idem iuris est de alio, q potest reclamare, etiam si minor vellet consentire, aliter non differret à sequēti versu.

[Gl seq. successiue signat duo contraria. & soluit.]

h ¶ Iudicio eccl'æ.] sic j. c. prox. Et ita patet, q sponsalia dissolui dēnt iudicio ecclesiæ tm, nisi fortius vinculum superueniat, puta matrimonium cum alio, vel votū solenne: quia tunc ipso iure soluta sunt, arg. s. tit. prox. si inter. & j. de sponf. duorum, c. 1. Ar. ɔtra eo. ex litteris. vbi soluuntur sponsal a anteq̃ alter perueniat ad ętate Sed nō est contra: quia ibi non tenuerunt sponsalia, vt patet ex fine, hic vero tenuerunt. Itē sim. s. tit. prox. præterea. & c. res nsuit, ibi similiter sponsalia, ne deterius inde ɔtingat. & ita sponsalia ɔtrahentes, si volunt vterq;, vel alter pficere matrimonium, non sunt compellendi, vt colligitur p hæc iura Sed cōtra est ex [illegible], q omnino sunt compellendi per ecclesiasticam cēsuram, s. tit. prox. ex litteris. 2 & c. sicut. Quid ergo rñdebis? Dicas, q illa decr. ex litteris 2. & c. sicut. loquunť qñ iurām interuenit licet illi ét essent impuberes, sed erant doli capaces ita q tenuit iurām, vñ pp periculum iuri compelli dēnt ad ɔhendum, & illa [illegible] requisiuit, reducitur ad illam ex litteris, vt ibi plene dictū est, & quod dicit illa decr. præterea. potius est dispensatio, vt ibi dictum est: & quia vterq; dissentiebat, iō facilius toleratur. hic ergo loquitur de sponsalib. minorū. Si iurām interueniat, compellendi sunt perficere matrimonium. siue sint maiores, siue minores, dum tñ fuerint doli capaces: quia ætas illa plena est periurijs. j. de delict. pue pueris. Si vero iurām non interueniat in sponsalibus, non sunt inuiti compellēdi, quia [illegible] nuptiæ difficiles exitus consueuerunt habere, & ita planum est: ex causa tamen compelluntur vt dictum est supra de sponsal. ex litteris. 3

i ¶ Nupsit.] id est, sponsalia contraxit, quia matrimonium contrahere non poterat, sic j. c. prox.

[Gl. seq. arg. semel probatum. & c. alle. 8. iura. & in ɔ rium vnam i secundo, arg. claudicare contractum. all. [illegible] in contrarium alle. 4. soluit.]

k ¶ Semel consenserit.] arg. q [illegible] semel probatum est, amplius non possum reprobare [illegible] & q. 2. dilectus simi. & 20. quæ. 3. eos qui. 32. quæst. 5. horrendus & 5. dist. in istis. & s. de ca [illegible] de nego gest. Pomponius 1. & ff. de [illegible] Arg. contra, ff. de mu. & ho. vt gradatim. § reprobari. 4. Item arg. q ɔtractus claudicat arg. j. de [illegible] & 32. quæ. [illegible]

xima, [a] vt in vndecimo, vel circa duodecimum annum, & cū suo assensu desponsata, & cognita ab eodem viro, separari nō dēt: preserim, [b] cum parentes eius ipsam fuisse ætatis legitimæ fateren tur.

¶ Si vero puella infra nubiles annos alicui despōsata fuerit, non licet alicui [c] de cōsanguinitate ipsius, † cui desponsata fuerit, † eā ducere in vxorem, nec fas est eidē sponso, de consanguinitate sponsæ sibi aliquam copulare.

¶ Idem Bathonien. † episcopo.

¶ Si maiores septennio cōtrahunt sponsalia, neuter ante pubertatē resipere pōt. hoc pri mo. Et ille, qui primo fit pubes, alterum expectabit. hoc secundo. Quod si tempore cōtractus alter erat pubes, non ille, sed alter factus pubes resilire potest. hoc dicit.

CAP. VI.

DE † illis, [d] qui infra annos aptos mrimonijs sponsalia contrahunt, siue vterq; siue alter reclamet, anteq̃ ad annos matrimonijs aptos peruenerint, & postulent separari, non sunt vllatenus [e] audiendi.

¶ Si vero alteruter istorū ad annos pubertatis peruenerit infra eosdē annos altero existente, cum sponsalia [f] contrahuntur: si is q minoris [g] ætatis est, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterū voluerit consentire, iudicio [h] ecclesiæ poterunt ab inuicem separari.

¶ Mulier autem, quæ postquam annos nubiles attingit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimonijs venerat, nupsit [i], cum in eum semel [k] consense-

1 Puberati pximos quis dicatur docet hic præ alijs, Præpositus, vide Aret. & alios, in §. in summa. Inst. de obl. q ex delic. nas. ad. de gl. Dec. ū. & alios in l. pupillus. ff. de reg. iu.

† illius

† fuit

† Baton. Barthonien. sed vt plurimum Bathonien.

2 Hęc oīa iura à glossa citata, moderata nunc sunt per ɔcil. Tri. paulo ante citatum.

† Ca. 9. e. ti. in 1. cōp. & post ɔcil. Lat. par. 26. c. 26. Et post lectu textus & g'ossarū vide Couar. in epi. ome li. 4. dec. e talū. c. 5. § 2.

3 Adde q hoc facit qd no. in l. pe. in gl. 2. C. de fideiu.

4 [illegible] mod [illegible] hominū sanitatē. Io. And.

q.5.proposito.& q.3. aliqñ & 33.q.5. manifestum.12. q.2.si qua de rebus, & Inst. de auctor.tu.§.1. & C.de procura.non eo minus Argu.contra. ff. de arbit.cum dies,§.sed,& si & l.sed si interpellatur, §.vlt.21. q.5.si quis cuiuslibet,& 4.q.5.quisquis. Solu. verũ est.quod multi cõtractus claudicãt,& ex vna parte possunt tenere,& ex altera nõ, vt si pupillus ɔtrahat cũ minore sine tutoris auctoritate. Insti. de auct. tu.§.1. & l.prædi.nõ eo minus,& c.si qua de rebus,secus in matrimonio, quia illud vinculum nõ potest constare, nisi ex duobus cõsensibus sup. tit.prox.tua.& quod dicit hic non obstat, quia ille tenet expectare nõ ratione matrimonij,sed ratione suę promissionis 1. vnde si contraheret cũ alia teneret, etiã si iuramentum interuenisset sup. ti.prox. si inter.

† Vide l.nuptias.cũ similibus. ff. de reg. iur.

† Vxor cidẽ desiderat in pluribus antiquis codicibus.

rit, amplius non poterit dissentire: nisi ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem peruenerit, in eam suum negauerit præstare consensum. †

¶ Idem eidem †.

¶ *Impuberes sponsalia contrahentes ante pubertatem separari non debent, sed post pubertatem possunt, si contradicũt sponsalibus, nisi copula carnalis interueniret.*

CAP. VIII.

A Nobis† tua discretio requisiuit, vtrũ ijs, qui infra annos nubiles mřimonij [a] nomine cõiunguntur, vel eorum alteri, antequã ad annos aptos matrimonio perueniant, liceat a matrimonio tali discedere. Ad quod respõdemus, quòd pro eo, ꝙ ante nubiles annos coniugalem cõsensum [b] non habent, vsque ad legitimam ætatem expectare tenentur [c]: & tunc aut cõfirmetur matrimonium, aut (si simul esse noluerint) separentur: nisi carnalis† commixtio ante interuenerit, cum interdum illa tempus anticipare [d] soleat pubertatis.

¶ Idem Genuen.† archiepiscopo.

¶ *Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligantur: nisi violentia intercedat.*

CAP. IX.

ij De† illis, qui in minori ætate desponsantur [e]: & infra. ¶ Respondemus, quòd si ita fuerint ætati proximi, quòd potuerint copula [f] carnali cõiũgi, minoris ętatis intuitu separari nõ debent, † si vnus in alium visus fuerit consensisse [g]: cum in eis ætatem suppleuisse malitia [h] videat. sed cuiuscunque sint ætatis, se possunt per illatam violentiam excusare: nisi post violentiã consensus [k] accedat.

¶ Vrbanus iij. Cęnoman. episcopo.

¶ *Contractus ante pubertatem etiam cum nisu carnalis copula, non facit matrimonium.*

CAP. X.

A Ttestationes † super causa matrimonij,

A Nobis.] In effectu idem dicit iste textus qđ præcedens nisi qđ addit, de copula, & cõsensu tacito post aduentum pubertatis. Primo ponitur quęstio. Secundo solutio: ibi, Ad quod Abbas.

CASVS. Quidam infra nubiles annos iunguntur noĩe matrimonij: si vterque vel alter anteq̃ ad legitimos annos puenĩant, petierint separari: quærit vtrũ sint audiendi? Rñd. papa, ꝙ cũ ante legitimos annos coniugalẽ consensum nõ habeant, vsq; ad legitimam ætatẽ expectare tenent: & tunc aut ɔfirmetur matrimonium, aut infirmetur, nisi carnalis copula antea interuenerit, cum illa tẽpus anticipare soleat pubertatis. Nota, ꝙ ante annos legitimos non possunt aliqui matrimonialiter consentire. Item matrimonium nõ semper considerat secundũ annos: quia aliqñ carnalis cõmixtio anticipat ætatem, & inducit matrimoniũ pcedentibus spõsalibus, & malitia etiam supplet ætatem.

a ¶ Matrimonij nomine.] scilicet, futuri: quia loquitur de sponsalibus supra ea proxi.

[Gl. seq. dat simile. quærit, & dupliciter soluit.]

b ¶ Consensum non habẽt.] quousque perueniat ad ætatem legitimam. sic etiam, & in voto 20. q. .firma. 7. de fugi. & male. ꝙ sedẽ: Sed pone ꝙ dicãt; accipio te in meum: & ego te in meã intẽdentes etiam cõtrahere matrimoniũ: Rñdeo matrimoniũ nõ cõtrahant ętate ꝓhibente spõ. alia non contrahũt, quia nolũt. ff de spon. quæsitum arg. sup. de offi. deleg. cum super. & C. si quis alteri vel sibi. multum interest, si eadẽ volũtate ꝓsistant vsque ad legitimam ætatem, matrimoniũ prius inutile ratihabitione tacita vel expressa confirmatur, arg. inf. ca. proxi. & ff. de spon. quæsitum. de tit. nup. minorem. Posset tñ probabiliter dici, ꝙ sponsalia cõtrahũt iuris potestate, licet ea ɔtrahere nõ intẽdant. inf. eo. attestationes. arg. & c. duo Ala.

c ¶ Tenentur.] s. ca. prox. & 20. q. 1. illud 18 dist. de his.

d ¶ Anticipare.] inf. eo. ca. prox. & c. vlt. & sup. eo. puberes.

ij De illis.] Primo decisa cõsultatio. Secundo responsio: ibi, Respondemus. Abb.

CASVS. Quidam in minori ætate spõsalia cõtrahũt, & traducũtur: postmodũ diuortiũ petunt minorẽ allegantes ætatem, aut vim sibi illa tã. Quęritur, quid iuris? Rñdet papa ꝙ si ita fuerunt ętati ꝓximi, ꝙ potuerint carnaliter coniugi, prætextu minoris ætatis non sunt separandi, si unus in aliũ visus est consensisse: quia ĩ eis malitia supplet ætatem: sed cuiuscũque sunt ætatis, se possunt per illatam sibi violentiam excusare, nisi post violentiam cõsensus accedat. Nota ꝙ malitia supplet ætatẽ in matrimonio, quod intelligo sapientiã, discretionẽ, doli capacitatem. Item violentia omni tempore excusat. Item matrimonium per vim cõtractum, per consensum sequentẽ fit firmum, quod prius erat infirmum.

e ¶ Desponsantur.] & traducũtur in domum: postea allegant minorem ætatem vel violentiã.

f ¶ Copula carnali coniungi.] hoc solum considerat, vt possint coniugali vinculo sociari, & non numerus annorum. supra eo. puberes.

g ¶ Consensisse.] quod facere potuerũt, licet nondum peruenerint ad ætatẽ, cum pubertas pueniſſet ætatẽ.

h ¶ Malitia.] alibi appellatur prudẽtia 2. inf. eo. c. vlt. simile C. si minor se maio. dixe. l. 3.

i ¶ Excusare.] sic sup. eo. tit. proxi. veniens 2. & ca. consultationi.

K ¶ Consensus.] expressus vel præsumptus: vt patienter cohabitet illis. talis violentia trãsit in consensum. sup. tit. proxi. ad id quod. & 7. qui cle. vel uo. insinuate. C. quod met. caus. 2. vel si carnalis copula subsequat. inf. de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adult. significauit. & inf. qui ma. accu. poss. insuper Bar.

A Ttestationes.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Consultationi. Abbas.

† Iauueo.

† Cap. 10. eo. ti. In 1 cõpil. Pro intellectu vide Couaruuiã citatũ sup. eo ca. de illis.

1 Simile no. sup. tit. 1. ex litteris in fi. 2. glo. Io. An.

† al. carnis.

† Cap. 12. eo. ti. in 1. cõp. & post cõc. Later. p. 50. ca. 31. §. de illis vero.

† Vide l. pen. ff. qñ di. le. ce. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig.

† Cap. 13. eo. ti. in 1. cõpil. Et de intellectu pter Docto. hic, vide Couar. in epitome li. 4. decretaliũ. p 1. c. 4 §. nũ. sin.

2 Quod intelligit Tẽc. sapientiã, discretionẽ, & doli capacitatẽ, & secũdũ Phi. interdũ bonitas supplet ætatẽ. C. de px. sac. scri. l. vnicuique, & 77. dis. monachus. loã.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter H. iuuenem, & G. mulierē. super causa illa coram ordinario testes fuerūt pducti. Dubitauit iudex, qualiter in causa pcederet: misit attestationes testiū dño Papę. Attestationibus illis inspectis, cōstitit dño papæ, q iuuenis ille nōdū attigerat xi. annum, qñ dictā H. in vxorē accepit: & licet nisus fuisset eā corrūpere, secūdū qđ vterq; cōfitebatur, mulier tñ credit se virginē euasisse: Sed ipse anteq̄ peruenisset ad xiiij. annū ab ea recessit, & cū postmodum ad annos legitimos peruenisset, petebat illū in virū suum? Rñdet Papa eidē epo, dicēs q si mulier illa per idoneos testes probare nequiuerit, q post xiiij. annū ætatis suę, vel circa finē xiiij anni, pdictus iuuenis cōsensisset in eā recepto iuramento ab ipso q postquam ad legitimam ętatē peruenit, eam habere non consensit vxorem; dictum iuuenē a prędicta G debeat separare, & dare vtriq; licētiā cū alio ɔhēdi, vel alia. Not. quòd inutilis conatus non facit præiudiciū. Itē post publicatas attestationes de nouo possunt testes recipi. Item hic defertur iuramētum reo, q̄uis actor nihil pbet, cū tamen debe ret absolui; q a actore non probāte reus absoluit; sed hoc fit pp præsumptiones, quiā tentauit eā corrumpere, & etiam fauore matrimonij.

a ¶ Nisus fuisset.] & ita conatus non præiudicat. cum non habuit effectū. s. tit. px. c. vlt. vbi de hoc. Ber.

quæ inter H. iuuenem, & G. mulierem vertitur, accepimus: & ipsis inspectis nobis innotuit; quod prædictus iuuenis nondū duodecimum annum attigerat, cum præfatam G. accepit vxorem: & licet nisus fuisset [a] (sicut vterque confessus est) ipsam corrumpere, mulier tamē credit se virginem euasisse [b]; verum ipse antequam ad annum decimū quartū peruenisset, à memorata muliere recessit, quem † cum xvij. annos habeat, eadem pro viro sibi vendicare contendit; & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si mulier per idoneos testes [c] probare nequiuerit, quòd post decimumquartum annum ætatis suæ, vel circa [d] finem decimiquarti anni, prædictus iuuenis cōsensisset in eam, ab ipso iuramento [e] recepto, q postquam ad legitimam ætatem peruenit, ipsam habere non consensit vxorem; ab impetitione mulieris eum potes, & debes absoluere, & ad alia vota vtrique dare licentiam transeundi.

Idem Pisano Archiepiscopo.

† In codice Barbarię ita: quē cū xviij. annos haberet, sed in alijs, vt est impressum. i antiqua cōpilatione aptior est hic locus ita: quē eadē mulier instāret nūc repetit & pro viro sibi vindicare cōtēdit; sed cū vir x. & vij. annos habeat, ipsā recipere non contradicit.

1 Adde nisi mulier, per aspectu corporis, virginē se probaret de prob. pr posuisti. secūdū Tāc. vel secundū Innocē. licet mulier corrupta fuisset, & nō vir, nō esset mrimoniū. remittit ad ea, q not. inf. de eo qui cog. consan. fraternitati. Ioan. And.

[Glo. seq. iens recitatur per quæstionem.]

b ¶ Euasisse.] cui creditur in hoc, q contra se confitebatur. 14. q. 2. §. 1. & ff de interro. act. de ætate. §. 2. aliàs staretur verbo viri, vt sup. eo. continebatur. 1 prout ibi dicitur. Bernar.

[Glo. seq. recit. per quæstionem.]

c ¶ Per idoneos testes.] quod facere poterit, non obstante publicatione aliorum testium, cum iste sit alius articulus de testi. fraternitatis, & ca. tam litteris. & ca. causam 2. c. ex tenore. & cap. series.

[Glo. seq. recitatur per quæstionem, quando dicatur circa finem, soluit allegans tria iura allegat vnum contrarium, & demum determinat, quæ dixit.]

d ¶ Circa finem.] forte per sex menses. ff de excu. tuto. non tantum. 2. ff de mu. & ho. ad rempublicam, & sup. eo. continebatur. arg. cōtra. 20. q. 2. illud hoc intellige, si iuuenis iste tunc esset viri potens, quia malitia præuenit ætatem quandoque. sup. eo. c proxi. aliàs non tenet matrimonium, etiam si compleuisset, xiiij. an. vt supra eo. puberes, dictum est Ber.

[Glo. seq. quærit opponendo, & soluit.]

e ¶ Ab ipso iuramento.] Sed quare ex gitur iuramentū, cum ipse sit reus. 6. q. ... actor? Ideo defertur ei iuramentum, q ... præsumptio erat pro muliere: quia constabat. q cum ipsa contraxerat. & q a aspirauerat ad carnalē copulam vnde ex hoc erat præsumptio contra illum. sic. s. eo. cōtinebatur. Dic vt ibi. Quando debeat iuramētum deferri reo, vel actori, qre illud s. de iureiur. Et ideo iurat, q poterat esse, q post xiiij annos cōsensisset in ... am, & timore iuramenti cōfitebitur veritatē. B.

¶ Si maior inuita contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsum expectare donec veniat ad ætatem adultam.

CAP. XI.

Ex † litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd puella quædam anno † xij. iurata fuit, & desponsata [f] cuidam puero nouem vel decem annorum: & tempore procedente, de voluntate parentum potius est quā de sua (sicut asserit) ad domum pris pueri adducta †: vbi nolens & inuita, minis † parentum impulsa, moram fecit per annum [h] & amplius; & tandem inde recedens, ad domum propriam est regressa: & infra. ¶ Cum autem dictus puer nondum ad decimū quartum annum peruenerit, nec ad eandem carnaliter [i] accessum habuerit: Discretioni tuæ taliter respondemus, quod si puella commonita, vt donec compleat idem puer annum decimū quartuū expectet, non duxerit expectandum, ei secundum ea, quæ proposita sunt, accipiendi alium

† Cap. 14. eo tit. in 1. cōpil.

† annorum.

† ducti abducta.

† Vide Paulū de Cast. cōs. 32. & Iaf. in Titia. ff de verb. oblig.

Ex litteris.] Communis diuisio. Secunda ibi, Cum autem.

CASVS. Quædam puella duodecim annorū desponsata fuit cuidam puero ix. vel decem annorum, & postmodū de uolūtate pris, nō de sua, ut dicebat, ad domū patris i... pueri ducta fuit inuita & nolens, & minis parentū cōpulsa, fecit ibi per annū morā, & tāde ad domū patris ē reuersa, dicens q nunq̄ in eū cōsensit, nec voluit consentire, immo petebat licentiā cū alio cōtrahēdi. Quærebat quid iuris? Rñdet Papa, cū dictus puer nōdum ad xiiij. an. peruenerit nec ad eā carnaliter accessum habuerit mādat q si puella cōmonita ipsū noluerit expectare; quousq; ad ętatē legitimā peruenerit, si est ita, vt est propositum. liberam tribuat licentiam cum alio ɔtrahendi. No. q sponsalia per vim cōtracta nō tenēt, & ideo datur huic licētia cōtrahēdi. Itē cohabitatio vnius anni non sufficit ad præsumendum consensum matrimonialem: quod verum est, vbi inuite quis contrahit, nec vnquam consensit.

f ¶ Desponsata.] ea non consentiente.

g ¶ Potius.] electiue, & non comparatiue. B.

h ¶ Per annum.] si hoc fecisset sponte. sic tenuissent sponsalia ex patientia consequentis temporis. sup. tit. prox. ad id quod. & sic non fuisset ista mulier audita, quousque alter peruenisset ad ætatē sup. eo. de illis 1.

i ¶ Carnaliter.] quod si fecisset, statim præsumeretur consensisse inf. de eo qui dux. in matrimo. quam pol. pro adult. significauit. Ber.

[Glo. seq. signat contrarium: ĩ. soluit.]

a ¶ Tribuas.] arg. ṡ. eo. de illis 1. & c. a nobis, Sol. illud verum est, qñ certum est, q sponsalia tenuerũt: hic nõ tenuerunt; & ideo datur ei licẽtia cum alio ꝯhẽdi. Ber.

DVuo pueri.] Primo narrat factum, Secundo respõdet ibi. Quia igitur. Abbas.

CASVS. Duo pueri, G. sex annos habẽs, & Gulielma vij. matrimonialiter sũt coniuncti, qui sic tres annos manserunt: & sic sponsalia tenuerunt, quæ ab initio nõ valebant: postmodũ pater puellæ, ipsã copulauit cuidã alij M. noĩe, cũ quo pacifice p septem annos permansit: Tandem dimisit eandem, quia credebat ipsam aliũ virũ C. hr̃e, cui fuerat primo desponsata: G. ad annos discretionis perueniens, cũ alia ꝯhendi licẽtiã postulauit, qua obtenta, ꝯxit cũ quadã S. noĩe consobrina dictæ Gulielmæ, & cũ ea p aliqđ tp̃s cohabitans (vt dicebat, non cognouit eandẽ: ipsa tñ ab eo se cognitã asserebat: postea vero p̃r Gulielmæ, cũ vidisset eã a secundo viro dimissam, compulit dictũ G. vt S. neptẽ suam dimitteret, & ad Gulielmam (quę postmodũ per bienniũ cohabitauit eidem) rediret: Quæsitũ fuit a Papa, quid super his esset agendũ? & ipse rñdet, q inter Gulielmum, & Gulielmã non fuit matrimoniũ, puerili ætate impediente: & licet idem (postq̃ illa nupsit alij) potuerit aliam ducere in vxorem, consobrinã Gulielmã hr̃e nõ potuit, pp publicam honestatem, siue eam cognouerit, siue non; nec ad G. potuit redire; q̃a fuit alteri legitime copulata. Cum ergo Guliel. dicat se non cognouisse S. consobrinam Gulielmæ, aliam, si voluerit, poterit ducere in vxorem, & S. alteri viro poterit copulari, & cum fuerint separati, pœnitentia debet vtrique iniungi ad tempus, pro vitando scandalo Si vero constaret Guliel. cognouisse, neutri altero viuente dabitur licentia contrahendi, & G. manebit cum M. imposita ipsi M. pœnitentia competenti ad tempus, qui pro sita voluntate, sine iudicio ecclesiæ dimisit eandem. Nota quòd publica honestas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam cõtractum. Itẽ matrimoniũ superueniens spõsalibus dissoluit ea. Itẽ vir caput est mulieris. Item pp scãdalum pęnitentia debet iniungi. Itẽ incestus impedit matrimonium contrahendum. Item nemo sine iudicio ecclesiæ debet vxorem suam dimittere.

† Vide l. si p̃r. & ibi Bar. C. de sponsa.

† Contius, & alij habent, Alex. sed in omnibus antiq̃s, Clemens iu vno aut altero, Cęlestinus.

† Cap. vnico eo. tit. 2. cõp. Vide Syluestrũ in summa, verbo, sponsalia. & Sotum lib. 7. de iust. q. 2. arti. 2. & seq.

† al. ita Gulielmũ scilicet, &c.

virum, liberam tribuas[a] facultatem. †

¶ Clemens † tertius.

¶ Sponsalia contracta cum minore septennio, per cohabitationem mutuam post septennium conualescunt, & inducunt publicæ honestatis iustitiam, soluuntur tamen per matrimonium de præsenti.

CAP. XII.

DVo † pueri Gulielmus, & Gulielma matrimonialiter[b] sunt coniuncti. puero sextum, puella vero septimum annum agente: qui simul per tres annos[c] manserunt: tunc pater puellæ subtrahens eam sponso, ipsam alteri M. nomine copulauit: cum quo per septem annos quiete permansit: ipse vero tunc reliquit eandem, quia credebat eam alium virum habere, illum † scilicet, cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perueniens, a prædecessore tuo contrahendi cum alia licentiam impetrauit: qui quãdam nomine S. consobrinam prioris in vxorem[d] accepit: & cum ea per aliquod tempus existens, eam (vt ipse fatetur) carnaliter non cognouit, licet illa † se ab eo cognitam asseueret; cum autem pater memoratæ Gulielmæ eam vidisset a secundo viro relictam, prænominatum Gulielmum, cui prius eam desponsauerat, compulit, vt S. neptẽ suam omnino dimitteret, & ad Gulielmam suam desponsatam rediret:[e] qui postmodum per bienniũ cohabitauit eidem.

¶ Quia igitur quid tibi faciendum sit, postulas edoceri: Breuiter respondemus; quod impediente pueri ætate, matrimonium[f] inter G. & G. non fuit. & licet idem, postquam illa nupsit alij, potuerit aliam ducere in vxorem: tamen quia dictã S. duxit consobrinam mulieris eiusdem, siue eam cognouerit, siue non: non debet tamen cum eadem S. propter publicæ honestatis[g] iustitiam † remanere, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitime[h] copulata, & infra. ¶ Cũ vero vir caput[i] sit mulieris, & Gulielmus dicat,[k] se non cognouisse prius S. supradictam: aliam, si voluerit, poterit ducere in vxorem, & S. viro legitimo copulari: post separationem vero, pro vitando populi scandalo, vtrique ad tempus

b ¶ Matrimonialiter.] id est, vt matrimonialiter iungerent ætate aduenien te, sed sponsalia contrahendo. 1 Ber.

c ¶ Per tres annos.] & ita tenuerunt sponsalia ratihabitione sequenti. ṡ. eo. ex litteris. & quę patri in spõsalibus non contradicit, consentire videtur. ff. de sponsa. sed ea quæ patris. Ber.

d ¶ In vxorem.] quã habere non potuit. ṡ. tit. prox. sponsam.

e ¶ Rediret.] rediit iste pater ad id quod damnauerat. 26. q. 5. nec mirum. Ber.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem, quã sol. & signat ꝯrium.]

f ¶ Matrimonium.] sed sponsalia fuerant tunc iuris potestate: quia si nõ valet quod ago, valeat vt valere potest. Intendebant enim obligari adinuicem, & ideo interpretatio fieri dẽt vt res potius valeat q̃ pereat. ṡ. de fide instru. inter dilectos, §. cæterum, vt dictum est. ṡ. eo. a nobis, & hoc patet per sequẽtia. arg. ff. de actioni. & obli. obligationem. §. verborum obligatio.

g ¶ Publicæ honestatis iustitiã,] quę impedit etiam matrimonium contrahendũ, & dirimit iam cõtractum. quare ille Gulielmus nõ potest habere aliquam de consanguinitate Gulielmæ. ṡ. tit. prox ad audientiam, & ca. iuuenis. & c. sponsam. & ṡ. eo. accessit in fin. & c. litteras. In quibusdam tñ sublata est publice honestatis iustitia, vt in sobole suscepta ex secundis nuptiis: & in secundo & tertio genere affinitatis. ĩ. de consanguini. & affin. non debet.

h ¶ Legitime.] id est, per matrimonium, quod tamquã fortius vinculum soluit sponsalia. ṡ. ti. proxi. si inter. & ĩ. de sponsa. duorum, cap. 1. alias non contraxit legitime, q ita non debuit frangere fidem: de qua debet agere pœnitentiam vt c. si inter.

i ¶ Caput.] sic 33. q. 5 cum caput. vnde sibi potius creditur, quam vxori. ṡ. eo. continebatur. & 33. q. 1. si quis acceperit.

K ¶ Dicat.] satis fuit de facili credendum, quia nihil iuris

† ea 1 Imo cõtraxerunt p verba de præsenti, per quæ intelligũtur cõxisse sponsalia, vt ĩ. no. & per q̃ matrimoniũ p̃sumptum inducitur, si p pter pubertatem interueniat tentatio vt no ṡ. eo. at testationes. ſm Hos. I. A.

† Vide Cõc. Trid. ses. 24. de refor. matri. c. 3. & citatos ṡ. eo. ti. c. ad audientiã. vñ intelliges quã vim hodie habeat sma gl. hic, in verbo: publicæ honestatis.

1 Arg. de homi. significasti: vltra mediũ. Io. And.

2 Dicebat Hostie. vbi ex cõfessione copulæ firmat matrimoniũ: credit ẽt mulieri sec⁹ vbi pillã non sit mat matrimonium, sed tm peccatũ probatur, vt dixi hic sup ver. compulit. Io. And.

iuris aquirebat alteruter: quia siue cognouerit, siue nõ, eam habere non potest, vt s. eo. patet. secus si coitus faceret ad probationem obligationis, 1 vt 2. de proba. proposuisti, & j. de frig. & malefi c. 1.

a ¶ Siue antea.] hoc est, postquam fuerit compulsus redire ad Gulielmam: siue ante compulsionem, siue post cognouit Stephanam.

[Gl. seq. quærit opponendo, & dupliciter soluit.]

b ¶ Neutri dabitur licentia.] sed quare hoc, cũ inter Gulielmũ & Gulielmã non fuit matrimonium? Potest dici, q̃ pp scãdalũ, vt innuit littera præcedens: vel potius propter delictum vtriusque, ꝓpter spõsal a quæ præcesserãt inter eos & sic orta erat publicæ honestatis iustitia: vnde non poterant Gulielmus & S. vlterius carnaliter coniungi: & ideo prohibentur: quia ex certa scientia contraxerunt, & carnaliter coniuncti fuerunt: tamen si contrahunt, matrimonium tenebit 3 j. de matrimo contracto contra interdictum eccle. c. 1.

c ¶ Cum M.] nisi voluerit eam repellere prætextu adulterij.

† Malabrancæ.

3 Ar. ad hoc in l. iuror. ff. de sponsal.

est pœnitẽtia iniungenda. Si vero legitime constaret ipsam S. ab eo siue post, siue antea [a] cognitam extitisse, neutri viuente altero dabitur [b] licentia contrahendi. Remanebit ergo Gulielma cum M. [c] imposita ipsi M. ad tempus pœnitentia competenti, qui pro sua opinione sola Gulielmam (iudicio ecclesiæ non requisito [d]) dimisit.

¶ Innoc. iij. G. & P. quondam filijs Malebrancæ. †

¶ Accusari non potest matrimonium, quod non est, vt si cum minori septennio sit cõtractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne cõtrahatur in posterum.

d ¶ Non requisito.] Nota, q̃ sine iudicio ecclesiæ nullus debet dimittere vxorem suam, cum hæc sit pœna, quæ nulli est inferenda, nisi per iudicem 4 33. q. 2. sæculares. & § in hoc & 35. q. 6. multorum, quantumcunque etiam impedimentum sit manifestum. j. de diuo. porro. tunc circa coitum distingue. j. de sent. excomm. inquisitioni.

4 Scilicet ecclesiasticum. Conc. Trid. ses. 24. de sacramẽto matrimonij. ca. an. 122.

AD dissoluẽdum.] Tria facit. primo factum nãrrat. Secundo interloquitur ibi, Interloquendo. Tertio prohibet, & decernit ibi, Ne vero. Abb.

CASVS. Quidam nomine Ioannes contraxit matrimonium cum quadam puella S. nomine infra septennium constituta: tandem ex parte puellæ accusabat matrimonium propter consanguinitatẽ: & dum testes producerentur ad probandam consanguinitatem, prædictus Io. multas exceptiones proposuit, per quas intendebat accusatores ab accusatione repellere. Cumque super exceptionib. ipsis fuisset multipliciter disputatũ: Papa auditis quæcunque partes proponere voluerunt, interloquendo pronunciauit, inter prædictum iuuenẽ, & puellam, nec matrimonium, nec sponsalia fuisse contractum: quia puella nondum ad vij. annum peruenerat: vnde accusatio locũ habere non poterat: cum non esset quid posset legitime accusari, sed denunciari poterat consanguinitas: vt interdiceretur matrimonium contrahendum: Vnde Papa statuit terminũ ad denunciationẽ probandã, saluis exceptionibus propositis, ac etiam proponẽdis: ne vero in puellam aliquid interim attenteter, præcipit Papa, ne in negotio vlterius procedatur de nouo, donec cesset a denũciatione, vel ea probata ordine iudiciario procedatur: q̃ si cõtra hoc mãdatũ aliquid in præiudicium puellæ fuerit attentatum; illud decernit Papa irritum & inane. Nota, q̃ infra vij. annos nec matrimoniũ, nec sponsalia ꝯtrahi põt. Itẽ matrimoniũ quod non est, accusari non potest. Itẽ ꝯtra accusationem, quæ non tenet, exceptio proponi non põt. Item non solum tenetur quis denũciare crimen quod iam est commissum, sed etiam committendum. Item quod fit ꝯtra pcep:ũ Papæ, non tenet.

[Glo. seq. inchoat casum.]

CAP. XIII.

AD † dissoluẽdum, quod factũ fuerat inter I. & S. & infra: ¶ Accusatione [c] ꝑ puella super cõsanguinitate proposita, præfatus I. multas exceptiones ꝓposuit: ꝑ quas nitebatur, vos ab accusatione multipliciter remouere: & inf. ¶ Interloquẽdo pronũciamus inter iuuenẽ, & puellam, nec matrimonium [f] nec sponsalia fuisse cõtracta: cum constet puellam nondum ad septẽnium peruenisse. Quocirca nec accusatio locum habeat, cum nõ esset, quod posset legitime [g] accusari. Denunciari [h] † tamẽ poterat cõsanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendũ. Ad denunciationẽ ergo legitime probandam, termi nũ assignamus, saluis exce

e ¶ Accusatiõe.] hoc intellige ita: 5 Quidã Io. nomine contraxit cum quadã puella infra septẽnium cõstituta, tandem ex parte puellæ accusabat matrimonium pp cõsanguinitatem, & dum vellet producere testes ad probãdam cõsanguinitatem cõtra illos accusatores, exceptiones propositæ fuerũt ex parte viri, vt ab accusatione repellerent; super hoc pronũciauit Papa secundum quod in littera sequitur. Ber.

f ¶ Matrimonium.] sim. s. de resti. spol. ex parte. nec ꝯsensit post vij. ann. quia si post ꝯsensisset, tenuissent sponsalia, nisi consanguinitas impediret. s. e. litteras. acc. ff. ... s. de iur. examinata, sic isti ineptam proposuerunt accusationem manifeste, & ideo statim debent repelli, vt ibi dicitur, vnde adhuc possunt proponere aptam, scilicet, denunciare.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõp. Vide Dñcũ Sotum super iori. cap. citatum.

5 Hæc intelligit apertius qui antiquã decretalẽ legerit.

† Vide Cõc. Trid. ses. 24. de refor. matrimonij c. 1. & Conc. Lateran. sub Innoc. iij. c. 51.

[Glo seq. coadiuuat tex. per octo. similia, & duo inducit ad contrarium, & soluit.]

g ¶ Legitime accusari.] bene dicit: quia primo debet existere in rerum natura, id de quo agitur, nec iuris ratio quam persona quærenda est. ff. de iure codi. quidam referunt, §. 1. sic & collegio quod nondum est, non datur priuilegium, s. de ecc. ædif. ad audientiam. 2. 6 nec rescriptum datur ad lites futuras. s. de rescr. c. vlt. nec potest dici verum quod nunquam fuit. de pœn. dist. 2. in fi. nec dr̃ mortuum quod nondum vixit; 32 q. 2. quod vero non. vbi de hoc & j. de homi. sicut ex tuarum, & testamentum quod nondum est rumpi non potest, ff de iniust. rup. test. nam & sub conditione argu. ff. de ædil. edic bouem, §. vlt. 7 sic aqua, quæ non dum apparet, non potest constitui seruitus aquæductus, ff. de serui. vend. l. vlt. & ei quod nondum natum est, non præscribitur. C. de an. except. l. 1. nemo. 8 & ff. quem ad ser. amit si quis alia. vbi dr̃ q̃ quamdiu paries non est, seruitus non acquiritur. arg. contra quia ædificio quod nõ dum est præscribitur. ff. de serui. vrba. prædi. si seruitus. §. futuro. & ff. de seruit. rusti. prædio Labeo. & vsuris futuris præscribitur. C. de vsur. eos, & arg. sup. de consue. cum olim Sol. verum est, quòd rei quæ nondum est, non potest seruitus constitui, vt dicunt primæ concor. potest tamen obligatio acquiri. de ipsa constituenda, cum res fuerit in rerum natura: & sic intelligũt ꝯtra.

h ¶ Denũciari.] & ita denunciari potest crimen nondum commissum 93. dist. diaconi. & ff. de dam. infe. l. 2. immo vnus solus potest impedire matrimoniũ. s. tit. prox. præterea. 2 & valet denũciatio in princ. nã statim dicitur malæ fidei possessores. arg. C. de rei ven. si fundum, &

6 Et p Gof. s. pe. cõsuet. cum olim. Io. And.

7 Si hõ venditus est sub conditione, sed dibitoria locum nõ hẽt, cũ venditio perfecta non sit. Io. And.

8 Actione p̃scribitur ex quo nata est. Io. And.

dum in matrimonio cōtrahendo, id ꝙ certius est, tenēdū est. ff. de ritu nupt. adoptiuus, § 1. in fi. & s̄. tit. proxi. iuuenis. Ad hanc denunciationem non admittitur nisi grauis, & honesta psona. s̄. tit. prox. cum in tua. & quilibet tenetur ad hanc denunciationē inf. de cog. spi. tua nos: & etiam admittunt, qui denunciant famam. s̄. tit. prox. cū in tua. & de auditu. 22. q. 5. hoc vī sine aliqua admonitione pmissa: quod nō fit in alijs denunciationibus 2. q. 1. si peccauerit. & s̄. de iud. nouit & est ius cōe, qđ quilibet tenetur, & pōt denunciare. ĩ. de cl. de. despon. cum inhibito.

[Glos. seq. soluit contrarium. demum quærit, & soluit.]

a ¶ Saluis exceptionibus.] sic patet, ꝙ cū variatur modus agendi, pñt opponi exceptiones omissę 1 ĩ primo iudicio. sic supra de test. veniens 2 vnde nō obstat. s̄. de excep. pastoralis. Io. Sed quæ fuerūt hmōi exceptiones? Pōt esse ꝙ excipiebat vir, ꝙ accusatores erant criminosi, vel malæ famæ; vel forte dicebat, qđ admonitio non præcesserat: sed in isto casu nō est necesse admonitionem præcedere. Vel forte dicebat, non sunt admittendi ad accusandum tanquam suspecti: quia tempore contractus nihil dixerunt, & erant præsentes quando denunciatum fuerat matrimonium contrahendum ĩ. qui ma. accusa. poss. cum in tua.

b ¶ Interdicimus.] ita ꝙ si per extorsionem vel violētiam quicquam fieret in præiudicium puellæ, siue in iudicio, siue extra, non præiudicaretur ei.

[Glo. seq quærit, & soluit.]

c ¶ Irritū.] quo ad iudicium, qđ mouetur in præiudicium ipsius. simile s̄. de præb. inter cetera. secus esset si clausula illa non apponatur: licet mandet papa aliqd fieri s̄ de præb. dilectus 1. & c. dilectus 2. Sed quid si cōtraherent matrimonium contra interdictū 2. Papæ, nūquid irritabitur matrimoniū? Dico ꝙ non, sed separabuntur ad tēpus s̄. de sponsa. cum in Apostolica. quousque cognoscatur de impedimento ĩ. de mat. cōtract. contra interdi. ecc. ex litteris. & cap. de muliere. nam fortius est matrimonium quàm interdictum Papæ.

Væ nobis.] Primo quæstio secundo distinguens responsio: ibi, Quia vero. Abbas.

CASVS. Quidam filiam suam circiter xij annos habentem, desponsauit cuidā nobili, qui subarrhauit eandem per annuli immissionē, consensu mutuo accedente: postmodum puella ipsa fuit alteri copulata. Dubitatum fuit, vtrum illa puella deberet remanere cū secundo: an deberet redire ad illū, cui fuit primo despōsata: Consultus Papa rñdet, ꝙ nō constitit ei cuius ætatis esset puella, qñ cum primo viro extitit desponsata, cum dicatur ꝙ circiter xij. annos habebat, vel vtrum malitia suppleret ætatem. Dicit, ꝙ si puella nubilis non erat ætatis, cū viro extitit desponsata, & malitia nō suppleret ætatē, proculdubio inter eos non matrimonium, sed spōsalia fuerūt cōtracta, q̄uis ab ipso viro eadē puella fuerat subarrhata: & ita remanere debet cū secundo viro, cū quo cōtraxit in ætate legitima. Nota, ꝙ malitia supplet ætatem circa matrimoniū cōtrahē dum. Idem matrimonium contractum in ætate legitima, soluit sponsalia in minori ætate contracta.

[Gl. seq. tractat de multiplici subarrhatione & ipsius effectu.]

d ¶ Subarrhauit.] sic 27. q. 2. si qs vxorē. & c. se. Et hęc subarrhatio 3 fit qñq; p immissionē annuli, iuxta illud; annulo suo subarrhauit me: qñq; p dationē aliarum rerū, vel aliorū insignium: & qñque fit talis subarrhatio interueniēte cōsensu expresso, vt hic: qñq; et non interueniēte: sed siue interueniat siue non, dūmodo cōstet de subarrhatione, præsumitur matrimoniū donec probetur contrariū, arg. 30. q. 5. nostrates, & ca. feminæ. 27. distin. quod interrogasti. & supra de spon. is qui, quia nihil interest an facto, an verbo quis declaret voluntatem suam. 43. dist. e. 1. ibi, Pastorem recta loqui timuisse, quid aliud est dicere, quàm terga tacēdo præbuisse? vel ibi, vestimenta sacerdotis, quid aliud quàm recta opera, & c. vbi de hoc ff. de leg. de quibus. 4 & s̄. de reg. cap. pen. arg. opti. & si fiat à patre, præsumuntur sponsalia, vt cap. nostrates, sed inter sponsos præsumitur matrimonium, vt hic in fin. nisi consuetudo in contrarium esset. arg. sup de præsumpt. illud.

e ¶ Circiter.] sic s̄. eo. continebatur. & c attestationes. Ad modicam quantitatem 5 refertur hæc dictio. circiter, & consimiles, vt ff. de ver sign. hæc adiectio. B.

f ¶ Nubilis.] nota nubilis ætas in viro est xiiij. ann. in femina xj. vt dixi. sup. eo. cap. vbi, & ita si non fuit talis, non fuit matrimonium inter eos, sed sponsalia tantū, nisi malitia suppleret ætatem, vt ĩ. sequitur.

[Glo. seq. dat simile in dilectis.]

g ¶ Prudentia.] id est, carnalis concupiscentia. arg. 32. q. 1. non in sola alibi appellatur malitia. s̄. eod. cap. de illis 2. sic etiam in delictis doli capacitas supplet ætatē. inf. de delict. pu. pueris & insti. de obl. quæ ex delict. na. § in summa. circa fin. & ff ad l. Aquiliam, sed & si quæcunque, § 1. 6 C. si minor se maiorem dixerit. l. 3. sim. 7 7. dist. monachus nouitius, & C. de his qui ve. æta. impe. l. secunda.

h ¶ Subarrhata.] & ita collige, ꝙ per subarrhationem contrahitur matrimonium verum vel præsumptum, vt dixi in prin. nisi ætas repugnet, vt hic patet. & est hic arg. 7. manifestum, quod si minor in contrahendo vtatur verbis pertinentibus ad matrimonium contrahendum, contrahit sponsalia.

---

ptionibus [a] non solum propositis, sed etiam proponendis.

¶ Ne vero quicquam in puellam interim attentetur; auctoritate Apostolica interdicimus, [b] ne in negotio de nouo procedatur vlterius, donec vel à denunciatione cessetur, vel ea probata ordine iudiciario procedatͬ: Quòd si contra interdictum nostrum in præiudicium ipsius aliquid fuerit attentatum, id † irritum [c] esse decernimus, & viribus omnino carere.

Idē episcopo Abbateñ. †

¶ Si quis per verba de præsenti contrahit cum impubere, in qua ætatem malitia non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiam si subarrhatio intercesserit.

CAP. XIIII.

c ¶ Legitimæ.] sic patet quod incestus nō impedit quo minus matrimoniū sit legitimum, licet contrahere nō debeat, sicut votum simplex sup. qui cle. vel vouentes. rursus [illegible] impedit matrimonium contrahendū, sed non dirimit iam cotractū, nisi in tribus casibus, si machinatus fuerit in mortem alterius, si dedit fidem adulteræ, si duxit eā de facto. sup. de eo qui duxit in matri.cum haberet. & c.super hoc.

d ¶ Fuerit requisitus.] & sic intellige sup.eo. cap.1.

e ¶ Sine spe coniugij.] 32. q.7. si quis viduam. & 35. q.3. de incestis. sup.cod. veniens. & inf. de pœn.& remiss. cap.2. vbi de hoc.

¶ Idem.

¶ Non separatur matrimonium ad dictum vnius asserentis affinitatem inter coniuges præcessisse.

CAP. III.

DE illo, † qui vxorē fratris, antequam ei matrimonio iūgeretur, se pro posuit cognouisse. Respondemus, quod nisi hoc publicum & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum, prædictum matrimonium occasione a illa ipsum impetere non permittas.

¶ Celestinus tertius.

¶ Incestuosus matrimoniū contrahere non debet: sed si contrahit, tenet: & tunc tenetur reddere, sed nō potest debitum exigere, & non minus tenetur vxori necessaria administrare.

CAP. IIII.

TRansmissæ nobis tuæ literæ demonstrarunt, quod G. vxore sua defuncta, filiam eius, priuignam videlicet propriam, copula carnali cognouit, postmodum aliā accipiens in vxorem, cum priuigna publicā tāquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem b cōmittere nō expauit. ¶ Quia verò super his consiliū requisisti, præsenti pagina re- 10 spōdemus, quod legitimæ c vxori cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscat eam, quamdiu vixerit, nisi ab ea fuerit d requisitus, & tunc ad ipsam non sine graui cordis dolore accedat, qui etiam pro incestu & adulterio, donec cum 20 ea permanserit, iuxta moderamen tui arbitrij pœnitētiam agens, postmodū si superuixerit ei, perpetuò sine spe coniugij e permanebit.

¶ Idem.

¶ Non separatur matrimonium ad cōfessionē coniugum, qui dicunt affinitatem præcessisse, etiam si rumor viciniæ consentiat. Et est casus multum allegabilis & notabilis. 30

CAP. V.

SVper † eo, quod postulas, vtrū coniugatus, qui 40 ante contractum matrimonium, vxoris suæ consanguineā carnali cómixtione cognouit, cū id fateaē vterq; & aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicat, sit ab vxo- 50 re sua iudicio ecclesiæ separandus: Tuæ fraternitati respondemus, † quod propter eorū cōfessionem f tātùm, vel rumorem viciniæ, separari

† Cap.4. eo. tit. in 2.cōp. De materia videto præ alijs hic præpositum.

† reseribimus.

SVper eo.] Primo ponit quæstionē. Secundo solutionem: ibi, Tuæ. Abbas. Siculus.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cū aliqua muliere, tandem tam ipse quam vxor contitebatur, quod quandam consanguineam vxoris, suę antequam cum ea contraxisset carnaliter cognouit; & aliqua pars vicinię illud clamabat: quærit an sint separandi? Respondetur, quod propter eorum confessionem tātummodo nō sunt separandi, vel propter rumorem viciniæ: quia multi quandoq; colluderent adinuicem, & ad confessionem incestus faciliter prosilirent, si per eorum confessionem crederent separari: & rumor viciniæ non est adeo validus, quod bene coniuncti debeant separari, nisi rationes probabiles accedant. Not. quod confessio coniugum contra matrimonium, non præiudicat ipsi matrimonio, propter collusionem. item rumor viciniæ non facit probationem: secus de fama.

[Glo.seq. [illegible] & soluit. [illegible] triplicem confessionis speciem. [illegible] obij [illegible] & [illegible].]

f ¶ Confessionem.] Sed videtur quod confessioni standum sit: quia confessus in iure, pro iudicato habetur. C. de confes. l.vnica. & ff. eo.tit. l.1. & l.certum. & sup. de [illegible] olim causam. Dicas, quod in casu isto non statur confessioni contra matrimonium propter fauorem [illegible] in litera redditur. Et est ratio: quia contra se [illegible] potest, pro se vero minime. 14 q.2 §.1 & ff. de minor. act. de ætate § 1. præterea iste non confitetur contra se, imo pro se: vnde iure communi non prodest ei talis confessio. Nam iste petit separari ab vxore, qui dicit se cognouisse eius consanguineam: si cōfiteretur aliquid contra hoc, propter quod ei præiudicaretur, tunc videretur standum suæ confessioni; sed vt dixi, [illegible] in matrimonio, [illegible] viro uel vxori [illegible] [illegible] tur pro matrimonio contrahendo, bene statur confessioni,

60

sioni: puta si petam aliquam in vxorem & ipsa confitea tur matrimonium, adiudicatur ei, licet ipsa nollet me habere; quia modo directè confitetur contra se: secus in confessione quæ fit quantum ad tori separationem propter adulterium: quia ibi statur confessioni. 1. inf. de diuortijs c. ex litteris. Arg. contra, 35. q. 6. si duo. Sol. ibi confitentur cõsanguinitatem esse inter eos, & fama publica confessio ni coniugum consentit, & tunc statur famæ & confessioni: sed hic tantum est rumor, & aliud est fama, & aliud rumor, vt hic videtur.

non debet, quæ conscia seu particeps huiusmodi iniquitatis non fuit: cum iure suo sine culpa non debeat defraudari: Alexander tamen in consimili casu dixit distinguendum, prout sequitur in litera. Nota, quod ei adulterium obijci non potest, quę ad hoc inuita tracta est. Item non semper propter adulterium vir potest dimittere vxorem. Item affinitas superueniens matrimonio ipsum nõ dissoluit. Item nullus debet sine culpa iure suo priuari.

† Maxime quia tunc remanent coniuges vã nõ sic timeẽ colludiũ 32. q. 1. dixit. secudum Gofr. Ioan. And.

a ¶ Concurrendum.] quod faciendum non est propter rationem hic expressam; imo ex colludio puniri debent, 2. q. 3. si quenquam. & inf. de collu. c. 1. & 3.

† Probabiles legitur in aliquot magis recentib.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

† Adde quæ tro. Bal in l. 1. C. de proba & in l. ea quidẽ. C. de accusat.

b ¶ Rumor.] ar. contra sup. de pręsumpt. illud. & cap. 3. vt dixi, aliud est rumor quàm fama. & illa decre. tertio. loquitur de matrimonio contrahendo, qđ ad solã famã impeditur 4. inf. tit. prox. c. super eo.

Discretionẽ tuã.] Communis diuisio, Secunda ibi, Nos igitur: Et ibi primo dicit mulierem ad continentiam inducendam. Secundo ibi, Quod si. dicit quid iuris si ad hoc non potest induci. Tertio soluit tria obstacula: ibi. Nam & si. Abbas.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõp. Vide Couarruuiã, lib. 4. decr. par. 1. c. 5. nõ lõge à principio.

† Dicebat Lauren. Propter rumorẽ nõ dissoluo sociatos, Io. And.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam per verba de præsenti, & antequam eã cognosceret, tradidit illã in quantum potuit renitentẽ, & inuitã cuidã consanguineo suo in vxorẽ. & ille eã accepit, licet inuitã. Sed mulier quã cito fuit reddita libertati, aufugit ab eo. & primo viro restitui postulauit: quæritur, an deberet ei restitui? R̃ndet papa, ꝙ viro ꝓ tã turpi facinore grauis pęnitẽtia dẽt imponi, & mulier monẽda est ꝑꝑ publicę honestatis iustitiã, vt nec primũ repetat, cuius consanguineus eã cognouit, licet inuitã. nec redeat ad [illegible], cui ꝑꝑ adulteriũ cõmisceri nõ põt; sed in cõtinentia maneat, donec primus vir viã fuerit vniuersæ carnis ingressus. Si aũt ad hoc induci no poterit prior vir cogat eã recipere, & maritali affectione tractare: nec põt ei adulteriũ obijcere, qui eã adulterãdã tradidit, ꝑsertim inuitã: & licet dicat in Euãgelio, ꝙ ꝑꝑ fornicationẽ vir dimittere possit vxorẽ; nõ tñ ꝑꝑ eandẽ causam vir semꝑ põt dimittere, nec vxor virũ, cũ possit per exceptionem repelli, vel replicationem, & affinitas superueniẽs matrimonio ei obesse

non debent: cum & quandoq; nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem incestus facile prosilirent, si suo iudicio crederetur per iudicium ecclesiæ concurrendum. [a] Rumor [b] autem vicinitæ non adeo est iudicandus validus, quod nisi rationabiles † & fide dignæ probationes accedant, possit bene contractum matrimonium irritari.

¶ Innocentius tertius Pręposito Magdenburgensi.

¶ *Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.*

CAP. VI.

Discretionem † tuam: & infra.

† Sane ex parte tua fuit propositum, quod quidam cum muliere quadam, legitime per verba de præsenti contraxit, quam postmodum a se incognitam, cuidam consanguineo suo tradidit, [c] in quantum potuit renitentem: Ille vero cum ipsa licet inuita, matrimonij solennia celebrauit, sed mulier quam citò fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & se priori viro restitui postulauit.

¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respódemus, quòd & viro pro tam turpi facinore grauis est penitentia iniungenda, & mulier propter publicam [d] honestatem, † est monenda sollicite, vt nec primum repetat, cuius consanguineus, eam licet inuitam, cognouit: nec redeat ad secundum, cui non potest propter † reatum [e] adulterij commisceri, sed in continentia maneat, donec prior fuerit viam vniuersæ carnis ingressus. Quod si forsan ad id induci nequiuerit, vir prior cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare: cum adulterium ei non possit obiicere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim [f] inuitam. Nam & si [g] secundum Euangelicam veritatem, nunquam nisi propter fornicationis [h] causã, aut vir vxorem, aut vxor possit dimittere virum, non tamen semper propter causam eandẽ vel vxor virum, vel vir dimittere põt vxorem: cũ possit exceptione

Gl. seq. distinguit, an vir tradiderit, vel occasionem dederit: & ad secũdum signat contrarium.

c ¶ Tradidit. & ideo non potest illi opponere adulterium arg. 32. q. 5. §. 1. & c. 1. & 4. nec adulterium dicitur hic commisisse vt ibi dicitur, quia non consensit: & hoc patet ex eo, qđ quã cito potuit aufugit, vt sequitur, arg. 1. q. 1. constat. secus esset si occasionem adulterandi ei dedisset: quia nihilominus imputaretur ei, argum. 27. q. 2. Agathosa. & c. si tu abstines. inf. de diuor. significasti. ff. sol. matri. cum mulier. ff. de adulte. l. 2. 3. Sed con[illegible] prædictum [illegible] stines. & [illegible] 33. q. 4. Nabuchodonosor. & in Auth. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero plurimos. in fi. coll. 8. vir enim debet esse mulieri auctor colendi bonos mores ff. de adulte. si vxor. §. si iudex. & 32. q. 6. indignantur. alioquin esset dettrahenda à viri 4 potestate. C. de episcopal. audi. l. si ie nones.

[illegible]

† [illegible]

3 Ad hoc ff. de ritu nup. palam. §. 6 est ignoscendum. Io. An.

Mat. 19. Mar. 10. Luc. 16.

† Vide conc. Trid. sess. 24. de sacramento matrimonii in principio & can. [illegible]

d ¶ Publicam honestatem.] id est, affinitatem, quæ sic inique contrahitur.

[Glo. seq. no. cum sponsa, & c. allegat tria iura.]

e ¶ Reatũ adulterij] quia primus est maritus [illegible], & nõ secundus. Et est hoc notabile, ꝙ adulterium cõmittitur cũ sponsa nondũ cognita à viro: vnde si alias commisisset adulterium, posset accusari a sponso ff. de adulte. miles, §. quærebatur. sup. de iureiu. queadmodum, quia iniuria facta est ei. ff. de iniur. item apud §. sponsum.

f ¶ Præsertim.] id est tñ: quia in talibus quæ sine peccato mortali cõmitti non possunt, mãdatũ non obligat, 32. q. 5. ita ne. & supra quod metus causa, cap. sacris.

g ¶ Nam & si.] responsio uidetur tacitæ quæstionis.

h ¶ Fornicationis.] 32. q. 7. omnes causationes.

i ¶ Exceptione.] puta, ꝙ ipse tradidit eam inuitam, uel quia idem similiter fornicatus est, inf. de adult. c. penult. & ult. 32. q. 6. nihil.

Gloss.

[Glo. ſeq. notat contra opinionem,&c. allegat pro ea duos.§§.]

a ¶ Nec affinitas.] hic reprobatur illorũ opinio, qui dicebant, ꝙ per fornicarium i coitum non contrahitur affinitas.& infra eo:c.penul.& ult. arg. 35.q.3.nec eã. arg.contra. ff de gra. de non facile §.ſcien dũ,& §.affines, ſed illa non obſtant.

[Glo.ſeq.arg.legitime factũ,&c.alleg. 3.iura in contrarium, & unam legem.]

b ¶ Officere,] arg.ꝙ legitime factum eſt, no irritatur, licet de ueniat ad eũ caſum, a quo non potuit habere principiũ, ff. de iti. actuque pri. non enim, ff. de poſtu. l.1. § caſum,& 30.qõ. 1. ad limina. 2.arg. cõtra ff de lud. ſi a me.

c ¶ Sine ſua culpa,] hoc generale eſt, ſim. if.c.cauſ.ſi qua contraria sũt.cauſalia sũt

d ¶ A predeceſſore.] ſcilicet Alexandro: ſed illa decretalis remota eſt de hac cõpilatione.

Fraternitati.] Ex ſpõſalib. cõtractis cum puella, quæ non dũ compleuit ſeptennium, interueniente copulæ attẽtatu, oritur publica honeſtas impediens matrimonium contrahendum cum conſanguinea, hoc dicit ſecundum alium intellectum. Communis diuiſio. Secunda: ibi, Diuortij. Abb.

CASVS. Quidam contraxit ſpõſalia cũ quadã puella ſeptem annorum, quã [illegible] ne: Poſtea cõtraxit matrimoniũ cum ſorore ipſius; [illegible] uero archiepiſcopus Biſuntinen. cum de hoc ad ipſum quæſtio eſſet delata, diuortij tulit ſententiã inter eos, [illegible] nus papa approbat. Nota, ꝙ poſt cõtracta ſpõſalia, ſponſus nullã de conſanguinitate ſponſæ poteſt habere uxorem, nec econuerſo, nullum de conſanguinitate ſponſi ſponſa poteſt habere.

[Glo. ſeq. ſoluit contrarium.]

e ¶ Contractis ſponſalibus,] & ſic maritali affectu, cum eſſet ſponſa prius.eã polluit.ſic ſup. de ſponſali. impuberis, & ita non eſt contrarium.35.q.3.extraordinaria.

f ¶ Extraordinaria.] id eſt, 3.extra naturalia cum nondum eſſet idonea.

a Vide B. Thomam in quæſtionib. additis ad 3. par. q. 55. ar.3.

† legitimũ.

† exiſtat

a Et infra d. reg. iur. factum legitime. lib. 6. Io. And.

† Cap.2.eo. ſi.in.3 cõpi. Et ac intellectu. Vide Soto lib.4. ſen. d. 41. q.unica art. 2. ver. quod ſi obijcias.

† Gerundinen. Fertindinen. Graden.

3 Præter Hoſtienſem Io. An. & alios veteres interpretes, qui 1. hoc loco dicatur extraordinaria libido, ſi ne pollutio,

vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas,[a] quæ poſt contractum legitime † matrimonium inter vtrum, & vxorem inique contrahitur, ei debet officere,[b] quæ huiuſmodi iniquitatis particeps non exiſtit; † cum ſuo iure non debeat ſine ſua culpa[c] priuari, quanquam a quodam prædeceſſore[d] noſtro dicatur in ſimili caſu fuiſſe diſtinctum, vtrum inceſtus vel adulterium manifeſtum fuerit, an occultũ, alijs aſſerentibus inter gradum proximum & remotũ eſſe potius diſtinguẽdum.

¶ Idẽ Biſuntin. archiepiſc.

¶ Copula carnalis habita cum puella ſeptem annorum, dirimit matrimonium poſtea contractum cum conſanguinea. hoc dicit ſecundum unum intellectum.

CAP. VII.

Fraternitati † tuę, & inf. ¶ Diuortij ſententiã approbamus, quam in eũ canonice promulgaſti, qui illam ſibi poſtea copulare præſumpſit, cuius antea ſororem adhuc ſeptennem, contractis ſponſalibus[e] extraordinaria libidine noſcitur polluiſſe.

¶ Idẽ epiſco. Gerũdẽ. †

Ex litteris.] affinitas ſuperueniens rumpit ſponſalia de futuro. Cõmunis diuiſio. Secunda pars: ibi, Nos autem. Abb.

CASVS. Quidam G. nomine cõtraxit ſpõſalia cũ quadã puellã infra nubiles annos, & poſtmodum matrem puellæ carnaliter ſæpe cognouit, & poſtea puellã ipſã carnaliter tractauit adultam, & hæc notoria erãt: peti jt eps loci, il li uiro puideri, & utrũ ipſa mulier poſſit cũ alio matrimonio cõtrahere: Dñs Papa fecit illi uiro pęnitẽtiam iniungi, mandãs epo, ut illos debeat ſeparare abinuicẽ: & mulier alteri uiro nõ nubat, ſi poſtquã ſciuit delictum uiri, & matris, ei nõ erubuit commiſceri, & uir & mater mulieris non debent ad aliãs nuptias cõuolare, ſed continẽter uiuere dẽnt, & ſuum flere delictum, ſi de lapſu carnis nõ timeatur ipſorũ. Nota, ꝙ affinitas ſuperueniẽs ſoluit ſponſalia. Item inceſtus impedit matrimonium contrahendum. Item cum inceſtuoſis poteſt diſpenſari ut cõtrahant, ſi timeatur de lapſu carnis.

g ¶ In uxorem.] futuram, ſcilicet.

h ¶ Carnali commixtione.] poſt cõtractã affinitatem: unde illam in uxorem habere non poterat.

i ¶ Penitẽtiam,] pro inceſtu: ſed maior debet imponi ꝙ pro adulterio, quia inceſtus uincit adulterium 32. q. 7.adulterij. & s̃. eo. cap.2.

K ¶ Separatis.] ſi ita eſſe conſtiterit, aliãs fiat quod dicitur if.c. proxi. Et nota quod affinitas ſuperueniẽs ſponſalibus de futuro rũpit ea.ſup.eod.c. 2. & ĩ.ti.prox.c.1.& 4. ſecus in matrimonio. ſup. eo diſcretione. & inf. eod. ca. pe.

¶ Affinitas cauſata ex copula illicita, rũpit ſponſalia præcedentia, & priuat facultate contrahendi matrimonium.

CAP. VIII.

Ex † litteris fraternitatis tuæ accepimus, qđ G. lator earum, matrem puellæ, quam infra nubiles annos deſponſauerat in vxorem,[g] carnaliter ſæpe cognouit, & poſt carnali[h] cõmixtione puellã tractauit adultam, & infra.

¶ Nos autem eidem viro pœnitentiam[i] iniungi fecimus pro peccato, cõſultationi tuæ reſpondentes, quod eis abinuicem ſeparatis,[k] mulier alteri viro nõ nubat, ſi poſtq̃ nouit viri, & matris delictũ, ei nõ erubuit cõmiſceri. Vir etiam, & mater mulieris, nunquã debẽt[l] ad alias nuptias cõuolare, ſed ſemper continentiam ſeruare tenentur, & enorme deflere delictũ, quod pro tam † nefanda libidine contraxerunt præſertim ſi circa perſonas huiuſmodi, de lapſu[m] carnis minime timeatur:

¶ Idẽ archiepiſcopo Magdemburgen.

¶ Idem quo ad titulũ dicit quod decretalis ſupra proxima.

& ult. 34. q. 2. in lectum.

l ¶ Nunquam debent.] inceſtuoſi cõtrahere non debent propter enormitatem delicti, ut dictum eſt ſup. eo. c. 2.

m ¶ De lapſu carnis,] ſi timeretur de hoc, [illegible] ſaretur cum eis.ſup.eod.c.1.& 33.q.2.in adoleſcen[illegible].

Veniens.] Prima pars narrat factum. Secunda reſpondet: ibi, Cum igitur. Abb. Sicu.

CASVS. Quidã E nomine cõtraxit ſponſalia cum quadam puella iuramento interpoſito, quod eam duceret in

plene tradit præpoſitus.

† Cap 3.eo. ti.in 2.cõcil. Vide Tabiẽſem in ſumma verbo, ſponſalia, § 9. in quarto modo.

† dictio, tã, deeſt in aliquot antiquis, ac etiã recentioribus codicibus magis emẽdatus.

† Cap 4. eo. [illegible]

uxorē, quam cito illa ad legitimā perueniret ætatē: pater puellæ eū recepit in domo: Deinde ille sorori sponsæ suæ se carnaliter coniunxit. Postmodum ad instantiam amicorum suorū, puellā illā adultā in uxorē accepit. & postmodum dum facultas se offerebat, cognoscebat, utrāque: postea uero ad cor rediens, consiliū suæ salutis petiit sibi impendi. eps suus eū misit ad dñm Papam, & ipse scribit eidē dicēs, q non solū a malo, sed ab omni specie mali pcipit Apostolus abstinere. Mādat quatenus prædicto E. pro tāto excessu pœnitētiam imponat: & moneat illū & cōsulat ei, vt de cætero se abstineat ab vtraque: & hoc intellige dictū in iudicio aīæ, sed secus in iudicio ecclesiæ, cū factū sit occultū: Aliud esset si posset probari. Nota, quod nō solum à malo, sed ab omni specie mali abstinendum est. Itē pp cōfessionē coniugum tm̄, non separatur matrimonium, nisi aliæ pbationes accedant.

[Glo. seq. recit. per obiectionem.

C A P. IX.

VEniens † ad Apostolicam sedem E. laicus nobis proposuit, quod cum tempore, infantiæ [a] suæ, quandam puellam se ducturum iurauerit in vxorem, quamcito ad legitimam peruenisset ætatem, pater puellæ confæderatione huiusmodi fideiussorum obligatione, hincinde firmata, [b] eum in propria domo recepit, & nutriuit insimul cum puella, deinde ex conuersatione diutina sorori puellæ carnaliter [c] se coniunxit; tandem amicorum suorum deuictus instantia, quam iurauerat in vxorem [d] accepit, & nuptijs celebratis, quando se illi opportunitas ingerebat, cognoscebat utranque, [e] Verum licet in præsentia tua super hoc fuerit accusatus conuinci tamen non potuit, nec suum uoluit confiteri [f] delictum, nunc autem reuersus ad cor, pænitens de commissis, salutis suæ consilium requirit impendi.

¶ Cum igitur non tantum a malo [g] sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere; Mandamus quatenus prædicto E. pro huiusmodi enormitatis excessu, iniuncta pænitentia cōpetenti, consulas [h] ei, monēs illum salubriter, & inducens, vt de cætero abstineat ab vtraque.

a ¶ Infantiæ.] infantia, dī ante septenniū C. de iure delib. si infanti. Sed tales iurare nō debent, nec tenet iuramentu eorum, cū ipsi nō intelligāt 22 q 5. paruu i. nam, & furtum non cadit in infantē, ff. de fur. impubere. secus post infantiam, si sit do i capax, ut ibi, & ff. de delict. pue. pueris, sed hoc potius vr̄ sumi pro ætate pueri post septimum annum.

b ¶ Firmata.] obligatio, quæ interuenit in matrimonio, non recipit pęnę adiectionē, vt sup. de spō. Gemma. & C. eo. tit. l. vlt. & C. de inuti. stipula. libera. & ff. de verb. oblig. Titia. & licet alienum factum in matrimonio promittatur: tamen promittens non tenetur ad aliud, nisi ut det operam, quam potest. ff. de uerb. obl. stipulatio ista, & l. Titia in prin.

c ¶ Carnaliter, & ideo affinitate interueniente illā, quam desponsauerat habere non potuit de iure, nec illā eādē, quam cognouit, sup. eo. fraternitati. & sup. de spō. spōsam.

d ¶ In vxorem,] de facto: quia de iure non potuit, eo ubi maius præcludente.

e ¶ Vtranque.] addens iniquitatem iniquitati. sim. sup. eo. transmissæ.

1 De materia huius [illegible] vide [illegible] per De[illegible] & Ca[illegible] l. [illegible] reg. iur.

2. Thes. 5.

f ¶ Confiteri,] tamen talis confessio non profuisset, ut matrimonium separaretur in faciæ ecclesiæ cōtractum, nisi aliter probaretur sup. eo super eo.

g ¶ A malo.] sup. de uita, & hone. cle. cum ab omni.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit]

¶ Idē archiepo Strigon.

¶ *Affinitas superueniēs nō dissoluit matrimoniū.*

C A P. X.

TVę † fraternitatis deuotio postulauit, vtrum is, qui cum sorore legitimę coniugis fornicatur, cum vxore possit postmodum commorari, & exigere debitū ac soluere requisitus. ¶ Nos igitur respōdemus, quod vxor, vt a commixtione viri abstineat propter publicam honestatē, [i] † & in continentia maneat, donec vir viā vniuersæ carnis ingressus fuerit, diligentius est monenda. Quod si forte commotionis parere recusans talis fuerit, vt, de lapsu timeatur ipsius, vir eius poterit, & debebit cum Dei timore, debitum ei soluere [k] coniugale; cū affinitas [l] post matrimoniū inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit.

¶ Gregorius nonus episcopo Pictauiensi. †

¶ *Summatum est supra c. proximo.*

C A P. XI.

IOrdanæ † mulieris petitio continebat, quod I. laicus cum ipsa, quæ nondum decimum ætatis suæ

h ¶ Consulas,] hoc intellige esse dictū in iudicio aīæ, ut ad neutrā accedat, & si propterea excōicet, sustineat potius excōicationē, q̄ veniat cōtra cōscientiā, ī.c. si sē exc. inquisitioni; & sup. de resti. spo. līas, sed in iudicio ecclię præcipiet, vt debitu reddat. & ita aliud ē in iudicio ecclīæ, & aliud in iudicio aīæ. sup. de offi. ord. si sacerdos Sed contrariū vr̄ sup. c. pxi. Nō ē cōtrariū: qa q̄rit qd de iure sit ibi faciēdu: & rīdet, q si ita ē se parēt: hic vero cōsulitur in iudicio aīæ, qd sit faciendum cum factū esset occultū, & sic nō cōtradicit: & illa clausula, si res ita se hēt. dēt ibi suppleri, sicut erat in antiqua compilatione.

TVæ.] Cōtinuatio. Secūda pars: ibi, Nos igitur. Abb.

C A S V S. Quidam cōtraxit cū quadā matrimoniū, post cōtractu matrimoniū & cō[illegible] [illegible] sororē vxoris, q̄rit, vtrū possit exigere debitū ab vxore, ac soluere requisitus? Rīdet papa, q uxor monenda est, ut a commixtione uiri abstineat & in cōtinentia permaneat, donec uir eius mortuus fuerit, ppter publicā honestatē: Si aut parere noluerit, & talis fuerit, ut de lapsu eius timeat, si se uir poterit ei debitu soluere, cū affinitas post matrimoniu inique tracta, illi nocere non debeat, quæ in culpa non fuit. Nota quod affinitas matrimonio superueniēs, [illegible] nō dissoluit. Item iniquitas unius alteri nocere non debet. Item non debet quis puniri sine culpa.

i ¶ Honestatem.] id est, affinitatem sup. eo. discretionem. sim. infra c. proxi.

k ¶ Soluere.] sed non exigere i. f. c. prox. & sup. eo. c. 1. sim. inf. de sent. excom. inquisitioni.

l ¶ Affinitas.] sup. eo. discretionem, & inf. c. proxi.

IOrdanæ] Diuidit. In prima parte ponitur mulieris petitio. In sc̄da causæ cōmissio ibi. E. propter. Abbas.

C A S V S. Quædam puella Iordana noie, quæ nondum [illegible]

† Cap. 2. tit. de cōsanguinitate, & affinita. in 3. compilat.

† Vide [illegible] [illegible] 3. [illegible]

† Pictauen.

† Vide citatos in cap. 2 [illegible] & in c. fi. sup. de [illegible]

tudini, quã aliud in scandalũ populi adhibita nouitate statuendum No. q. literæ arboris sunt authenticæ. Item cõsuetudo siue scãdalum præiudicat iuri matrimonij, vt psonas legitimas ad contrahendum faciat illegitimas. Item nouitas contra consuetudinem, ex qua oritur scandalum, est vitanda.

1 Al. ita Stipes vocat ois parens, à quo, &c.

a ¶ Stipite.] stipes 1. appellat cõmunis parẽs, a quo plures descenderũt: sicut Isaac fuit stipes Esau, & Iacob. & stipes non fa[...] gra[...]m. De hoc [...] vi:.

b ¶ Descen[...] [...] hac erg[...] [...] lineas descendentes, sic inf. eo. ca. vlt. & istæ duæ lineæ descendentes vnam faciunt transuersalem.

[Gloss. seq. soluit obiectionem.]

c ¶ Indulgentiam,] q̃ de auctoritate spãl: dñi Papæ facta fuit aliàs non tenuisset, qa solus Papa in tali facto dispẽsat. ỹ. e. ga circa, & s̃. de transla. c. vlt.

† descendẽtem.

d ¶ Quolibet. ỹ. hãc rtam hẽs, j. eo. c. vlt. & intellige vsq; ad lineam æqualitatis, qa in sequentib. gradus adijcitur. 2.

2 Adicitur, legit i antiqs codicib. in recentib. p adijcit abyitur, habet.

e ¶ Proximiorem.] i. pp eum, qui est in gradu proximiori à stipite.

f ¶ Vterq; coniũgẽdorum,] arg. contra. ff. de conit. prin. l. vl. & s̃. de don. c. cum dilectus, i fi. & ỹ. de ver. sig. olim, & j. e. c. vlt. Sol: bñficium principis latissime interpretandũ est ab alijs: sed ab eo, à quo indultũ est vel eius auctoritate potest interpretari, prout ei placet, ff. de l[...]gi. l. & [...], arg. inf de sen. excõ. inter alia, & rõ lrẽ interpretatur indulgẽtiã, qa si obseruabatur de cõsuetudine, vt vterq; esset in sexto gradu a stipite, aliás scandalũ erat, vt inf. eo. c. vlt. & [...]aitur de iure communi. sed hodie non habet locum talis indulgentia, inf. eo. non debet.

vtrũ is, qui à stipite a per descendentem lineam, sex to vel septimo gradu distat, possit ei, quæ ex altera parte per lineam descẽdentem b ab eodem stipite, secundo vel tertio gradu distat, matrimonialiter copulari propter indulgentiam c Apostolicæ sedis, legati, qua permissum est hominibus terræ illius in sexto gradu coniungi? Quod videtur posse fieri, secundum regulam, qua dicitur, Quoto gradu quis distat à stipite, & à quolibet d per aliam lineam descendentium † ab eodem, cum tamen de consuetudine terræ, si quãdo talis casus emerserit, in co[...] propter proximiorem e gradum coniunctos separet, & impediant copulari volentes.

¶ Nos itaque respondemus, quòd indulgentia illa sic est intelligẽda, quòd vterque coniungendorum f distet a stipite sexto gradu. Si vero alter sexto vel septimo gradu distat à stipite, alter autem secundo vel tertio, coniungi nõ debent. g vnde in hac parte consultius duximus multitudini, & obseruatæ h consuetudini deferendum, quàm aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate.

g ¶ Non debent.] quia quanto remotiores sunt à stipite, tanto minor memoria consanguinitatis habetur, quod hic considerabatur, 35. q. 3. de consanguinitate, & c. in copulatione.

h ¶ Obseruatæ consuetudini.] nota, q antiqua consuetudo, quæ tñ non sit à iure reprobata, seruanda est, præcipue ppter scandalum, 8. q. 3. cõquestus, & mos [...]tissimæ vetustatis seruandus est, C. de testa. testamenta, & ff. de pub. vectig. licitatio. §. earum, & s̃. de consuetu.

cum dilectus, & in matrimonio seruat consuetudo, sup. de cog. spi. c. 1. in fi. & c. super eo. Itẽ arg. p scandalo vitando. sup. de reg. c. vlt. & inf. de no. oper. nun. cum ex iniuncto.

i ¶ Nouitate.] nota, nouitates vitandas sup. de consue. cum cõsuetudinis, & 11. dist. quis nescit. 3.

10

¶ Innoc. iij. archiepiscopo, & capit. Tireñ. †

† Tiroñ. Tixeñ. Turonen.

¶ Infideles coniuncti in gradu prohibito à lege canonica, post baptismum non separantur.

CAP. IIII.

De infidelibus.] Cõis diuisio. Secunda ibi, Consultationi. Abbas.

CASVS. Aliqui infideles cõtraxerũt mrĩmoniũ in casu phibito à canone, postmodũ cõuersi sũt ad fidẽ & baptizati: qrit, vtrũ post baptismum dẽat separari? Rñdet Papa, q nõ sunt separandi: quia Dñs à Iudæis requisitus, si liceret ipsis vxorẽ ex quacunque. cã dimittere: ipse rñdit: Quos Deus coniunxit homo non separet, & p hoc dedit intelligere, q mrĩmoniũ sit apud eos. No. q baptismus non separat legitime coniunctos. Item matrimonium est apud Iudæos.

20

De † infidelib. ad fidem conuersis, k vtrum si ante conuersionem suam, secundum legis veteris instituta, circa gradus consanguinitatis a canone l denotatos coniuncti fuerint, separari debeant post baptismum, Consultationi tuæ duximus respondendum, quòd matrimonium sic contractum, non est post baptismi lauacrũ separandum; cum à Iudæis Dominus requisitus, m si liceret vxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit, Quos Deus coniunxit, homo non separet, per hoc innuens esse matrimonium n inter eos.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cõp. Et de materia huius decretalis vide Magistr. sẽt. lib. 4. di. 39. & ibi late per Doctores præsertim B. Th. q. 1. art. 2. & seq.

30

3 Concord. text. in l. in nouis, & ibi gl. & Bar. ff. de cõst. prin.

K ¶ Conuersis.] sup [...]le, quæsiuistis.

l ¶ A canone.] 35. q. 2. c. 1. & 2. c. cõtra dicimus, & in alijs ibidẽ. & q. 5. ad sedem.

m ¶ Dñs requisitus.] 26 dist. deinde opponitur.

Gen. 2. Mat. 19. Mar. 10.

40

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Secundo iteru obijcit, & dupl'r soluit. Tertio iterũ obijcit, & soluit. Vel sic. Successiue tres obiectiones soluit, & secũdan dupliciter.]

¶ Idem Rosañ † archiepiscopo.

† Rosaneñ. [...]. Pisan.

Consanguinei mariti cũ cõsanguineis vxoris licite cõtrahunt. hoc primo. In gradibus prohibitis non possũt matrimonia cõtrahi, ẽt si hoc habeat cõsuetudo, hoc secundo.

50

n ¶ Esse matrimoniũ inter eos.] [...] mrĩ moniũ est inter Iudæos, 4. ibi est indiuidua coniunctio. 27. q. 2. §. 1. sed ipsi separantur dato libello repudij 34. q. 2. non satis, ergo non est matrimonium inter eos. Sed hoc nõ fit sine peccato, in f. de diuor. gaudemus. Item alter infidelium si conuertatur ad religionem, reliquo nolente illi cohabitare sine contumelia creatoris, soluitur matrimonium, infra de diuor. gaudemus, in fi. & c. quanto, ergo nõ est inter eos indiuidua co[...]nctio, & sic non est matrimonium. Sed potest exponi indiuidua, i. apta non diuidi. Vel intellige illam descriptionem de matrimonio rato, & cõsummato, quod est tñ inter infideles. Item alia ratione, non est matrimonium inter eos. Ipsi enim contrahunt eo pro[...]sito, vt cum voluerint separentur dato libello repudij: sed hoc est contra substantiam matrimonij, 32. q. 2. solet aliqñ, supra de condi. app. c. vlt. Respondeo, si hoc

4 De materia hui9 [...]sa, an videlicet sit matrimoniũ inter infideles, & quomodo, vide late per Magistrũ, & Doctores t[...]logos lib. 4. sen. di. 39. & pter B. [...] q. 1. ar[...] [...] ne hãc [...] sam: & qualiter loquat.

60

hoc pactum exprimatur in ipso contractu, nec inter eos nec inter Christianos esset matrimonium: sed non copulantur ex pacto, licet postea abijciant uxores de facto est ergo matrimonium inter eos, sed non ratum inf. de diuor. quãto.

Qvod sup.] Sunt duo dicta. Secũdum ibi. Ne autem. Abb. Sic.

† Cap. 2. eo. t. in 3. cõp.

CASVS. Pater, & filius cõtrahũt mr̃imonium cum matre, & filia, duo cognati cũ duab. sororib. q̃rit, quid iuris? Rñdet Papa. ꝙ oẽs consanguinei vxoris sint affines viri, & econuerso: tñ inter consanguineos viri & cõsanguineos mulieris nulla affinitas est contracta, per quam inter eos mr̃imonium dẽat impediri. Itẽ in fine ĩcipit vt if. gradus phibitos nulli dẽat mr̃imoniũ contrahere nõ obstãte aliqua consuetudine, quæ est potius corruptela. No. quod nulla affinitas est inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris. Itẽm consuetudo non excusat in delictis.

† alias: cõtrahũt mr̃i... taliter ... &c.

† Vide cõci. Trid. c. 4. de refor. ma tri. c. 5.

a ¶ Impediri.] affinitas. n. contracta inter cõsanguineos viri, & vxorẽ ipsius, non trãsit ad consanguineos uxoris: nec econuerso, vnde possunt legitime copulari.

b ¶ Non obstante cõsuetudine.] ergo consuetudo non excusat in mr̃imonio, sup. de spõ. du. c. vlt. arg. contra. sup. de cogn. spi. c. j. & c. super eo. 32. quæ stio. 4. obijciuntur, sed consuetudo

† Vide l. oẽs iudices. C. in gen. l. C. de dec. lib. 10.

CAP. V.

Qvod † sup his, & inf. ¶ Super eo igitur, ꝙ pater, & filius, cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auunculus, & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia, † Taliter tibi duximus respondendum, quòd licet omnes consanguinei viri sint affines vxoris, & omnes consanguinei vxoris sint viri affines, inter consanguineos tamen vxoris, & uiri ex eorundem, scilicet viri, & vxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos, matrimonium debeat impediri. [a]

¶ Ne † autem infra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publice inhibere, & præsumptores ecclesiastica districtione punire, non obstante [b] consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela. †

¶ Idem.

¶ Non ualet dispensatio obtẽta à Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi causa falsa sit expreßa, nisi postea eã Papa confirmaret. h. d. secundum verũ, & communẽ intellectum.

quãq; pp scãdalum legitimas personas ad contrahẽdum facit illegitimas, & sic loquuntur illæ decr. sup. de cogn. spi. & c. obijciuntur, non contradicit, quia quãdo ... erat, crimen non erat contrahere cum illis personis, sed modo est, sed consuetudo quantumlibet longa, non põt psonas illegitimas ad contrahendum facere legitimas. prout hic intelligitur, nulla consuetudo posset facere matrimonia inter consanguineos licita: immo quanto plus simul essent, tanto grauius peccarent, int. eod. non debent, sed econuerso bene, vt in c. super eo. vbicumq; consuetudo rationabilis est, & potest seruari sine mortali peccato, & sine scandalo, iuri præiudicat. Exemplum habes, sup. eo. quod dilectio. & sup. de cogn. spi. super eo.

Qvia circa.] Primo recitat dispensationẽ, & eã tacite damnat. Secundo ibi, Cum tñ, tolerat dispensationem ex causa falsa. Abb. Sic.

CASVS. Quidam nobilis contraxit matrimonium cum quadam muliere, quæ ipsum attingit quinto gradu consanguinitatis, de qua filiam unicam suscepit:

tandem mortua fuit ipsa filia: post mortem filiæ supplicauit nobilis dño Papæ, ut fauore filiæ, quam de ipsa susceperat, dispensaret, ut insimul possent remanere: & sic allegata falsa cã dispensauit, ut insimul remanere possent: eps loci uisa indulgentia, cum obtenta esset ex cã falsa dubitauit, vtrum possent prætextu hui' indulgentiæ sic remanere: Significauit hoc dño Papæ, addens, quod ex separatione illorum magnum scãdalum imminebat: Rñdet Papa, quod ipse poterit dissimulare, vt remaneat in copula sic cõtracta, ppter scãdalũ quod imminebat, si separentur. No. quod ppter scãdalum toleratur dispẽsatio ex falsa cã concessa. Item fauore filiorum dispẽsatur in gradu prohibito.

CAP. VI.

Qvia † circa, & infra, ¶ Porro de nobili viro N. pro cuius dispensatione, indulgentia scilicet remanendi eum ea, quæ ipsum quinto [c] consanguinitatis gradu contingit à sede Apostolica [d] obtinẽda, falsa [e] nobis causa fuerat allegata, proles videlicet; Cum tñ ante dispensationem obtentam, vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuersæ carnis ingressa, prout tua consultatio continebat; Dissimulare poteris, vt remaneat in copula sic contracta, cum ex separatione (sicut asseris) graue videas scandalum imminere.

† Quia ... ad ... inter ... prohibitos ... ceterum ... c. no. de ... c. co.

c ¶ Quinto.] hodie nõ est necesse in quinto gradu aliqua indulgentia inf. eo. non debet.

[Gl. ... non ... inra. signat cõtrariũ, & ibi remittit.]

d ¶ A sede Apostolica.] no. quod ... Papa põt dispensare circa grad. consanguinitatis, & nõ legatus, sup. de trãsac. c. vlt. & 35. q. 3. q̃dã lex, & c. scripsit 27. q. 2. erat. Et ar. contra. sup. eo. ꝙ dilectio. ibi ...

[Gl. ... q ... tas ... ꝙ soluit.]

e ¶ Falsa nobis cã.] no. ꝙ falsa cã allegata non vitiat [1] dispẽsationẽ: sic & falsa cã non impedit religionem, sup. de conuer. coniug. ex parte 2. & falsa demonstratio

¶ Idem.

¶ Testes, qui de cõsanguinitate deponũt, computationẽ debent à stipite uel germine incipere.

non perimit legatum. C. de fal. cau. adiec. leg. l. 2. & ff. de cond. & demon. l. falsa demonstratio, & ... tale, §. falsum. Inst. de leg. §. huic proxima, & §. longe. & ff. de leg. j. si sic, §. 1. Item causa semel probata siue uera, siue falsa, concessum ex illa causa non reuocatur. Instit. quibus ex causis manumit. non licet, §. semel. [2] Sed contra videtur, quod nisi ex tali dispensatione non sunt securi quia tacita ueritate, & falso suggesto dispensatio est obtenta: unde non debet valere. sup. de rescrip. super litteris. & expressum videtur inf. de sent. ex com. cum pro causa. ubi de hoc, sic & in voto, & sup. d fi. instr. quod super, & 2. q. 3. c. si quem, §. notandum. A. g. est in hoc quod dicit; dissimulare, quod falsa causa non vitiat dispensationem. Item habes hic, quod proles est causa dispensandi in gradu prohibito, sic 35. q. 8. c. 1. & ff. de ritu nup. qui in prouincia, non credo ꝙ valuisset ista dispensatio sic obtenta, nisi hæc decr. postea emanasset. & ita ex ista dissimulatione, ex causa, quæ hic subijcitur, licite poterant simul esse: alias non essent tuti.

1 In hoc ... tionem, de quo vide latius hic per Doctores.

2 In libertate loquit. Et dicit Host. ꝙ oĩa illa cõtra ... specialia, ... ex ipsis pater, quæ sunt fauorabil ora ... in tali dispensatione, ... est odiosa.

Tuã

cõpleuerat decimũ annũ, cõtraxit cũ quodã p uerba de futuro, & eã inf. spatiũ eiusdẽ anni carnaliter cognouit, & postmodũ matrẽ ipsius in vxorẽ accepit, & carnaliter cognouit eandẽ: Vñ petebat dicta Iordana à domino papa sibi sup hoc puideri, cũ sine culpa sua iure suo priuari non debeat: nec valeat cõtinere: mãdat Papa epo diecesis, quatenus si ita res se habeat, vtrũq; ipsorũ moneat, & inducat ad ppetuã cõtinentiã obseruãdam: q si ad hoc induci nequiuerint, iniuncta pœnitencia cõpetẽti viro ipsius, per censurã ecclesiasticam conpellatur, vt eidẽ mulieri cohabitet, & cõiugale debitũ reddat exactus No. q malitia supplet ætatẽ. Itẽ affinitas superueniẽs matrimonio ipsum non dissoluit. Itẽ nemo iure suo sine culpa priuari debet.

a ¶ Carnaliter cognita.] & sic statim fuit matrimoniũ, malitia supplente ętatẽ. sup. de despon. impub. à nobis: &c. vlt.

[Glo. seq. alleg. 3. concor. & 3. iura in cõtrariũ, & soluit.]

b ¶ Sine sua propria culpa] null° sine sua culpa iure suo dẽt priuari. sim s. eo. discretionẽ. 56. dist. satis puersũ. 16. q. vlt. iuẽtũ. Arg. cõtra. sup. vt lit. nõ cõte. qm̃ fre quẽter, §. si vero l fi. & inf. de priuile. antiqua. contra. 22. dis. renũuãtes, sed ibi cã subest quare puniuntur sine culpa.

c ¶ Pœnitentia.] & maior dẽt imponi p adulterio. sup. e. c. 2. qa īcestus vincit adulterium 32. q. 7. adulterii.

d ¶ Exactus,] sed exigere ipse nõ dẽt. sim. sup. eo. c. 1. & c. trãsmissæ. & post mortem vxoris istę contrahere non debet sup. eo. c. 2. & c. ex litteris.

x Vide beati Tho. 2. 2. q. 154 art. 8 & 6.

† De materia huius tituli vide Ma[...] trum, & Theologos li. 4. sen. dis. 40. & 41 vbi [...]llime [...]icus So[...] addc v: [...] ōcil. Trid sess. 24. de reforma matr. cap. 54. & 5.

† Cassinẽ. Canon.

annum compleuerat, per verba de futuro contraxit & ea infra eiusdem anni spatium carnaliter cognito, a matrem ipsius sibi matrimonialiter copulare, & ad damnatæ commixtionis amplexus procedere non expauit. & infra.

¶ Quare præfata I. supplicauit, vt cum carnis stimulis resistere nequeat, sibi (ne iure suo sine sua b propria culpa fraudetur) prouidere salubriter digna remur. Ea propter mandamus, quatenus (si res ita se habet) vtrumque ipsorũ ad vouendam perpetuam continentiam attente moneas & inducas, & si ad ea induci nequiuerint, memoratum I. (iniuncta ei primitus pro commisso incestu pęnitentia c competenti) vt eidem cohabitet, & coniugale debitum reddat exactus, d ecclesiastica censura compellas.

TITVLVS XIIII.

De cõsanguinitate † & affinitate.

¶ Alexãder iij. Cassinẽ. abbati.

¶ *Separatur matrimonium contractum inter affines primi generis, & quarti gradus.*

CAP. I.

EX † litteris tuis accepimus, quod cum quidã secreto quã dam viduã subarrhasset, e & carnaliter cognouisset, & infra.

¶ Tandem cum vir paratus esset eam in conspectu ecclesiæ subarrhare, surrexerunt duo proponentes, quod iste, qui eam subarrhare volebat priorem virum quarto gradu f consanguinitatis attingit, unus autem ita se audiuisse iurauit, alius noluit id iuramento g firmare, & infra.

¶ Nunc quæstio prima reuixit, & iurauerunt duo coram h archipresbytero Plumbarolæ, † quod primus vir fuit supstiti quinto consanguinitatis i gradu coniunctus. Quocirca mandamus, quatenus vtraque partem ante tuam præsentiam conuoces, & facias testes coram k te iurare, & infra.

Inquisita vero diligẽtius veritate, si p testes ent cũspectos omni exceptio[ne]

CASVS. Quidam secrete subarrhauit quandam uiduam per annulli immissionem, & eam carnaliter cognouit: Tandem cum uellet in conspectu ecclesiæ cum ea contrahere, duo proposuerunt, q eam habere non poterat in uxorẽ, ex eo q priorẽ uirum attingit quarto gradu consanguinitatis: vnus illorũ iurauit, q ita audiuit, alius noluit illud iurare & sic publice cõtraxerũt. Postmodũ venerũt alij duo, & iurauerũt q primus vir fuit isti supstiti qnto consanguinitatis gradu coniunctus; Dubitabatur, quid esset in hoc casu agendũ: consultus papa mandat cuidam abbati, quatenus vtrãq; partem ante suam præsentiam conuocet, & testes iurare faciat coram ipso: & si per testes legitimos cõstiterit, q primus vir attinet viro supstiti quarto gradu illos debeat ab inuicẽ separare: quia (vt dicunt canones) mulier illa non poterit aliquẽ habere de cõsanguinitate prioris viri vsque ad quartum gradum; In fin. dicit, q causæ matrimoniales nõ sunt tractandæ per quoslibet, sed per viros discretos, qui potestatẽ habeant iudicãdi, & qui sciant canones. Nota q causæ matrimoniales tractari debent tñ p iudices habẽtes iurisdictionem ordinariã, vel ẽt delegatã, & non p arbitros. Item tractari debent per tales, qui sciant canones.

e ¶ Subarrhasset.] sim. sup. d dspo. impub. c. vlt. vbi d hoc.

f ¶ Quarto gradu cõsanguinitatis.] vnde mulier illum habere non poterat. cum esset ei affinis: i primo genere affinitatis, & in quarto gradu. 35. q. 5. porro.

g ¶ Iuramento,] & sic matrimonium contraxerunt publice & in facie ecclesiæ 2.

h ¶ Coram archipresbitero.] forte ad hoc delegato, uel de loci consuetudine, quæ tribuit iurisdictionem, sup. de offi. archidia c. vlt. & C. de emancip. l. 1. & vlt.

i ¶ Quinto consanguinitatis gradu,] primo dixerunt de quarto. non nocet, quia aliud iudicium fuit illud: nec fuit aliquid probatum.

[Gl. seq. obiicit, & dupliciter soluit, ar. & reprobat.]

K ¶ Corã te iurare] sed quare post publicationem iterum inducũt testes, cõtra illud in Aut. de testi. §. illud col 7. & sup. de testi. fraternitatis: Dicunt quidã, q hoc ẽ speciale in matrimonio. Vel dicas q non iurant iterum, quia

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cõp. & post cõci. Lateranẽ. sub Alex. 3 par. 6. ca. 9.

† Plumbarolæ

2 Et dicit Ho. q ad dictũ vnius nõ debuit separari, cũ iam h[...] cẽt cõtra [...] de [...]

De hac materia tractatur 25 q. 1. & q. 2. & q. 4. & q. 5. & q. 8. & 10 per totum.

DE CONSANGVINITATE, & affinitate.

¶ Viso de cognatione spirituali & legali, & de proximitate quadam, quæ contrahitur ex copula cum consanguinea vxoris, merito restat videre de cognatione carnali, quæ consistit in consanguinitate, & affinitate, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abbas.

EX litteris. Sunt tres partes. In prima casus narratio. in scda respõsio ibi. Quo circa. In tertia [...] ibi, Cæterum. Ab[...].

quia isti erant accusatores: vnde necesse habebant testes producere, & nulli testes inducti fuerunt in causa ista, & hic no. arg. quod in causa matrimoniali iterum recipiuntur testes post publicationem arg. ad hoc sup. de spon. sicut, in fi. & sup. de coniug. ser. c. vlt. & s. de proba. causam matrimonij, sed hoc nō bene col. ligitur hic.

a ¶ Maiores,] illi dñr oī exceptione maiores, q repelli nō possūt aliqua exceptiōe. [Glo. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Quarto gradu.] sed quare dicit Papa, q separantur, si sunt in quarto gradu vir iste, & maritus pmortuus? nonne idem esset, si essent, in quinto, vel vlteriori secūdum illa tempora? Dic q dispensatiue tolerantur in quinto, & vlteriori: si ignoráter cōtraxissent. 35 q. 8 ē gradibus, & iō dicit q separentur in quarto, & non in quinto, vel vlteriori. Ber.

c ¶ Vt canones.] 35. q. 3. æqualiter, nullū de propinquis, in fi.

d ¶ A cōsanguineis vxoris,] ind dicit. si cōtraxisti sponsalia r. siue matrimoniū cū [illegible] cōsanguinitate illius, & econuerso illa spōsa vel vxor tua te mortuo nulli poterit hīc de consanguinitate tua. sup. de sponsa. sponsam, sic ergo mulier ista nō poterit illum habere. qui fuerat priori viro suo in quarto gradu; siue in quinto vel in vlterioribus coniunctus, secundum antiqua iura hodie vltra quartum non impeditur. inf. eo. non debet.

[Glo. seq. no at & argu. iterum. arguit cōpromitti non posse. &c. & duas rationes reddit.]

e ¶ Potestatem.] no. quod duo exiguntur ad cognoscendum, & iudicandum de causa matrimoniali, s. scientia canonum, & q habeat iurisdictionem ordinariā, vel delegatam arg. 2. q. 6. [illegible] §. 1. arg. q causa non est delegenda nisi perito, & exercitato arg. 2. q. 2. c. vl. de pen. dist. 6. c. 1. in prin. & C. de iudi. certi. Item habes hic argu. q de causa matrimoniali non potest in arbitrū cōpromitti, & expressum est de transact. c. vlt & s. de resti. in integ. c. penul. in fi. & ar. ff. de arbit. non distinguemus [illegible], & §. seq. 2. & potest esse ratio: arbitrium enim non constringit, nisi metu pœnæ C. de arbit. l. r. & pœna non debet apponi in matrimonio, sup. de spon. Gema. cum libera esse debeant esse, & ne alia via fiat, quod alia via prohibetur, sup. de procur. tue. cū suis concor. Vel quia matrimonium Deo auctore fuit institutum, inf. tit. prox. c. vlt. & ita non potest dissolui quo ad ecclesiam, nisi per illum, qui habet auctoritatem cū iurisdictione, quam non habet arbiter.

Super eo.] Communis diuisio. Secunda ibi. Inquisitioni: Abbas Siculus.

CASVS. Quidam iuuenis contraxit spōsalia de futuro cū quadā puella, quæ non erat nubilis ætatis: sed facta nubilis petijt illum: & ipse excepit dicens, q illam habere non potest, pro eo, q postq affidauit illā, consanguineam eius carnaliter cognouit. Consultus papa rñdet, q si manifestum est q illam cognouit: vel ēt si non sit notoriū, fama tamē loci hoc habet, ille debet ab impetitione ipsius absolui, cum fuerit sponsa tantummodo, de futuro. No. q affinitas sponsalibus superueniens dissoluit ea. Itē fama impedit matrimoniū contrahendū.

---

ne maiores [a] inueneris, quod primus vir superstitē quarto gradu [b] consanguinitatis attingit, † non differas diuortij sententiam promulgare: æque enim (vt canones [c] dicunt) abstinendum est, à † cōsanguineis [d] vxoris, vt proprijs. ¶ Cæterum tuam prudentiam volumus non latere, quod nō sunt causæ matrimonij tractandæ per quoslibet, † sed per iudices discretos, qui potestatem [e] habeant iudicandi, & statuta canonum non ignorent.

¶ Vrbanus iij. Burdegalen archiepiscopo.

¶ Affinitas superueniēs, de qua saltem constat per famam, soluit sponsalia de futuro.

CAP. II.

Super † eo, quod iuuenem asseris puellam quandam nondum [f] nubilem fide: [g] interposita desponsasse quæ iam facta nubilis eum repetit, & ille excipi dicens, se non debere eam ducere, pro eo quod postquā puellam affidauit [h] eandem, carnaliter propinquam ipsius cognouit. ¶ In quisitioni tuæ taliter respōdemus, quod si manifestū [i] est iuuenē cognouisse [k] propinquam prædictæ puellæ, vel si non est manifestum, fama [l] tamē loci hoc habet, cum esset sponsa tantummodo de futuro, idem ab eius impetitione debet absolui.

¶ Cœlestinus tertius.

¶ Si dispensatur cum aliqua, vt possit contrahere in certo gradu aliàs prohibito, requiritur quod vterque contrahentium toto gradu distet à stipite, præsertim si hoc habet consuetudo.

CAP. III.

Qvod † dilectio: & infra. ¶ Quæsiuisti,

f ¶ Nondū nubile.] legit. [illegible] tamen [illegible] ad spo[illegible].

g ¶ Fide.] i. iuramēto. Ex quo mulier fortius ius quæsiuit petē di illum arg. s. de spō sa. præterea.

h ¶ Affidauit.] 3. p verba de futuro.

i ¶ Manifestum] ita notorium. 2. q. 1. de manifesta.

K ¶ Cognouisse.] si cognouit propinquā illius, soluta fuerunt spon. s. ti. prox. ca. 2. & c. ex litteris.

[Glo. seq. inter famam, & dictū vnius ponit vnam differentiam & vnam conuenientiam.]

l. ¶ Fama.] no. q fama [illegible] s. de sponsal. cum in tua, & plus facit fama hic, quàm dictum vnius, vbi iuramentum interuenit. s. de sponsal. præterea. alias dictum vnius sicut, & fama, impedit matrimonium contrahendum. s. de testi. super eo. §. 1.

Qvod.] Primo ponit casum, secundo allegat pro, & contra ibi. Quod videtur, tertio respondet ibi, Nos itaque. Abb. Sic.

CASVS. Quidam legatus auctoritate domini papæ fecit quandam indulgentiam hominibus suæ legationis, vt possent contrahere matrimonium sexto gradu: Duo, scilicet vir, & mulier, volebant contrahere matrimonium: vnus distabat à stipite per lineam descendente in sexto gradu. Mulier ex altera linea distabat, secundo vel tertio gradu; Quæritur, vtrum possint insimul aliter copulari propter indulgentiam prædictam: quod videtur posse fieri secundum regulam illam, qua dicitur: Quoto gradu distat quis à stipite, & quolibet per aliam lineam descendentium ab eodem: consuetudo tamen illius terræ est, quòd si aliquando talis casus inciderit, homines illi propter proximiorem gradū coniunctos separant, & impediunt copulari volentes: Rñdet papa, q indulgentia illa sic est intelligenda, quod vterq; coniungendorū distet à stipite sexto gradu, & ita in casu præmisso cōiungi nō [illegible]: Vnde in hac parte potius deferendū est multitudini, & obseruatæ consuetudini.

Marginalia: † contingit. | j In vij. codicib. manu scriptis ita à cōsanguineis vxoris, & pro proprijs. | † Tractari debē per iudices ecclesiasticos cō ci. Trid. ses. 24. de sacramen. matri. cano. 12. | 3 Vide cōci. Trid ses. 24. de refor. ma tri. c. 3. & ci [illegible] | † Cap. [illegible] in 2. cōp. | 2. De famoso delicto vel publico crimine, cū libertatis ingenuitatis vel libertinitatis non compromittitur [illegible]. | 3 Hæc glossa non extat in antiquis codicibus. | † Cap. [illegible] dū est, [illegible] decretum [illegible] ci. Late. [illegible] Inn. 3 qui [illegible] hoc tit. [illegible] debet.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

TVa nos.] Cōis diuisio. Secunda ibi, Nos igitur. Abb. CASVS. Quidam contraxerunt matrimonium in gradu prohibito, accusatum fuit matrimoniū ppter consanguinitatem. inducti fuerunt testes ad matrimoniū dirimēdū propter consanguinitatē: q inceperunt cōputare consanguinitatē ab auunculo, & filio fratris, uel sororis: Quærit̄, vtrū tale testimoniū sufficiat ad dirimēdū matrimonium: Rńdet Papa, q cū matrimonium sit res fauorabilis, testes inducti ad probandū consanguinitatē, deberent incipere a stipite, id est: à parentibus vel fratribus, & sic per ordinē distinguere gradus, noībus vel æquipollentibus indicijs designando psonas ab utroque latere: qa cū frequēter phibeāt testimoniū de auditu, & illud sit minus validum, non ē in hoc articulo laxanda facultas, quia eua rōne inciperēt à secundo gradu, eadē rōne inciperent ab ulterioribus. Not. q matrimonium res sa uorabilis e. Item in computatione cōsanguinitatis incipiendum e. à stipite, uel à duobus fratribus. Itē iudicia quædam æquipollēt proprijs nominibus. Item testimonium de auditu e. minus ualidū.

a ¶ Multū fauoris.] sup. de [illegible] appel. c. vlt. it. q. mat. accus. possunt, uidetur.

b ¶ Vel germanis.] [illegible] sup. de testi. series. & c. licet, in prin. & 35. q. 6. c. 1. & [illegible] ergo patet, quod omnes gradus & personæ sunt designandæ 35. q. 6. de parentela, sup. de testi. licet.

c ¶ AEquipollentib.] non re ert an proprio nomine, vel per circumlocutionem expressam aliquid exprimatur, quod æquipolleat proprio nomini, sup. de testi. licet, & ff. si cer. peta. certum.

Ca. 2. e. tit

† Ca. 2. e. tit in 4. compi. Et quatenus agitur de testimonio de auditu. vide plene per Crauett tra. de antiquitate temporis par. 3. 1 circa finē. vers. viso de fama. nu. 304. cum multis. seq. adde oīno tex. cum ibi notatis in c. licet ex quadā sup. de testibus.

† Scđa, [illegible] in antiqs [illegible]

CAP. VII.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, vtrum illorum sufficiat testimoniū ad matrimoniū dirimendum, qui consanguinitatis gradus ab auūculo & nepote, videlicet fratris filio, vel sororis inceperint computare? Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod cum coniugium multum fauoris a obtineat, testes, qui ad diuortium celebrandum producti consanguinitatis gradus computant, a stipite debent incipere, id est, à parentibus vel germanis, b & sic per ordinem distinguere gradus, nominibus proprijs, uel æquipollentibus c iudicijs designando personas: præsertim cum sæpius testimonium perhibeant de auditu, quod quia minus est validum, non est in articulo huiusmodi nimium laxanda facultas, cum qua ratione computationem inciperent a secundo, † eadem ab vlterioribus inchoarent.

¶ Idē in cōcilio † gñali.

CAP. VIII.

NOn † debet reprehēsibile iudicari, si secūdum varietatem temporū, d statuta quandoque variētur humana, præsertim cū vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit, quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento, statuerat, nonnulla mutauit e in nouo.

¶ Cum ergo prohibitiones de cōiugio in secūdo f

et tertio gñre affinitatis, & de sobole suscepta ex secūdis nuptijs nō copulāda consanguineis viri prioris, difficultatē frequēter inducāt, & aliqñ periculū pariāt aiarū, cū cessāte cā cesset effect9, cōciliū illud hmōi pbationes reuocat, & statuit, vt sic cōtrahētes de cætero libere copulentur. In secunda parte dicit, q phibitio copulæ cōiugalis de cetero nō extēdatur vltra quartum gradum cōsanguinitatis, & affinitatis: quia in ulteriorib. non pōt absque periculo hmōi phibitio generaliter obseruari, ostēdens hoc quasi naturali ratione, Quaternarius enim numerus bene cōpetit phibitioni corporalis coniugij, de quo dicit Apostolus, q vir non habet potestatē sui corporis, sed mulier, & ecōuerso, q a quatuor humores sunt in corpore, q cōstant ex quatuor elementis, & in istis quatuor gradib. ita debet inhibitio, matrimonij ppetuo obseruari, non obstanti bus antiqs prohibitionibus sup hoc pmulgatis, vt si aliqs cōtra hmōi phibitiō nē præsumpserit copulari, nullo tractu tpis defendatur, cum diuturnitas tēporis peccatū nō minuit, sed auget. Nota, q sm varietatē tēporu iura variantur. Item cessānte ambitione cessat effectus. Item prohibitio matrimonij ultra quartum gradum non extenditur. Item nota ius antiquum innouari. Item diuturnitas temporis non excusat à peccato.

¶ *In secundo, & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole suscepta ex secundis nuptijs, quæ olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viris. Et prohibitio coniugij vltra quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum non extēditur. h. d. iste textus, qui quotidie allegatur, & est singularis in materia sua.*

† Idē. c. Innocēt. iij. ī cōcilio gñali Lateran. c. 50. & c. 3. eo. tit. in 4. compilat.

† Vide Dñi. Sot. li. 4. sen. di. 40 q. vnic. ar. 4. vbi late, & Durā. di. eadē q. 1.

NOn debet.] Diuiditur primo excusat correctionē iuris antiqui. Secundo ibi, Cum ergo, excusationem declarans, in duob. illud tollit. Tertio restringit, restrictionis cām reddens, ibi, Prohibitio. Quarto prohibitionem restrictam fortificans, constitutiones contrarias tollit, & causas reddit ibi, Cum ergo. Abb. Sicu.

CASVS. In Prima parte huius constitutionis præmittit concilium cām ipsius constitutionis, dicens, q non det reprehēsibile iudicari, si sm varietatem temporum, statuta qñq; varient humana, maxime cum urgens necessitas uel euidens utilitas hoc exposcit, & hoc pbat exemplo Dñi, qui ex his, quæ in ueteri testamēto statuerat, nonnulla mutauit in nouo: Quia ergo prohibitiones de matrimonio contrahendo in secundo, & tertio gñre affinitatis, & de sobole suscepta ex secūdis nuptijs nō copulāda consanguineis viri prioris, difficultatē frequēter inducūt, & aliqñ periculū pariūt aiarū, cū cessāte cā cesset effect9,

d ¶ Statuta.] 29. di. scientiam. 3. di. sit autē, 32. q. 4. ¶ nis ignorer. & c. obiic untur, & 23. q. 8. occidit, & sup. de transla. cap. ult. & inf. de senten. excomm. super eo.

e ¶ Mutauit.] de pœni. dist. 1. nouit. Deus. 22. q. 4. incōmutabilis.

[Glo. f. declarat. quid sit primum, sm, & tertium genus affinitatis. & [illegible] sic dicatur Secundo quærit, argu. pro. & contra. & soluit.]

f ¶ In secundo, & tertio.] vt melius intelligas hāc literam, uideas quid sit primum genus affinitatis, quid sm. & tertium genus. Primum, sm, & tertium inuenire debes per hanc regulam: Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, & non gradum: genus dico attinentiæ: verbi, gratia. Ego, & frater meus sumus consanguinei in primo gradu cōsanguinitatis, frater meus duxit vxorem. illa est persona addita personæ per carnis copulam, illa mutat genus attinentiæ. dicit, alio genere attinentiæ attinet mihi, quam frater meus quia ille

† Demateria huius glossæ videlicet per Hostiēsē in sum tit de affin §. quot sunt gna. & §. quid ter ipsa genera.

† Vñ versus, [illegible]

10 20 30 40 50 60

& tertio affinitatis genere minime contrahendo, et de sobole suscepta ex secundis nuptijs, [a] cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum: cum cessante prohibitione, cesset effectus: constitutiones super hoc editas, sacri approbatione concilij reuocantes, [b] præsenti constitutione decernimus, † vt sic contrahentes de cætero [c] libere copulentur. Prohibitio † quoque copulæ coniugalis, quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero non excedat, quoniam in vlterioribus gradibus, iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius verò numerus bene congruit prohibitioni coniugij corporalis: de quo dicit Apostolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor [d] sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis.

¶ Cum ergo iã vsq; ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis, vt si quis contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla [e] longinquitate defendetur annorum, cum diutur

quia ille est mihi consanguineus, & illa est mihi affinis: sed non mutat gradum: quia sicut frater est mihi consanguineus in primo gradu, sic, & illa mediante fratre meo, est mihi affinis in primo gradu primæ affinitatis. Ergo si vis habere primum genus affinitatis, [?] adde per carnis copulã alicui de tua consanguinitate aliquã psonam, & illa psona est affinis oĩbus consanguineis viri sui, ĩ primo genere affinitatis, & hoc genus tm̃ hodie prohibitionẽ habet: vnde mortuo viro illius mulieris, puta fratre tuo, illa non poterit habere aliquem de consanguinitate viri sui, ergo patet q͂ oẽs consanguinei, & consanguineæ vxoris meæ, sũt mihi affines ĩ primo genere affinitatis. Si vis habere secũdũ genus affinitatis, adde psonã p carnis copulã primo generi, hoc modo: Vxor fratris mei est mihi ĩ primo gñre affinitatis: mortuo fratre meo adde illi aliũ virũ. & ille erit mihi affinis in secũdo gñe affinitatis: & ille secũdã amiserat vxorẽ, mortua illa, non poterat accipere aliquam de consanguinitate prioris mariti vsq; ad quartũ gradum. Et de isto secundo genere habes 35. q. 3. de propinquis, sed hodie nõ prohibetur, vt hic dr̃. Si vis habere tertiũ genus, adde personã personæ per carnis copulam secũdo gñri, & sic hẽs tertium genus verbi gratia: Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta, maritus eius, qui est tibi in secundo genere, accipit aliã. Illa est tibi in tertio genere, & illa olim mortuo viro suo, nõ poterat copulari alicui de cõsanguinitate tua, cum illa esset tibi, & cõsanguineis fratris tui in tertio gñre vsq; ad secũdũ gradũ. De hoc gñe hẽs 35. q. 3. porro. & primũ gen⁹ cõtrahit tm̃ ex vna parte, sm̃ & tertium genus quoq; ex vna parte, vt in p dictis exẽplis, qñq; ex vtraq; parte & ĩ vxoribus duorũ fratrũ, quæ sunt inter se in secũdo gñe ex vtraq; parte a pposito altero fratre mortuo, si illa copulatur alteri, ille erit ĩ tertio gñe vxori alterius fratris. Primũ genus dr̃, q͂a primo emanat de consanguinitate. vel q͂a vna persona mediãte cõtrahitur. Scd̃m dr̃, quia secũdo loco emanat post primũ, vel quia duab. personis mediantibus. Tertiũ, quia in tertio loco, vel quia tribus personis mediãtibus emanat: sic intellige quod hic dr̃. Sed nunquid publica honestas [2] est sublata? vr̃ q͂ non: q͂a de ea nihil dixit. Sed cõtra vr̃ per c. 35. q. 3. porro, vbi phibet sm̃ genus, & præter illud impedimẽtũ, ẽ ibi publica honestas, vt in vxorib. duorũ fratrũ, siue cõsobrinorũ sed sm̃ genus remotũ est: ergo illa publica honestas põt dici q͂ vbi publica honestas simul incidit in eũdem casum cu secundo vel tertio gñe, vt in vxorib. duorum fratrum siue cõsobrinorũ, vno sublato tollitur & aliud per hãc constitutionẽ: quoties enim vitium ex vna ẽt radice nascit, cõsequens est, vt vna lege tollat. C. de nupt. in l. vlt. in fi. & ff. de iureiur. de obus. §. colonus, & ff. arbor. furt. cæ l. si colonus. arg. & alia publica honestas, vt soboles suscepta ex secundis nuptijs non copulanda cognationi viri prioris sublata est, vt statim dicit sequens littera, alias verò publica honestas adhuc est, sup. de spon. impub. duo pueri.

a ¶ Secundis nuptijs.] hoc ita intellige frater meus hẽt vxorem: eo mortuo relicta eius cõtrahebat cum secundo, soboles nata de illis secũdis nuptijs nõ poterat olim cõputari alicui de cõsanguinitate prioris mariti & hoc pp publicę honestatis iustitiã, quæ hodie sublata est in hoc casu. . . . . derat. ff. de ritu. nup. semper, & ideo frater ipedit sumere spõsã fratris pp publicam honestatẽ: quia scriptum est, spõsam fratris frater habere nõ põt s de spon. ad audientiam, & ar. ad hoc, ff. de adop. qui ĩ adoptionem. Ioan. dixit, q͂ publica honestas in omnibus est sublata, nisi in spõsa de futuro, ergo intelligo esse tantũ sublatam in casibus omnibus, qui hic ponunt, & non in alijs.

[Casus.] . . .

b ¶ Reuocantes.] Gregorius tñ . . . . . . 35. q. 1. . . . . & ab alio quam a successore Gregorij.

[Cass. seq.] quærit, soluit: solutioni opponit. & in solutione persistit.

c ¶ De cætero,] sic ergo vr̃, quòd matrimonium illorũ qui ante constitutionẽ istã contraxerant in quinto, vel in sexto gradu. non confirmetur hic, quia constitutiones matrimonij non trahũtur ad præterita matrimonia, 35. q. 3. de incestis, & 31. dist. ante triennium. & generaliter constitutiones non trahuntur ad præterita, nisi hoc ibi dicatur. sup. de constitutio. c. vlt. Sed pone quod post istã constitutionem publicatam simul steterunt scienter? Dico quod hoc ipso intelligũtur ratum habere matrimonium, ar. sup. de coniug. seruorum, proposuit, & sup. de despon. impub. litteras, & c. accessit, ff. de ritu nupt. si quis in senatorio, quia & si primus consensus nullus fuit, postea põt est confirmari, in Auth. de nup. §. si vero ab initio, coll. 4. Sed videtur quod verba necessaria sint, sup. de sponsalibus, tuæ, & 29. q. 2. si quis ingenuus. & nouus consensus acquiritur. sup. de eo qui dux. in matri. c. ueniens, nisi expresse consentiat, antiquus consensus uidetur perdurare, qui nullus fuit, ff. de preca. sed si manente, ff de arbit. si cum dies, in prin. & l. Labeo, §. penul. ff. de uerb. oblig. l. 1. §. si quis simpliciter uersic. cũ adijcit. Ioan. dicit quod pro matrimonio standum est, ex quo ex certa scientia post publicatam constitutionem simul steterunt: ipso enim facto matrimonium inducitur, saltem præsumptum. Ber.

d ¶ Quatuor sunt humores.] de quibus habes, sup. de celebr. Miss. in quadam, in fi.

e ¶ Nulla longinquitate.] & ita nulla præscriptio currit con-

† decreuimus.

† De hoc vide . . . . . . q. . ar.

2 Vide quid de ea nouissime statuerit conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 3. adde citatos in ca. ad audientiã. sup. de sponsalib.

2 Circa hũc articulũ de ĩpedimento . . . . . . ante . . .

. . . ita . . . constat ex quatuor elementis.

rit contra matrimonium, sicut olim currebat. Et sic contra votum nulla currit præscriptio, 33. qō. 5. quod Deo pari. & sup. de reg. sicut nobis, in fi.

[Glo. seq. dat vnum simile.

a ¶ Infelicē.] sic s̃. de cōsue. c. vlt. & c. quāto, & j̃. de si. non satis, & c. seq.

† In cōcilio ita: non minuat peccatum, sed augeat.

VIr qui.] CASVS. Duo volunt contrahere matrimoniū: uir distat à stipite quarto gradu, mulier vero ex alio latere distat ab eodem stipite quinto gradu. Queritur, an possint contrahere matrimoniū? Respondet quod sic, secundum regulam illam qua dicitur: Quoto gradu remotior persona distat a stipite. & à quolibet descendentium per aliam lineam ab eodem stipite. Not.

nitas temporum non † minuit peccatum, sed auget; tantoque sunt grauiora crimina quanto diutius infelicem [a] animam detinent alligatam.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Distans à stipite quarto gradu, vel citeriori, cum distante quinto vel vlteriori contrahere potest. hoc dicit cum glossa.*

quod si vnus coniugum distat à stipite quarto gradu, & alius quinto, licite possunt copulari. Item magis considератur remotus gradus quam propinquus. Item regulæ arboris sunt authenticæ.

b ¶ Quarto.] idem esset si tertio vel secundo, secundum regulam frequentem: quia nihil attinet ei, qui est ex alia linea in quinto, licet magis appropinquet communi parenti.

c ¶ Approbatam.] no. quòd regula à magistris tradita, approbatur hic a iure, & sic pro iure seruabimus regulam istam, arg. sup. eod. quod dilectu.

ADDITIO. Et est simile quòd de consuetudine dicitur, sup. de cog. spi. c. 1. §. fi. & sic sup. de deci. c. 1 §. fin. & ff. de dam. infe. si ædib. habet autem hoc locum, cum approbatio sit per Papam: alterius, enim approbatio parum prodesset, vt patet, in his quæ no. sup. eod. de infidelibus alias autem consuetudo approbata interpretat̃, sup. de consue. cum dilectus, §. 2. secundum Host. Io. An.

[Glo. seq. docet computare gradus.

d ¶ Remotior.] si vis 1 scire in quo gradu aliquæ duæ personæ diuersarum linearum sibi attineant, recurre ad communem stipitem siue parentem, a quo descenderunt: & descende æqualiter computando per ambas lineas, quousque altera illarum primo occurrat: & si ambæ simul occurrant, erunt in eodem gradu primo, secundo, tertio, vel quarto: & istæ personæ quæ æqualiter descendunt, non dicuntur distare à gradu, sed potius sunt in gradu æquali descendente a communi stipite æqualiter: & si sunt inf. quartum gradum, non possunt matrimonialiter coniungi: Sed si vna primo occurit quam

1 De materia [illegible] ... § [illegible] copulentur, & § [illegible]

CAP. IX.

VIr, † qui à stipite quarto [b] gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam, [c] qua dicitur. Quoto gradu remotior [d] differt † à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem; licite possunt matrimonialiter copulari.

† Vide citatos in c. præcedenti.

† distat.

altera descende per lineam alterius vsque ad illam: & semper post illum gradum, in quo occurrit prima persona, additur gradus pro numero psonarū; & sic habebis quoto gradu vna distat ab altera: & istę personæ nō dicuntur esse in gradu, sed distant gradu, sicut istæ personæ, de quibus hic dicitur, cum vna distet quarto gradu, & alia quinto à communi parente, quod planum est videre: & quoto gradu remotior persona distat à communi parente, toto distat à quolibet alio descendente per lineam: verbi gratia. Communis parens istorum fuit Petrus, eius filij fuerunt Martinus & Berta, qui sunt in primo gradu, de Martino descendit Ioannes: de Berta ex alia parte natus fuit Robertus, qui Ioannes & Robertus sunt in secundo gradu æqualiter descendentes à Petro; de Ioanne natus est Stephanus: de Roberto est Albertus natus, qui sunt in tertio gradu, & æqualiter descendunt à Petro tertio gradu: scilicet de Stephano natus est vir iste, de quo hic quæritur: de Alberto natus est Titius, qui est in quarto gradu cum viro isto, æqualiter distantes à Petro: Primo loco occurrit tibi vir iste, qui quarto gradu distat à Petro, & sic est vltima persona in consanguinitate Petri ex vna linea, & Titius ex alia linea: de Titio nata est hęc mulier, de qua hic quęritur: & distat quinto gradu à Petro & sic exiuit iam consanguinitatem Petri. ergo eodem gradu distat à quolibet alio descendente per aliam lineam, & sic distat quinto gradu a Martino, Ioanne, Stephano, & ab isto viro, videlicet filio Stephani: Ideoque recte potest illum habere in virum; & quemlibet descendentem à Petro per aliam lineam posset accipere, cum omnes illę personæ huic sint in quinto gradu. Hoc in Arbore melius videtur.

L O C V S A R B O R I S.

DE

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS, & impotentia coeundi.

¶ Viso de pluribus impedimentis matrimonij, quia frigiditas & maleficiũ, & generaliter impotentia coeundi sunt impedimẽta matrimonij, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abb.

De hac materia tractatur 33.q.1.& q.2. per totum.

† De materia huius tit. vide Magistrum sen li. 4. dis. 34. vbi Doct. & præ alijs B. Thomã ibidẽ, q. 1. per totã q.

Accepisti. Diuiditur, & habet tria dicta. Secundum ibi, Illa autem. Tertium ibi, Si autem. Abbas.

CASVS. Aliquis accepit aliquam in vxorẽ; & cum ea mansit per mensem, vel per tres, vel etiam per annum: postmodum dicit vir, quod est frigidæ naturæ, ita quod cum illa vel alia rem habere nõ potest: dicit hic, quod si illa idem affirmat, quod ille dicit, & post hoc probari per verum & rectum iudicium, debent separari: ita quod si postmodum alium acceperit, reus erit periurij, & acta pœnitentia priora connubia restaurabuntur. Si vero illa prior post annum & dimidium ad eum proclamauerit dicens, quod eam non cognouerit, ille autem contrarium affirmat, ei credendũ est, cum sit caput mulieris: quia si proclamare voluit, cur tantum tacuit? cito .n. potuit scire, si eã cognoscere potuit: Si vero ab initio post mensem vel duos ad episcopum proclamauerit dicens, volo mater esse, sed vir, quem ego accepi, frigidæ naturæ est: si hoc probari potest per rectũ iudicium, separẽtur, & mulier alteri si voluerit nubat in Domino. Not. quod non creditur viro vel mulieri confitenti contra matrimonium, sed exigitur probatio. Item vir caput est mulieris. Item ex taciturnitate præsumitur contra aliquem. Item impotentia coeundi impedit matrimonium, & dirimit.

† Alias 16. & 34. & 10. sed restitue ita: ex Burchardo li. 19. decre. ca. 5. tit. de dissidio cõiugij, vers. accepisti. & c. 1. eod. tit. in 1. compil.

† Vide Durãdum libr. 4. sent. dist. 34. qõ. 2. & plenius eundem Sotum qõ. 1. art. 2.

TITVLVS XV.

De frigidis, † & maleficiatis, & impotentia coeundi.

¶ Ex Brochardico. lib. 18. †

¶ Si marito procurante ad diuortium, & se impotentem asserente, mulier hoc idem fatetur, seruata solemnitate canonica matrimonium indistinctè dirimitur: sed si decipiatur ecclesia, primum matrimonium reparatur: si verò muliere agente, vir asserat se potentem: nisi per aspectum corporis, vel alio indubitato modo conuincatur, mulier non auditur: sed si vir hoc idem confitetur, vel conuincitur, matrimonium separatur, & mulieri contrahendi licentia datur. h. d. secundum Hostiensem.

CAP. I.

Accepisti † mulierem, & per aliquod tempus habuisti per mensem, aut per tres, aut per annum, & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ, ita vt nõ potuisses coire cum illa, nec cum aliqua alia, si illa, quæ vxor tua esse debuit, eadem affirmat, quę tu dicis, & probari potest per verum iudicium, [a] ita esse vt dicitis, separari potestis, ea tamen ratione, vt si tu post aliam acceperis, reus periurij dijudiceris, [b] † & iterum post peractam pœnitentiam, priora connubia reparare [c] debebis.

¶ Illa autem si prior post † annum, aut dimidium, ad episcopum, aut eius missum [d] proclamauerit, dicens, quòd non cognouisses eam, tu autem contrarium affirmas, [e] tibi credendum est, eo quòd caput [f] es mulieris, quia si proclamare voluit, † cur tamdiu tacuit? [g] cito enim & in paruo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa nouitate, post mensem, aut duos, ad episcopum, aut eius missum proclamauerit, dicens; volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi, sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & nõ potest illa facere, propter quæ illũ accepi, si probari [h] potest per rectum iudicium, separari potestis. & illa si vult, nubat in Dño.

a ¶ Iudicium.] scilicet quod uterque iuret cum septima manu propinquorum 33.q.1.c.2.

[Glossa sequens not. conuinci mendacium, alleg. tria iura.]

b ¶ Dijudiceris.] nota contrarij operis euidentia mendacium conuinci, sup. de præsum. literas, argu. sup. de ma[illegible] io. & obe. legebatur, & 22. quæst. 5. cauete.

[Glo. seq. no. quod sententia, & c. ponit distinctionem circa fraudem mulieris, quam non approbat, in fi. signat contrarium, & solut. & arguit.]

c ¶ Reparare.] Nota quòd sententia contra matrimonium lata, non transit in rem iudicatam: quod apparet ex post facto ecclesia [illegible] de cepram sic supra de [illegible] & c. consanguinei, & inf. eod. fraternitatis, quare priora etiam matrimonia restaurantur, et muliere contradicente, si fraudis fuerit conscia. ff. de adul. si uxor. §. iudex. & §. vlti vt dixit Ala. Si vero conscia fraudis nõ fuerit, poterit repellere eum, si velit, prætextu adulterij. arg. 32. q. 1. de benedicto, & q. 6. n[illegible], sed non credo quod hoc obstet, quin matrimonia priora debeant restaurari, inf. eo. laudabilem, & c. fraternitatis. Item arg. contra 33. q. 1. si per sortiarias, sed ibi separantur propter maleficium, non propter frigiditatem.

d ¶ Missum.] simile s. de reg. capitulo se cũdo, & capitulo missum, id est, vicarium, qui fuit vice episcopi, supra de [illegible] cap. 3.

e ¶ Affirmas.] quod eam cognouisti.

f ¶ Caput.] supra de desp. impub. continetur, 33. q. 1. si quis acceperit, & hoc intellige, nisi ipsa velit se probare virginẽ per aspectum corporis, sup. de prob. proposuisti, & c. causam matrimonij.

g ¶ Tacuit.] ergo vr̃, quod post annum & dimidium [illegible] non potest [illegible] contra [illegible] C. [illegible] in causis [illegible] tur, quod vsque ad duos annos poterit reclamare, immo vsque ad triennium, in Auth. de nup. §. per occasionem, colla. 4. infr. eod. laudabilem. Quod [illegible] duabus vltimis concor. tenendum est, & non tenet quod hic dicitur de anno & dimidio. Et est argu. ad præscriptionem, si quis taceat vsq; ad completam præscriptionem, quia gesta taciturnitate firmauit, C. de his qui à non dom. ma. l. vlt.

h ¶ Probari.] hoc iõ dicit, quia non est standum eorum confessioni contra matrimonium: & si vterq; confiteatur, non videtur credendum, ne in fraudem hoc fieret. sup. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ, super eo. nisi

† Iudicetis.

† In [illegible] quos [illegible] agnoscere [illegible]

† Voluerit [illegible]

quod

quod asserunt, probauerint cum septima manu propinquorum. 33.q.1.c.2. sed pro matrimonio bene creditur eis. sup. de clandesti. desponsatio c.2. & quod dr nō creditur eis contra matrimoniū, verum est quātum ad hoc, ut cōtrahēdi facultatē acquirāt: sed si uellent in cōtinentia manere, credit eis. 32.q.5. qđ Deo pari.

† Ambien.

¶ Alexander tertius Ambianen. † episcopo.

¶ Impotens ad copulam, est impotens ad cōtrahendum matrimonium siue sit impedimentum ętatis, siue naturæ.

QVod sedem.] CASVS. Dicitur hic, q̃ sicut puer nō est apt⁹ mři monio, ita nec uir, q coire nō pot. Nota q̃ impotētia coeūdi impedit matrimonium.

a ¶ Non est aptus.] sup. de spōsa. impub. à nobis. arg. eo. tit. puberes, vbi de hoc.

[Gl. seq. obijcit. & soluit.]

b ¶ Impotētes.] hac ratione videt, quod senes, qui a naturali calore defecerūt, contrahere non possunt; sed cōtrarium est verum, C. de nupt. sancimus, 27.q.1. nuptiarum, quia in senibus dicit esse legis obsequium, & humanitatis solatiū, vt ibi & 31.q.1. [illegible] riant, &c. [illegible] sed [illegible] loquitur de tali impotentia, sed de eo, qui sectus est: & qui perpetuo impotens est: sed senes aliquando aliquo beneficio mouentur.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lat. sub Alex. 3 par. 50 c.28. Et pro intellectu textus & glossæ pręcitatos in præcedenti c. vide Sylu. in sum. verbo, [illegible]

CAP. II

QVod † sedem, & infra. Sicut puer, qui non potuit reddere debitū, non est aptus [a] coniugio, sic qui impotentes [b] sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

10

¶ Idem.

20

¶ Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte medicorum, matrimonium impedit.

30

CAP. III.

EX † litteris tuis accepimus, q̃ quidam sexdecim annorum quandam annorum tredecim duxit vxorem, qui cum debitum reddere nō posset, mulier tam grauem infirmitatem cōtraxit, [c] vt omnino viro sit facta inutilis, & instrumentū eius impeditum, ita quod vir ei commisceri non potest. Respondemus igitur, quod si vitium illud mulier a natura [d] cōtraxit, nec ope medicorum [e] poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatē.

40

EX litteris.] Communis diuisio, cōsultatio & responsio, Secunda ibi, Respondemus. Abbas.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam, qui cum debitū reddere non posset, licet vterq; legitime fuisset ætatis, mulier tā grauem contraxit infirmitatem, vt omnino inutilis sit facta uiro, ita quod nullo modo eam cognoscere potest. Quæritur, an debeant separari? Respondet Papa, si uitium illud à natura contraxit mulier, nec ope medicorum potest ei subueniri, uir poterit aliam ducere in uxorem. Nota quod cum inhabili ad coitum, nullum est matrimonium.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cōp. & de materia vide plene pręcitatos in pręcedentib. capitulis. & omnino per B. Tho. lib. 4. sen. dis. 34. q. [illegible]

a De spadone an contrahere possit, notatur 27. q. 7. hi q. Adde Lic[illegible] Ioannem An. & alios recētiores, & vide omnino notata per Aldobrandinū & alios, in § sed & illud, in tit. de adop. adde omnino S; l[illegible] in summa verbo matrimonium 8. q. 16. [illegible] quàm [illegible] ad [illegible] tatione.

50

60

[Glo. seq. soluit obiec. cano. dixit.]

e ¶ Contraxit.] id est, contraxisse apparuit, uel in ueritate contraxit, ex eo quod contra naturam vim ei forsan intulit, quia arcta fuit, vnde nullo modo sibi potuit commisceri, vnde magis inhabilis reddita fuit, & sic non fuit matrimonium. inf eod. fraternitatis. si enim non loqueretur de impedimento pręcedente matrimonium, stare non posset. quod dicitur in si. trigesima secunda quæstione prima. dixit. & q.5. si vxorem. & sup. de coniug. leproso. c.1. & 2.

d ¶ A natura.] quia erat arcta, vt dixi.

[Glo. seq. signat contrarium.]

e ¶ Medicorum.] inf. eodē, fraternitatis. & ita non fuit matrimonium, & intellige quod dicit: non poterit adiuuari ope medicorum, sine periculo corporali. aliàs non deberent separari, immodicā violentiam debet sustinere, vt argum. inf. eodem, fraternitatis. & si talis fuit, nō habuit propositum reddendi matrimonij debitum exacta, vel exigēdi, & sic nullū fuit matrimonium. trigesima secunda questione secunda, solet. & c. aliquando, & sup. de condi. appos. c. vlt. & secūdum leges esset in causa redhibitionis. ff. de ædil. edic. quæritur, § mulierē, argum. contra. inf. c. proxim.

¶ Lucius tertius.

¶ Contrahens scienter cū impotenti ad copulam, ab ea non separatur.

CAP. IIII.

COnsultationi † tuę, qua nos consuluisti, vtrum fœminæ clausæ, impotentes cōmisceri maribus, matrimonium possint contrahere, & si contraxerint, an debeat † rescindi? taliter respōdemus, quod licet incredibile [f] videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium; Romana tamen Ecclesia consueuit in consimilibus iudicare, [g] vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. Vide citatos in præcedentibus capitulis.

† debeant.

COnsultationi.] Diuiditur: quia primo ponitur consultatio. Secundo responsio. ibi, Taliter. Abbas. Siculus.

CASVS. Aliquæ mulieres ita sunt clausæ & impotentes, quod uiris carnaliter commisceri non possunt, quæritur, an possint matrimonium contrahere? Respondet Papa, licet nō uideatur credibile, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium; tamen Romana ecclesia consueuit in talibus iudicare, ut si non possint eas habere vt vxores, habeant eas ut sorores. Nota quod cum arcta matrimoniū contrahi non potest. Itē de similibus simile iudicium est habendum.

¶ Cęlestinus tertius.

¶ Si de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur: aliàs cohabitabunt coniuges per triennium: & si cum septima manu propinquorum iurant, quod dederunt operā carnali copulæ, & non potuerūt coniungi, statim separantur. Ita communiter summatur.

f ¶ Incredibile.] qa conditionem corporis sui sciens, non contraheret, [illegible] Ala.

[Glo. seq. recit. per quæstio. an sit consilium vel præceptum.]

g ¶ Iudicare.] ergo & nos sic iudicare debemus. sup. de re iudi. in causis C. de legi. & consti. prin. l. vlt. quod verum est, vbi ipsa sic præcipit iudicandum. argu. 11. q. 3. nolite. aliàs non permittitur aliter fieri. [illegible] nesciat. sed hic non præcipit eius [illegible] seruandam, sed [illegible] tamen intellige quod hic [illegible] eod. fraternitatis, vt dixi, sup. c. prox.

Lauda-

Laudabilem. Diuiditur in duas partes. Prima loquentur quando vnus coniugum dicit matrimonium consummatum, & alter diffitetur. Secunda ibi, Si autem, quando vterque fatetur matrimonium non esse consummatum. Et prima pars subdiuiditur. Nam prima loquitur quando simul esse non consentiunt. Secunda quando consentiunt. ibi. Quod si. Abb.

CASUS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam: tandem dicitur esse frigidæ naturæ, quæritur, hic quantum tempus dandum sit eis, ad sciendum experientiam copulæ coniugalis: Papa respondet, quod ab eo tempore, quo celebratur coniugium, & incipiūt simul cohabitare, simul cohabitent per triēnium dando operā carnali copulæ, si ante triennium non possit pro bari frigiditas: quo elapso si simul cohabitare noluerint, & mulier per iustum iudicium probare potuerit, quòd cum ea dormire non possit, accipiat alium, & si ille aliam acceperit, separentur. Si vero consentiāt simul esse, habeat eam vt vxorem. Si autem confiteantur, quod nunquam adinuicem se cognouerint, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui deficiant, iureiurando dicat vterque, quòd nunquam vna caro effecti sunt: & tunc mulier potest alium accipere: & si ille aliam acceperit, de periurio notantur, & acta pœnitentia cogantur ad priora connubia redire. Not. quod triennium dandum est ad probandum frigiditatem: & ita non tenet quod dicitur de anno vel dimidio. sup. eod. capit. 1. & idem tempus datur in maleficiato.

† Cap. 3. eo. tit in 2. cōp. Et præter citatos in præcedentibus capitibus, vide Hostié. in sum. titul. de frigi. & malefici. § qua. liter, & qñ.

† Gregorij ad Ioannem Rauennatē episcopum, vt refertur [illegible] li. 9. decr. capi. 40. Iuo par. 8. c. 178. & Panormi. lib. 6. titu. de impotentia coeundi, [illegible] c. 115.

CAP. V.

Laudabilem: † & infra. ¶ Requisisti quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis, ad experientiam copulæ nuptialis: & infra.

¶ Nos vero in præsenti consultatione sentimus, vt à tempore celebrati [a] coniugij, si frigiditas [b] prius probari [c] non possit, cohabitēt per triennium: quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & iuxta decretum Gregorij, [d] † mulier per istum [e] iudiciū de viro probare potuerit, quod cum ea coire non possit, accipiat alium. si autem ille aliam acceperit separentū. [f] Quod si ambo [g] consentiant simul esse, vir eam, & si non vt vxorem, saltem habeat vt sororem.

¶ Si autem, quod nunquam se inuicem cognouerint, ambo fatentur, cum septima [h] manu propinquorum vel vicinorum bonæ famæ (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis Euangelijs vterque [i] iureiurando dicat, quod nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent, & tunc videtur, quod mulier valeat ad secundas nuptias conuolare. Verum si ille aliam duxerit, tunc hi, [k] qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad connubia priora redire. [l]

¶ Innocentius tertius Altissiodoren. episcopo.

¶ Propter arctationē mulieris, si apparet, quòd præter diuinū miraculū absq; periculo corporali habilis reddi non potest, separatur matrimonium, redintegratur tamen, si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam.

CAP. VI.

Fraternitatis † tuæ litteras recipimus conti-

a ¶ Celebrari.] & à tempore cohabitationis, nec sufficit cohabitare, nisi dent operam carnali operi. 33. quæst. 1. requisisti.

[Glo. seq. recit. per q. quid de maleficiato.

b ¶ Frigiditas.] quod hic dicitur de frigido, idem intellige & de maleficiato, [1] vt vsque ad triennium expectent, maxime quia magis sperandum est, quod impedimentum remoueri possit, quod non processit a naturalibus Laurentius.

c ¶ Prius probari.] argumentum quòd si prius probari possit impedimentum, non expectabunt per triennium. inf. eod. c. [illegible] tox. si vero manifeste non constet: tunc cohabitent simul per triennium continuum; in quo debent dare operam carnali operi, vt hic, & argu. inf. eod. cap. vlt. in auth. de nupt. § per occasionem. colla. 4.

d ¶ Gregorij.] 33. q. 1 quod autem.

e ¶ Iustum iudicium.] idest, per testes, vel aspectum corporis, argum. supra de prob. propos[illegible] & infra eodem, cap. vltimo.

f ¶ Separentur.] propter naturalem frigiditatem: secus si propter maleficium. 33. quæst. 1. si per [illegible].

[Glo. seq. recitatur per q. an vir frigidus, &c.]

g ¶ [illegible] [illegible] [illegible] qui scienter contraxit, non videtur q possit [illegible] sup. de eo q dux. in mat. c. 1. ff. de lege cō. l. 2. vel dicas, & verius, q necesse est, vt ambo consentiant, [illegible] quod ita scriptū est, & [illegible] est. ff. qui & à quibus manu. li. [illegible] prospexit. & 6. q. 3. [illegible] est, quia cum [illegible] sit matrimonium, nō tenetur alter alteri.

h ¶ Septima manu.] sic. infr. eod. c. [illegible] & 33. q. 1. [illegible]

i ¶ Vterque iureiurando.] vterque vir & mulier [illegible] debent [illegible] fide bona [illegible] operam copulæ carnali per triennium, nec vna caro [illegible] pro pinqui iurabunt, q credunt eos verum iurare [illegible]

k ¶ Hi [illegible] vir & vxor & nō alij compurgatores [illegible] bona [illegible]

l ¶ Redire.] cū propter frigiditatem separatur: secus si propter maleficium, 33. q. 1. si per sortiarias.

‡ De hoc articulo præter Doc. [illegible] vide Spec. [illegible] de teste, § nunc tractandum.

Fraternitatis tuæ litteras recepimus. [Primo ponit [illegible] qō. Secundo distinguens solutio, ibi. Quānis. Tertio infert ad alias duas quæstiones, ibi, per hæc. Abb. &c.

CASUS. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro, & cum eo per plures annos [illegible] fuit, nec potuit ab eo carnaliter cognosci: Archipresbyter Altissiodorensis istud negotium significauit episcopo suo: episcopus volens super hoc veritatem inquirere, quasdam matronas ad præsentiam suam vocauit, districte illis iniungens sub periculo animarum, vt illam visitarent, vtrum esset idonea ad officium coniugale: quæ tandem ea inspecta dixerunt, quod nunquam poterat esse mater: & ideo inter eos diuortium [illegible], mulierem inducens, vt religionem intraret, perpetuam continentiam seruatura: Viro autem dedit licentiam contrahendi, qui cum alia contraxit: Postmodum illa mulier fuit ab alio carnaliter cognita, abiecta continentia, quam promisit, & cuidam G. nomine nupsit: negotium istud Altissiodoren. episcopus significauit domino Papæ, quærens, quid super hoc esset agendū? Rescribit Papa eidem, dicens, q semiplene ei expressit quomodo mulier promiserit se continentiam seruaturam, vtrum simplici verbo, an per votum solemne, & vtrum transierit ad religionem, sicut promisit: nec dixit etiam qualiter cognita fuerit, vtrum artificio medici,

† Cap. vn. eo. [illegible] [illegible] nino H[illegible] in sum. [illegible] de frig. & male. & §. [illegible] & quando.

dicit, aut cõcubitu viri, aut alio modo: Vnde Papa considerans, quod impedimentum illius non erat perpetuum, quod remotum fuit sine periculo corporali præter diuinum miraculum, inuenit diuortij sententiam latam fuisse per errorem, licet probabilem, quia ex post facto apparet, quod mulier illa cognoscibilis erat viro, ex quo eius simili commiscetur, & ideo pronunciauit inter ipsã & ipsum matrimoniũ extitisse: Vnde inter ipsam & G. præfatum pronunciauit matrimonium non fuisse: & eos præcepit ab inuicem separari. Si uero mulier illa transiuit ad religionem, primus vir, qui non cognouit eandem, remaneat cum illa cum qua ecclesiæ auctoritate contraxit: Si vero non transiuit ad religionem, dimittat illam, & redeat ad illam, cum qua primo contraxit, nisi ipsa uotum solemne fecerit, quia secundum hoc intelligitur fornicata fuisse cum prædicto G. uel etiam si non fecit uotum solemne, fornicatio modo alij se immiscuit: & sic prætextu fornicationis primus uir eam repellat: Si uero simplici uoto promisit seruare continentiam, & postea in facie ecclesiæ prædicto G. nupsit, quamdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi non debet, quod fuerit fornicata, sed amodo non debet remanere cum illo, per ea quæ dicta sunt supra in versiculo illo, absque periculo corporali. Alia quæstio soluitur, quæ talis est, aliqua est ita arcta, quod non potest comisceri carnaliter, nisi per incisionem, vel alio modo violentia inferatur, vt mortis periculum timeatur: Quæritur de tali, vtrum sit apta ad matrimonium contrahendum? Et dicendum est quod non. Similiter ex his, quæ dicta sunt supra, soluitur alia quæstio, quæ talis est, Aliqua nupsit alicui, & ita arcta est illi, quod non potest ab eo cognosci, si ab eo per iudicium ecclesiæ fuerit separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem usum secundi reddatur apta primo, quæritur, vtrum debeat redire ad primum. Et dicas quod non, secundum distinctionem superius factam, vbi dicit, absque corporali periculo: De talibus tamen non est facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro. Nota quod cum in sententia contra matrimonium lata erat ecclesia, quandocumque de errore constiterit, retractatur sententia. Item uotum solemne ante carnalem copulam soluit matrimonium. Item mulier non tenetur subire periculum corporis, vt reddatur apta viro. Itẽ ex futuro euentu, pendet utrum matrimonium fuerit quandoque inter aliquos.

nentes quod O. mulier, cuidam uiro matrimonialiter nupsit; cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus, tu tamen uolens habere certitudinem pleniorem, quasdam matronas [a] suæ parochiæ prouidas & honestas, ad tuam præsentiam euocasti, districte [b] illis iniungens, sub periculo animarum, ut mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, utrum idonea esset ad uiriles amplexus; quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quod eadem nunquam poterat [c] esse mater, aut coniux tamquam, cui naturale deerat [d] instrumentum; unde inter ipsam & uirum diuortium celebrasti, mulierem inducens, ut ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam seruatura; et uiro licentiam tribuisti, ut uxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quod mulier inuenit [e] qui seras huiusmodi reserauit, & abijciens continentiam, quam promisit, G. latori præsentium supernupsit. Quamuis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruaturam, utrum uidelicet simplici uerbo, an uoto solemni; utrumve ad religionem trãsierit, ut promisit, an contra promissionem suam † in domo remanserit; & qualiter seras illas fecerit reserari, utrum uidelicet artificio medici, an concubitu uiri seu alio quolibet modo; Nos tamen perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum, [f] per opus hu-

[Finis sequentis glossæ reci. per quæstionem.]

a ¶ Matronas.] talibus credendum est, si honestæ sint & peritæ in arte illa, ff. de ven. inspi. l. 1. in princip. & supra de probat. proposuisti. & capitu. causam, & infra capit. proximo. oculus enim obstetricum in talibus sæpe fallitur, 27. qu. 1. nec aliqua. & in hoc casu non requiritur iuramentum propinquorum, sicut in frigiditate, vt sup. c. prox.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

b ¶ Districte.] per iuramentum [1] hoc iuramentum non est remittendum istis testibus, ne aliquid in fraudem matrimonij dicerent, supr. de eo qui cognouit cõ. uxo. suæ. super eo. & inf. c. proximo.

[Glo. seq. obijcit, soluit & remittit.]

c ¶ Poterat esse] sed qualiter hoc potuit probari, cum sit negatiua? si potuit probari: dicendo, quod hæc mulier caret membro apto ad copulam carnalem. Qualiter negatiua [2] probatur, sup. de elect. bonæ. di ctum est. Ber.

d ¶ Deerat.] nota. q̃d nõ dicitur, esse, quod inutile est, supra de transla. inter corpora lia. & ff. quod cuiusq. uniuer. l. 1. §. & quidã nec dicitur habere actionem, qui habet inutilem. ff. de dolo, nam is, & sup. de restitu. spol. olim nobis argu. sup. de solu. cap. pen.

e ¶ Inuenit.] non dicit quod per medicum vel alium.

[Glo. seq. argum. pro opin. dicentium cap. si per sortiarias, non tenere, cui dupliciter respondet, subdens de maleficio.]

f ¶ Diuinum miraculum.] argument. quod nullum maleficium [3] est perpetuum, cum possit remoueri præter diuinum miraculum, saltem per illum qui ipsum induxit. quia quicquid ligatur, dissolubile est in Authen. de nupt. §. nuptias, collat. 4. & secundum hoc non tenet illud capitul. si per sortiarias, 33. quæstion. 1 ut quidam dicunt. Potest dici, quod aliud est cum allegatur impotentia ex parte mulieris, ut hic, aliud ubi ex parte uiri allegatur maleficium, ut in capitu. si per sortiarias. & infra capitul. proxi. & hic allegata fuit falsa causa, ut postea apparuit: unde postea debet restitui uiro. argumen. supra de re iud. c. lator, & capitu. consanguinei. ad hanc causam refertur hæc ratio: attendentes quod impedimentum, &c. Vel potest dici, quod maleficium est perpetuum ex quo enim mulier cohabitauit uiro per triennium, & dederunt operam copulæ carnali, nec potuerunt commisceri, præsumitur perpetuum, & possunt separari, & alteri nubere, ut in capitu. si per sortiarias, quia potest aliquis maleficiatus esse cum una, & non cum alia. & hoc intelligo

1 Hæ uero matronæ nõ debēt de neri tate iurare sed solũ de credulitate, dicentes se credere mulierem esse aptam, uel non, ita Hostiensis, quem sequitur hic. Io. And.

2 Tractatus extat Franci. Herculani, quo plene differitur de modis probandæ negatiuæ, eum uideto. † Dictio, suã deest in antiquis exẽplaribus.

3 De materia huius glossæ & an maleficium sit impedimentum dirimens im pediésve matrimonium, vide B. Fn. lt. 4. sent di. 34. q. 1 arti. 3. & ibidem late per Sotum: & Docto. adde Syluestrum in summa uerbo mat. imo nium 8. q. 16. & per alios summistas.

telligo de maleficio quod præcessit matrimonium: nam post matrimonium contractum si superueniat impedimentum, non debent separari. trigesimasecunda quæstio ne septima, hi qui sani. & quę.t.5.si vxorem. si vero post separationem eam cognosceret, matrimonium debet redintegrari, vt paret: quia impedimentum non erat perpetuum.

a ¶ Corporali periculo.] vbi vero graue periculũ timeretur, nõ est matrimoniũ: sed vbi leui periculo potest remoueri, debet illud pati. ℑ.e.c. §.per hoc a contrario sensu.

b ¶ Per errorẽ,] propter quem excusat iudex. infra de sent. excommun. sacro. & intellige, quod error iste interueniat in aspectu corporis, in quo matronæ deceptæ fuerũt: quia manus & oculus obstetricũ sæpe fallitur. ℑ. de probat causam matrimonij, & 27. questio.1.nec aliqua. & sic patet, qđ sñia per errorem lata, a qua non est appellatum, reuocatur, si error pbabilis postea detegatur, ℑ.de pur. vulg. significãtibus, & ff. de condit. sine causa. l 2. Itẽ habes hic, quod sententia per errorem lata cõtra matrimoniũ, non transit in rem iudicatam, quo minus possit reuocari, quando cũque apparuerit, ecclesiam deceptã fuisset, vt hic patet, & ℑ. de re iud. lator. & c. consanguinei. & inf. eo c. proxi. & ℑ. eod. cap.1. & cap. proxi.

c ¶ Erat illi.] scilicet primo uiro, a quo fuerat separata.

d ¶ Simili.] sic 33.quæstio.1. requisisti. & innuitur hoc ex eo, quod in fine huius capitu. dicitur, quod si prior uir non possit eam cognoscere sine graui periculo, quod non sit reddenda primo viro, licet ex postfacto per consuetudinem secundi uiri reddita sit apta priori, quod bene potest concedi, quia non fuit matrimonium inter eos vt dixerunt Vinc. Io. & Tanc.

e ¶ Remaneat.] quia si ingressa fuit & professa, statim solutum fuit matrimonium, si quod fuit inter eos, supra de conuer. coniug. ex publico. secus si ingressa fuit causa probationis, quia si ista tunc ad seculum rediret, compellitur redire ad uirum priorem.

f ¶ Alioquin.] idest si non transiuit cum affectu.

g ¶ Se voto.] solẽni, s. & tunc debet compelli uotũ seruare, & per hoc intelligitur fornicata cũ secundo, cum ipsa contrahere non potuit post uotum solemne.

[Gl. seq. obijcit, & soluit, demum quærit & soluit,

manum, absque corporali [a] periculo potuit remoueri, sententiam diuortii per errorem, [b] licet probabilem, nouimus esse prolatam, cum pateat ex postfacto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, [c] cuius simili [d] commiscetur; & ideo inter ipsam & primum uirum, dicimus matrimonium extitisse, quare inter eam & præfatum G. matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus ab inuicem separari. Et si prædicta mulier ad religionem transiuit [sicut † asserit promisisse] primus uir, qui non cognouit eamdem; cum ea remaneat, [e] cum qua postmodum ecclesiæ auctoritate contraxit; alioquin [f] ea dimissa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, nisi se uoto [g] mulier illa constrinxerit ad continentiam obseruandam, ut intelligatur per hoc cum præfato G. fornicata fuisse, uel nisi se fornicario [h] modo alij uiro miscuerit, ut primus uir prætextu fornicationis, eius uelit consortium, declinare. nam si tantum simplici uerbo promisit se continentiam seruaturam, & postea in conspectu ecclesiæ nupsit memorato G. quamdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi [i] non debet, quod fornicaretur cum illo, sed amodo [k] non debet cum illo aliquatenus remanere.

¶ Per hæc † autem quæstionem illam noueris esse solutam, [l] qua quæritur, utrum ea, quæ adeo arcta est, ut nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut † alio sibi modo uiolentia inferatur non solummodo leuis, sed forte tam grauis, ut ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea [m] perhiberi.

¶ Similiter [n] illa, quæ uiro cui nupserat, adeo arcta est, ut numquam ab eo ualeat deflorari: si ab eo sit per iudicium ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta non sit,

secundum Io. & subdit opi. T.

h ¶ Ad inopiam uergere.] & bona uidebatur illa pronunciatio, quia ex quo maritus incipiebat labi facultatibus, & re sua maleuti, cogendus erat eam restituere, C. de iur. dot. ubi. & & in Authentica. de æqual. dot. §. ultim. col. 7. imo etiam uir eam dissipaturus, sequestranda est, cum præsumitur ff. soluto matrimonio: si cũ dotem. §. si uero. si ergo tenetur eã reddere, ergo non põt eam repetere, supra de iureiur. quemadmodum. quia turpius eijcitur, &c. & dolo petit, qui restituere statim debet, ff. de regul. iur in condemnatione, in fin. Sed hæc non habent locum in casu isto, ut hic dicitur: Cum enim corpus suum uxor ei commiserit, multo fortius & dotem sibi committere debet, sub ea, quam potest cautione præstare, ut sequitur. C. de pact. conuenti. hac lege & est simile 12. q. quæstione prima. præcipimus. Imo uxor tenetur alere virum suum egentem de dote. ff. de iur. dot. mutus. §. manente. & præmissa locum habent, cum maritus suspectus est de dilapidatione, quia male uersatur in re sua, & non cum paupertate laborabat, ut hic faciebat. & ita restituetur huic dos, prout hic dicitur in fin. Lanren.
i ¶ Nisi cautionem.] Lex enim prohibet fideiussorem dari pro dote, C. ne fideiussores dotium dentur. l. prima & secunda. Sed in alio casu intelligitur,

† Alias ita: uir cui prædicta terra dicto modo cõceditur.

eum constet habere; vir, † terra prædicto modo cõceditur, non potest uxori relinquere; quod ei nõ licuit, nisi quoad uixerit [a] possidere, nec licet uxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex uiri concessione tenere, nisi donationi ille, ad quem spectat dominium illius terræ, uoluerit consentire. [b]

¶ Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secũda; nam licet ecclesia in causis uiduarum se fauorabilem [c] dẽat exhibere, cõtra iustitiã tñ non est eis fauor ecclesiasticus concedẽdus.

¶ Illud uerò te nolumus ignorare, quod uxor dare dr̃ uiro dotem: uir autem uxori donationem facere propter nuptias, secundum legitimas sanctiones. [d]

¶ Idẽ Archiepiscopo & archidiacono Genuensi. †

Vir agens pro dote, non omnino excluditur ex eo quod uergat ad inopiam, nec precise cogitur satisdare ultra facultatem propriam, sed dos sibi assignatur sub cautione, quã præstare põt: Et si per illam cautionẽ non esset sufficiẽter prouisum consumptione dotis, deponetur dos apud mercatorem, ut de honesto lucro uir sustineat onera matrimonij. h. d. secũdum intellectum, quem tenet Pan. inhærendo uerbis litteræ. Et est casus notabilis & quotidianus.

CAP. VII.

Per † uestras litteras intimastis, quod cũ magistrũ R. sup quadam summa pecuniæ pro H. paupere, auctoritate nr̃a curaueritis cõuenire, [e] quam idem H. pro dote uxoris suæ requirebat ab eo, dictus R. exceptionẽ opposuit cõtra ipsũ, quod uxorem suã a se repulerat, [f] & tacita ueritate [g] sup hoc litteras impetrauerat; † q̃a cũ super eadẽ dote, alia vice, corã uestræ ciuitatis consulib. qõ mota eẽt, ipsi pronũciauerunt, q̃m idẽ H. ad inopiã [h] uergere uidebat̃, dos illa nõ assignaret̃ eidem, nisi cautionẽ [i] idoneã de ipsa non peritura præstaret, unde uos ei, ut de saluanda

† Ca. 3. eo. tit. de do. amit. uel post diuor. restituẽda, in 3. cõpil. i hãc decretal. celebrata [illegible] Rubi, cum [illegible] tali in pectus ut.

Panteneñ.

a ¶ Et ¶.sed cum ipse cautionē præstare non posset,ad instantiā ipsius domino Papæ hęc rescribere curauerūt.
b ¶ Quā pt.] iuratoriam, f.in Auth.vt nulli iudi.liceat hēre loci curatorem, §.si vero crimē,coll.9.vbi dr̄, φ si mulier accusat de crie, ꝓ quo dēat custodiri,dēt dare fideiussorē: si fideiussorē dare nō p̄t, iuratoriā cautionē præstet. & sufficit, C.de epi. & cler.auth.gnāliter 1.& in Aut. de litig. §. ad excludendas. vnde sumpta est hęc auth.gnāliter,coll.8.
c ¶ Honesti lucri.] Nō. n. tenet fęnerari dotē. & de vsuris alere vxorē, ar. C.de ad mi.tut.auth.nouissimi. sed cōuertat eā i societatē honestā, vl' aliqd' comerciū: & ex lucro honesto eā alat,arg .i Auth .vt hi q obligatas se hēre ꝑhibēt res minorū.§. qm̄ aūt videm⁹.coll. 6. ibi tn̄ dr̄, φ si minor nō hēt vn uiuat, sed tantum pecuniā, eam curator cogitur fœuerari. 1 Laur.

† Alias ita, super eam q̄ potest, cautionem præstare.

dote caueret, & vxorē suā reciperet, ꝑcepisti, & inf. a ¶ Cum ergo satis possit ei modicū credi dotis,cui creditū est corpus vxoris. Mādamus, quatenus dotem assignari faciatis eidem sub† ea,quā b pōt,cautione p̄stare, vel saltem alicui mercatori committi, vt de parte honesti c lucri, dictus uir onera d possit matrimonij sustentare, ne occasione dotis detentæ vxor a viro dimissa, seu vir, qui dimisit vxorem,adulterij reatum incurrat.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Hæc decretalis satis seipsam summat.*

CAP. VIII.

DOnatio, † quæ constante e matrimonio inter coniuges dicitur esse facta, ex qua alter locupletior, f & pauperior alter efficitur, firmitatem non habet, nisi donatoris obitu confirmetur, quæ tamen pœnitus euanescit, si reuocetur ab eo tacite g uel expresse, vel qui donatum h accepit prius debitum naturæ persoluat. ¶ Sane soluto matrimonio, sicut dos i ad mulierem,

b ¶ Onera.] ff.de iure. dot. si is qui.Stichum. §.ibi dos, & inf. de usuris, salubriter. Tancr.

1 Sed illud nō tenet secundum canones, non enim debet quis crimen suum cōmodis alienis impendere. 43. dist. sicut nō sine secundum Gof. & Host. Io. And.

DOnatio.] Prima pars demonstrat,quando & qualiter donatio facta inter coniuges ualeat, uel reuocanda intelligatur. Secunda docet, an reddenda sit dos & donatio propter nuptias soluto matrimonio. Secunda ibi. Sane. Et hæc diuisio sufficit pro summario. Abb.
CASVS. Quæsitū fuit a papa utru inter uiru & uxorē durante m̄rimonio donatio hinc & īde facta teneat? Rñdet papa,φ donatio durāte m̄rimonio inter cōiuges facta, ex qua alter fit locupletior, & alter pauperior,nō hēt firmitatē, nisi donatio cōfirmet̄ obitu donatoris: & donatore uiuente penitus euanescit, si reuocet̄ ab eo tacite uel expsse,vel si prius moriat̄, q donationē accepit. SANE. Dr̄ in §.mo, φ soluto matrim. dos redire dēt ad mulierē,& donatio ad uirū:nisi de cōsuetudine cōtrariū obtineat, uel nisi ex pacto facto īter uirū & uxo.de lucrāda dote uel donatione pp nuptias,cōtrariū īducat, istud æquale dēt esse ex utraque parte No.φ donatio inter uir. & uxo.non ualet nisi in casibus.Item dos ad mulierem redire debet, & donatio ad uirum secundum leges,consuetudo tn̄ uel pactum in hoc derogat legi.
e ¶ Cōstāte m̄rimonio.] No.φ donatio inter uirum & vxorem moribus prohibita est: ne mutuo amore inuicē spoliētur nō tēperādo a donationibus, sed profusa erga se facilitate utentes. Maiores n.nr̄i hoc prohibuerunt, amorem honestū solis animis existimantes, & ne alter in paupertatē incideret, & alter ditior fieret, nec esset illis studium filios educādi, ff.de don. int.ui.& uxo.l.2. & 3.& in Auth.quib. mod.nat.effi. legi.§.illud quoque ad fin. coll.6. & nulla est donatio ubi matrimonium tenet. Si uero m̄rimoniū non tenet, donatio de iuris rigore ualet, sed fas non est tales donationes esse ratas, ne melioris conditionis uideantur delinquentes,q̄ qui non deliquerunt contrahendo,ff. eod.l.3. §.1.& C.eod.si ex uoluntate. Sed inter sponsum & sponsam tenet donatio.ff.eo. inter eos 2 & l.cum hic status .§.si qs sponsā. Tn̄ si donator in eadē uoluntate usq; ad supremū uitæ exitum perdurauerit, ualet donatio. C.eod.l.2.& 3. & hic, ubi dr̄, nisi donatoris obitu confirmetur. Et si donatio legitimum modum excedat & non fuit insinuata usque ad legitimum modum, ualebit, si permāsit in ea voluntate,vsque ad mortem,C.eo.l.donationes.

2 Sequit̄: qui matrimonio cōiuncti sunt, ante nuptias donon facta iure cōstitit,

[Glo.seq.exēplificat, qūo donatarius pōt esse locupletior,& c.& econtra ponit duos casus,in quib. id fallit, in fine dicit quatenus fiat reuocatio.
f ¶ Locupletior.] Donatio ex qua hoc contingit, nulla est,ff eodem l.3.j. rū.& ex eo quod dicit,ex qua alter locupletior,& alter pauperior:a cōtrario sēnsu dat intelligi, φ donatio teneat i.is cessantib.qđ uerū est.Si ergo maritus nō fit pauperior,tenet donatio, ut si maritus sit institutus hæres, & repudiet hēreditatē donationis cā,ut deferat uxori sibi substitutæ, uel si repudiet legatū ut remaneat penes uxorem oneratā ꝓ legato pręstādo, uel si roga us esset restituere hereditatē uxori, ne detrahat quartam causa donationis, tūc tenet donatio ff. eo. si spōsus,§ si maritus. & §.si quis. uel si donauerit uxori rē alienam, ff.eod.sed & si constante. Itē licet pauperior fiat donator. & accipiens non fiat locupletior,tenet donatio: ut si emerit inde unguenta,ff.eo. quod aut. §.1. 3 Item ualet quandoque donatio licet donator fiat pauperior,& accipiens locupletior,si in tēpus finiti matrimonij sit collata, sed ante tempus illud non efficitur res donata donatarij, sed differtur in tempus, in quo mulier a lege uiri soluta est, ff.eod.si seruū uxori.§.ult.& l.quia.& l. si inter. Item in alio casu ualet donatio licet alter fiat pauperior, & alter ditior, ff. eod quod si uir. Fit autem donationis reuocatio qvatenus donator pauperior, & accipiens locupletior factus est,ff.eod.si sponsus,§.ult.

etiam si eodem die nuptiæ fuerunt subsecutæ. Io.And.

† De materia huius decretalis & glossarum vide latissime per Palatiū Rubiuum in rep.hui⁹ rub. §.18. cū nō tis sequentibus.adde Antonium Gabriel. libr. 3. cōmun concl. sio. tit de do. conclus. 3. & 7.

3 Et habet id locum etiā pecuniam catā pro unguentis mulier soluit creditori suo, & mox de sua pecunia emit unguenta. Idē si vir pro illis emendis lācem dedit. q̄ illa remāsit: & de sua pecunia unguenta emit. Io.An.

[Gl.seq.exeplificat qūo tacite & qūo expsse reuocetur.
g ¶ Tacite uel expresse.] Tacite aūt fit reuocatio p diuortiū, nisi in diuortio uoluerit donationem ualere, ff. e.sed inter m,§.si maritus, & l.cum hic status, §.si diuortium,& C.eō.l.a marito. Item tacite fit reuocatio,si prius,q libertatē acceperat decesserit,q̄ is,qui contulit, ut in l.prædicta, a marito. Si uero prius decedat is,qui donauit,nec reuocauit donationē, confirmat morte per silentiū,C.eo.donationes,& l.1.& 3.Si autē simul moriant̄, puta naufragio vel ruina, ualet donō.ff eo.cū hic status,§.si ambo,expsse reuocat donō cū donator eū reuocat, C.eo.a marito, nisi pęniteat eū reuocasse donōnē,ut supremū iudiciū eius siue uolūtatē spectemus,ff. eo.cū hic status,§.pęnitentiā.Itē expsse fit reuocatio, si maritus ea, q̄ donauit,postea pignori dedit,uel alij donauit,uel alio mō alienauit,C.e. si maritus tuus,sup.de pc.nō in ultæ Et hæc q̄ dicta sūt de do.inter ui.& uxo. inter parētes & liberos pene ītelligi dēnt, īter quos ꝓhibita est donō, cū una ꝑsona ītelligant̄, C.de impub.& alijs substi.l.ul.& 35.q.3.§.hac auctorit. nisi in casibus.
h ¶ Qui donatum.] ut C.eo.l.a marito,ff.eo.cum hic status,§.si ambo.ista uerba tacite uel expsse,uel qui donatum accepit,&c. sumpta sunt ex illis duabus legibus.
i ¶ Sicut dos.] Dos n.datur uiro a muliere, & donatio dat̄ uxori a uiro,sup.e.nup. in fi C.de donati.ante nup. l.1.& ult. Et ideo redire dent ad eos,ut hic dr̄, & dos & donatio propter nuptias debent esse æquales hincinde, C.de pact. conuen. authen æqualitas, & in Authen de æqual.dot.§. hæc igitur, & §.de cetero, coll. 8. Et uerum est,

rum est, quod ista debent redire ad mulierem & virum, nisi consuetudo sit in contrarium, vt dicitur, nisi pactum de dote vel donatione lucranda, vel parte, sit factum inter eos, ut hic dicit, & C. de pac.conuen.l.ex morte. auth.æqualitas, & in Auth.de æquali.do:§.hoc igitur. col.8. C. de rei, vxo. acc.l.vnica. §.illo proculdubio. Et istud pactum debet esse æquale hincinde, & si non sit æquale, maior pars lucri ad minorem debet reduci, ut in prædictis: ex morte. & authen. æqualitas, & lege, leonis. C. de pa. conu.

sic & donatio propter nuptias redit ad virum, nisi de consuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote, vel donatione propter nuptias quod æquale sit, cum hincinde contrarium inducatur.

TITVLVS XXI.

De secundis nuptijs. †

¶ Alexander tertius.

¶ *Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus est.*

CAP. I.

Capellanū † (quē bñdictionē cū s̄ eda [a] cōstiterit celebrasse) ab officio, bñficioq; suspē sum, cū literarū tuarū testimonio, ad sedem Apostolicam nullatenus destinare postponas.

¶ Lucius tertius vniuersis Christianis in captiuitate Saracenorum positis.

¶ *Dubitans de morte cōiugis nisi prius certificetur, contrahere non dēt: & si contraxit, reddat, sed nō exigat debitum, & si postmodum sciat primā viuere dimittat secundam. Abb.Sic.*

CAP. II.

Dominus, † ac redemptor noster: & infra. ¶ Sane super mr̄imonijs, quæ quidam ex vobis (nō dū habita obeūtis cōiugis certitudine) cōtraxerūt, id vobis rñdemus, vt nullus amō ad secundas nuptias migrare psumat, donec ei cōstet. [b] qđ ab hac vita migrauerit cōiux ei⁹. ¶ Si vero aliqs vel aliqua, id hactenus nō seruauit, & de morte prioris cōiugis adhuc sibi existimat dubitādū, ei q̄ sibi nupsit, debitū nō deneget [c] postulanti, quod a se tñ nouerit nullatenus [d] exigendum. Quod si post hoc de prioris coniugis uita constiterit, relictis adulterinis [e] complexibus ad priorem coniugem reuertatur.

¶ Vrbanus tertius Virgilien † episcopo.

¶ *Si unus ex coniugibus fuit alias benedictus, nō debent coniuges de nouo benedici.*

Vir † autem vel mulier ad bigamiā tran-

DE SECVNDIS nuptijs.

¶ Quia diuortio facto solent homines trāsire ad secūdas nuptias, ideo uiso de diuortijs merito subijcitur de secundis nuptijs. Et scias quod nedum secundæ nuptię approbantur ab ecclesia, sed etiam tertiæ & vlteriores, vnde non solum quis bigamus & trigamus, sed etiam o⁰ogamus effici potest, ut dicit textus in c. aperiunt, 21. q. 1. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur, 34. q. 2 & 31. q. 1. in multis, c. 2. q. 2. §. hinc tollitur, 3. q. 7. §. tria, prope finem.

Capellanū] CASVS. qdā mulier mortuo viro suo transiuit ad secunda uota: quidam capellanus benedixit mulierem istam transeuntem ad secundum matrimonium: Quia nuptię secundæ benedici nō debent, quæsitum fuit qualiter capellanus iste puniri debeat? Mandat papa episcopo suo, quatenus capellanum illum ab officio & beneficio suo suspendat, & sic suspensum ad Apostolicam sedem transmittat. Not. quod secundæ nuptiæ benedici non debent: & qui eas benedicit, punitur.

[Gl. seq. reddit tres rationes, sed primam reprobat.]

a ¶ Cum secunda.] Secundæ nuptiæ benedicendæ non sunt, inf. eo. uir autem. & secundam accipere secundum ueritatis rationem uere fornicatio est, 30. q. 1. hac ratione. Sed illud intelligitur prima uiuente: & non debent benedici secundæ nuptiæ, ad exhortationem continentiæ: sic & sacerdos interesse non debet nuptijs clandestine contractis, sup. de cland. matrim. c. cum inhibitio. §. sane. multo minus debet illas benedicere, & alia ratio est quia sacramentum [a] iterari non debet, inf. eo. uir autem ubi hæc ratio notatur.

Dominus.] Tria sunt dicta secundum ibi, Si uero. Tertium ibi. Quod si. Al b. S culus.

CASVS. Quidam Christiani erant in captiuitate Sarracenorum, quidam de his coniugati nulla certitudine habita de morte vxoris, contrahebant secunda matrimonia: Quærebatur, an deberent sic remanere? Respondet papa, vt nullus præsumat amodo ad secundas nuptias conuolare donec constet, quod vxor sua de hac luce decessit. Si uero aliquis uel aliqua hoc non seruauerit, & dubitet adhuc de morte prioris coniugis: ei cui nupsit, debitum nō deneget postulanti, sed nullatenus exigat ab eadem: Si uero postea constiterit de uita prioris coniugis; statim eā relinquat, & ad priorem reuertatur. Nota, quod uir uel mulier cōtrahere secunda matrimonia non debet, nisi de morte coniugis certum existat.

b ¶ Ei constet.] supra de spon. in præsentia. ubi notatur quid iuris sit de hac materia. C. de repud. authen. hodie. & in Authen. vt liceat matri. & auiæ. §. quod autem, collation. octauo.

c ¶ Non deneget.] Et ita propter dubium matrimonio præsumitur pro matrimonio, quod fieri debet, sup. de sponsa. iuuenis, & arg. sup de matr. contrac. contra interdi. eccles. cap. 1. ff. de reg. iur. in ambiguis. & ff. de iur. ... nisi quando dubitatur, an contractum sit matrimonium: quia clandestinum est, quo casu potius præsumitur ad ulterium, quam matrimonium. 30. quæst. 5. aliter & argumen. sup. de clandest. desponsa. capitul. 2.

d ¶ Nullatenus exigēdum.] Hoc est propter conscientiam dui... ex probabili causa. Simile inf de sent. excom. inquisitioni, in fi.

[Glo. seq. exponit argum. soluit, & dat simile per modum conuersum.

e ¶ Adulterinis.] Hoc intellige, si postquam intellexerit pro certo de uita prior s mariti, cum secundo remaneat: quia statim est adulterium, & non ante. 33. quæst. 2. cum per bellicam. & est argum. quod matrimonium, quod ab initio ualuit, tractu temporis infirmatur, ff. de iud. si alter. & l. si a me. Sed non fuit matrimonium ab initio in ueritate, sed nunc primo declaratur matrimonium non fuisse, sicut econuerso, & ex futuro euentu apparet matrimonium ab initio fuisse, sup. de frig. & ma l. f. fraternitatis, in fi.

Vir autem. CASVS. Dicitur, hic, quod bigamus uel bigama non debent aliquo modo a sacerdote benedici, cum alias fuerint benedicti. hoc habes 31. q. 1. quemadmodum. Nota mulieres secundo nubentes, non esse a presbytero benedicendas.

a ¶ Benedi-

---

†Vide magistri & Theologo. libr. 4. sent. dist. 42.

† Cap vni e. tit in 2. cōpi.

a Neq; benedictio illa ē sa m, aut ... sacri, ue qu...

monium est ex ijs sacris, quę nequeūt iterari. Vide S Th. 4. sent. dist. 42. q. 3. art. 2.

† Cap. s. eo. tit in 1. cōpi. huc spectant t adita sup. de spon ... præsentia.

† Virgo. Virg. f. d in Vaticanis, vt ...

a ¶ Benedici.] supra eod. cap. 1. vbi de hoc.
[Glo. seq. ponit rõnem prohibitæ iterationis, & duo sacramenta, q̃ iterant, & de pœnitentia solẽni subdit consuetudinem quorundã locorũ, dicens, quo casu excuset.
b ¶ Iterari.] Sacramenta enim iterari 1 non debent, 1. quæstio. 1. hanc regulam, & c. hi qui, ne fiat eis iniuria, 1. q. 3. quidam. & de conse. dist. 4. ostenditur. 33. q. 7. quemadmodũ. & c. ne sanc. bapt. ite. l. 1. & 1. Videretur. n. ꝙ sacramentum huiusmodi non fuisset collatum, vel quod inefficax fuisset omnino, & sic fieret iniuria ei, 1. q. 1. sacramenta. Tamen pœnitentia bene iteratur, de pœn. dist. 3. adhuc instant. fallit etiam secundum quosdam in extrema vnctione. Quid enim impediret hanc iterari, cum non 2 sit sacr̃m, sed oratio semper hominem 1. q. 1. manus. & solemnis pœnitentia non iteratur. 50. dist. quamuis, &c. in capite. Gratianus tamen dicit, ꝙ iteratur secundum consuetudinem quorundam, de pœnit. dist. 3. §. ex persona. & benedictio ista cum aliquis secundam duxit virginẽ. iterãt secundum consuetudinem quorundam locorum, & hoc si Papa sciat talem consuetudinem, alias non licet.

1 Hoc verum de sacramentis imprimentibus characterem.

† Cap 2. eo. tit in 1. compila. & post concil. Late. par. 9. c. 2.

† Habetur in l. 1. ff. de his qui no. infa. & in l. 1. C. de secũ. nup. 1. Corin. 7. & cũ Rom. c. 7.

2 Imo est vnũ de septem ecclesiæ sacramentis, & cõtrarium asserere est hæresis demũ dãnata in concil. Trid. sess. 7. de sacramentis, canon 1. & sess. 14. de sacramento extre. vnctionis. c. 2 & ibidem eo. tit. cano. 1. adde Sotum lib. 4. sent. dist. 2. q. 1. ar. 1. vbi eruditissimè. adde Lindanum li. 4. 28. Panapliæ Euangelicæ.

...fiens, non debet à presbytero benedici,a quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari b non dẽt.

¶ Idem Exonen. Episcopo.

¶ *Mulier nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit. h. d. cũ sequenti. Abbas Siculus.*

CAP. IIII.

Super† illa quæstione, qua quæsitum est an mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus secundum leges diffinitum: †Respondemus, quod cum Apostolus dicat mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri sui: in Domino nubat, c cui voluerit: per licẽtiam d & auctoritatem Apostoli, eius infamia e aboletur.

Super illa.] Ponit quæstionem cui respondet, ibi, Respondemus. Abbas Siculus.

CASVS. Secundum leges, si mulier mortuo viro inf. annum nubat, efficitur infamis: Quæritur, an secundum canones ita sit? Respondet Papa, quod cum dicat Apostolus: mulier viro suo mortuo soluta est à lege viri: nubat in Domino cui vult: ex licentia Apostoli omnis infamia abolet ur: nec debet legalis infamiæ sustinere iacturam: quoniam in his sacræ leges non dedignantur sacros canones imitari.

c ¶ In Domino nubat.] inf c. proxi. ergo cum Apostolus nullum tempus adiiciat, nec nos adiicere debemus, 31. q. 1. ꝙ si dormierit, & 2. q. 5. consuluisti. & supra de translat. inter corporalia. soli ergo honestati suæ consulat mulier. quia statim licet, ex quo tempus non adiicitur. Instit. de verb oblig §. pure.

d ¶ Per licentiam.] quæ intelligitur interuenire, eo ipso, ꝙ non prohibetur, vt 11. q. 1. sunt nonnulli.

e ¶ Infamia.] inf. c. proxi.

¶ Innocent. iij. P. nobili mulieri.

¶ *Sũmatur vt præcedẽs.*

CAP. V.

Cum† (secundum Apostolo.) mulier mortuo viro suo, ab eius sit lege soluta, & nubendi cui vult f tantum in domino liberam habeat facultatem, non debet legalis infamiæ g sustinere iacturam, quæ licet post viri obitum infra tempus luctus (scilicet vnius anni spatium) nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo h vtitur potestate, cum i in his præsertim sæculares leges, non dedignentur sacros canones imitari.

Cum secundum.] Præmissa ratione ponit dictum, & soluit obstaculum. Abbas Siculus.

f ¶ Cui vult.] sic 7. q. 1. sicut alterius, & sup. c. proxi.

[Gloss. sequent. inducit legem & eius causam: secundo tractat, an canon liberet illam etiam à pœna legali, & primo dicit quod sic: secũdo ponit opinionem contrariam.

g ¶ Legalis infamiæ.] quam inflixit lex ei, quæ nubit infra annum, ne turbaretur sanguis, & de prole dubitaretur. 3 C. de repu. consensu. §. si vero. ff. de his q no. infa. l. liberorum. §. 2. Et nota quòd canones isti non solùm talem mulierem liberant ab infamia, sed omni pœna quam exprimit lex. C. de secun. nupt. l. 1. & in authen. eisdem pœnis. & in Authen. de restitu. & ea quæ pa. §. vlt. coll. 4. Nec debet dici infamis in foro ciuili, ex quo per ecclesiam & licentiam Apostoli remissa est, argument. supra, qui filij sint legi. per venerabilem. & 2. quæst. 3. §. hinc colligitur. Quidam tamen dicunt, ꝙ propterea non euadit pœnam illam, qua priuatur ante nuptiali donatione. Authen prædi. de restitu. & ea quæ par. §. vlt. coll. 4. quæ virum suum ita velociter de hore stauit, vt appareat etiam eo viuente, eam non caste vixisse, vt ibi dicitur: & ideo perdere debet quicquid ex liberalitate viri ad eam potuit peruenire nec ecclesia in hoc potuit 4 pœnam illam tollere: quia quandam ingratitudinem videtur mulier commisisse, argum. sup. de dona. propter nupt. nec est hoc contra Apostolum, sup. de diuort. gaudemus.

h ¶ Concessa sibi tamen ab Apostolo.] quàm alicui auferre non possumus, 28. dist. de his, beneficium enim iuris, nemini est auferendum. 5. dist. ad eius vero, ff. de re iudic. l. 4. §. l. si quis condemnatus, & beneficium principis rarissime interpretandum est, ff. de constit. princ. beneficium, & sic ad omnes mulieres hoc beneficium extenditur.

i ¶ Cum in his] scilicet matrimonijs cõtrahendis, in quibus sacræ leges sacros canones imitantur. in Authenti. quomodo oportet episcop. §. vltim. col. 1. & in Authen. vt cleri. apud proprios episcopos. § vlt. col. 6. & sup. de iudicijs. at si clerici. & in Authent. de ecclesi. titul. circa princ. coll. 9.

† Cap. vlti c. tit. in 3. cõp.

Rom. c. 7. & 1. Cor. 7.

3 Plures aliæ causæ notantur in § item in Leuitico. 27 quæst. 2.

4 Imo potuit quicquid hic dicat Berna. cui standum non est.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, &c.

¶ Duobus modis potest continuari: Primo ad præcedentia: Secundo ad sequentia. Primo sic: Supra visum est de accusationibus ciuilibus, sequitur videre de criminalib⁹, & pœnis eorum. vel sic & secundo ad sequentia: tractaturus auctor in quinto de criminibus & pœnis eorũ, quia super eis quandoque proceditur per accusationẽ, quandoq; per inquisitionem, quandoque per denũciationem: ideo primo de his p̃mittit. Abb. Siculus. ¶ De hac materia tractatur, 2.q.7. & q.8. & 3.quæst.4. & q.5. & q.9. & q.10. & 11. & 4.q.1. & q.4. & q.5. & q.6. & 15.q.3. per totum.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus.

¶ Fœlix Papa.

¶ *De persona accusatoris prius quærendum est in iudicio.*

CAP. I.

SI † legitimus a nõ fuerit accusator, non fatigetur b accusatus.

¶ Idem episcopis per Galliam constitutis.

¶ *A denũciatione repellitur is, qui nõ præmonuit.*

† Cap. 1. eo. [illegible] comp. [illegible] vide Bal. in l. damni. §. si alieno. [illegible] dã. infe.

SI legitim⁹] Ad petitionem illegitimi accusatoris reus non est trahendus ad iudicium, h.d. Et non diuiditur. Abbas. Casus patet No. q̃ criminosus nõ potest alium accusare. [Gloss. sequens ponit & repetit tria, quæ faciunt accusatorem non legitimum.

a ¶ Legitimus.] legitimus ideo dicit, quia si sit criminosus, non potest alium accusare, 3.q.7. qui sine & cap. postulatur, & qui trabem gestat in oculo, festucam de oculo fratris non potest eruere. eadem causa. & q. e. §. tria, ver. porro, in fi. & 1.q.1. multi. & 6.q.1. qui crimen. qui enim alium accusat, debet esse bonæ famæ, non suspectus, per iura prædicta: si enim ad denunciandum viles personæ non admittuntur, vt s. de spon. cum in tua, multo fortius nec ad accusandum. item nec debent esse inimici, inf. eod. cum oporteat & c. cum P. Manconella, & c. menimimus: Debet enim esse sine crimine, non inimicus bonæ famæ & opinionis, qui alium accusat, alias non est legitimus accusator: Criminosus enim criminosum accusare non potest, aut etiam denunciare.

ADDITIO. Multæ aliæ sunt personæ, quæ accusare non possunt: vnde Versus.

Hi nõ accusant, quos metra sequẽtia signãt.
Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus,
Suspectus, quæstu corruptus, sortilegusque:
Infamis, seruus, pauper, cũ milite princeps:
Libertus socius socium nec non inimici:
Clericus ecclesiam, nullus deferre valebit.

[Glo. sequens exponit litteram, ponit exceptionem, & congruentiam rubricæ.

b ¶ Non fatigetur,] sed repellatur accusator, & absoluatur reus ab obseruatione iudicii, 7.q. vlt. c. accusator, nisi fuerit infamatus: quia tunc debet indici ei purgatio. 12. quest. 5. presbyter 2. & j. de pur. can. cap. cum P. Et hæc dec. et. pertinet ad primam partem rubricæ.

1 Vel ex offi sue iudex inquiret. infra eo. qualiter. & inf. de collu. de te. c. 1. Ala Io. And.

SI quis episcopus.] CASVS Dicitur in capitulo isto quod si aliquis, qui dignus sit, voluerit denunciare episcopum suum super aliquibus excessibus suis, debet illum charitatiue admonere, vt se emendet: Si autem se corrigere noluerit, postmodum causam eius deferat ad primates, alioquin charitatiua & legitima admonitione omissa, a denunciando repellitur. Nota quod ad denunciandum non debet admitti, qui legitime non premonuit, & charitatiue.

c ¶ Accusatoribus.] idest, denunciatoribus.

d ¶ Accusatus.] idest denunciatus.

[Gloss. seq. arg. quod accusans, & c. soluit.

e ¶ Charitatiue.] Arg. q̃ admonitio sẽper est premittenda ante accusationem, & ante vindictam. 2 12.q.2. indigne. & 16.q.1. quidam monachi. & quæstio.7. omnes decime. & vigesima [illegible] quæstione [illegible] cita. & [illegible] sententen. ex[illegible] Cum [illegible] nes ad [illegible]

CAP. II.

SI quis eps ab illis accusatoribus c qui recipiendi sunt, accusatus d fuerit, postquã ab eis charitatiue e conuentus f fuerit, vt causam emendet, & eam corrigere noluerit; non olim, g sed nunc h ad primates causæ eius canonice deferantur.

† Cap. 8. eod. tit. in 1. cõp.

¶ Gregorius † duci Campaniæ.

¶ *Criminatio prælati debet tractari coram illis, quorum interest.*

† Lib. 8. epistola 12. regi[illegible].

2 [illegible] obti[illegible] [illegible] 1. [illegible] 4.

CAP. III.

ILla † præpositorum; & infra.

¶ Si vero aliquis est de monasterio i prædicti abbatis, q

tunc necessaria est admonitio secundum [illegible] veritatem. sup. de iud. nouit. & 1. quæst. 1. si peccauerit. & inf. de simon. licet Hely. & inf. eod. cap. cum dilectus. in quo casu loquitur hoc capitulum, & ita pertinet ad vltimam partem rubricæ, & vbi dicit, accusatoribus, expone, idest, denunciatoribus: Accusatus, idest, denunciatus: vt dictum est.

f ¶ Conuentus.] idest, admonitus, vt sequens littera indicat.

g ¶ Non olim,] idest, non ante admonitionem admittatur ad denunciandum.

h ¶ Nunc,] idest, post admonitionem debet admitti, vt dictum est.

ILla præpositorum.] Illi debent accusare, quorum interest: aliàs accusatio est nulla. hoc dicit. Et primo ponitur decisum factum. Secundo dispositio, ibi, Si vero. Abb.

CASVS. Quidam Abbas infamatus erat apud Papam: vnde mandat duci Campaniæ, quod si aliquis est de monasterio ipsius Abbatis, qui velit aliquid dicere contra ipsum Abbatem accusando, vel denunciando, Papa paratus est audire ipsum cum illis, quorum interest, & causam districte perscrutari, condemnando ipsum vel absoluendo. Nota quod monachi possunt Abbatem suum accusare vel denunciare. Item Episcopus hãc causam debet inquirere cum canonicis suis. Item sententia debet continere condemnationem vel absolutionem.

[Glossa sequens cum vltim. duo notant ex textu, quæ patent.

i ¶ De monasterio.] Nota quod non debet admitti ad denunciandum, nisi illi quorum interest vt monachi, vt hic,

vt hic, aut etiam patroni, 16. quæſt. vlt. filijs, aut etiam parochiani, 93. diſt. vota ciuium, & 7. quæſt. 1. factus eſt. a ¶ Dicere.] ideſt, accuſare inf. eo. ex parte, & 2. quæſt. 4. Euphemium. Sed potius loquitur in modum inquiſitionis ſiue denunciationis, in quo caſu tenentur ad denunciandum, vt 2. q. 6. qua propter. & argumen. ſup. de cogn. ſpi. tua. ad hoc enim quilibet tenetur, etiam ſi iuraſſet 1 nō denunciare, ſup. de iureiurand. quemadmodum.

b ¶ Quorū intereſt.] ſcilicet fratrum ſuorum, 86. diſt. ſi quid.

c ¶ Condemnetur.] Hoc ſp det cōtinere diffinitiua ſn̄ia, cōdēnationem vel abſolutionē, aliàs nō tenet. 2. qō. 6. §. diffinitiua & 23. q. 4. illud ēt, vł æquipol ēs. ĩ. de verbo. ſignif. ĩ his. & ff. de arbitr. qd tñ. §. ſi arbiter. & ſic ſn̄ia, q̄ ſine certa quantitate profertur, nulla eſt, nec in aliqua parte actorū hoc reperit, C. de ſent. quæ ſine cert. quant. t. prolata eſt. l. pen. & vlt. Tā.

OMnipotēs.] CASVS. Dr̄ hic, ꝙ ſi aliqs infamat, non debet ad honores ꝓmoueri, donec ā hoc ingratur, vel inde ſe purgauerit. Not. quòd opinio promouendi ad honores maculare non debet, & ſic pendente accuſatione promoueri non debet.

d ¶ Denunciantur.] Et ſic ad ultimam partem tituli pertinet, cum etiam aliquis accuſatur, aut denuntiatur, uel etiam inquiritur, grauata eſt ſtatim eius opinio, vt interim non debeat promoueri 81. diſtinctione, tantis Daniel. & ſup. de teſti. capit. ult. C. de procu. rei. & ff. de mun. & honor. l. reus, 1. reſpon. niſi poſt annum, vt ea. l. reus §. eum.

e ¶ Honoretur.] id eſt, ad honorem promoueatur.

NVlli epiſcoporum.] CASVS. Quidam familiaris epiſcopi uolebat ipſum epiſcopum accuſare, opponebat ſibi, quod erat uilis opinionis, & malæ famæ: quæritur, utrum ſit admittendus: Reſpon. papa, quod non licet epiſcopo illum a ſua accuſatione repellere, quem a ſe ſeparare neglexerit antequam accuſaret eundem. Nota quod ſemel approbaui, iterum reprobare non poſſum.

f ¶ Repellere.] Iudex tamen ex officio ſuo poteſt repellere accuſatorem, ſi non fuerit idoneus. ar. 2. q. 7. alieni, & c. ſi qui ſunt & c. quærendum. ff. de poſtulando, quos prohibet. & ſup. de excep. exceptionem. in fin. & de pe. hære. l. vlt.

g ¶ Familiaritate.] Non enim modo poteſt reprobare etiam mores, quos prius approbauit, ff. de adulter. ſi vxor. in fine. & 32. quæſtio. 5. horrendus, & ſupra de filijs presbyter. ueniens, ff. de neg. geſt. Pomponius. accuſare non poſſunt, iniquum. Imo videtur quod criminoſus criminoſum accuſare poſſit, 2. q. 7. §. in hoc, & C. de hære. quoniā. & C. de inoff. teſt. in arena, ar. ꝙ nullus criminoſus reputatur legitima perſona ad accuſandum, uel ad denunciandum, ut dixi ſup. c. 1. arg. C. de adul. qm̄, 32. q. 6. nihil iniquius, & C. de lib. cau. ſi filium, vel forſitan iſte epiſcopus accuſabat de crimine excepto, quia & erat malæ famæ, 2. qō. 1 primis. vnde admittebantur uiles perſonæ contra eum.

1 Faciunt q̄ tradit Beat. Tho. 2. 2 qō. 70. arti. 1. ad 2. argum.

† Scilicet Gregorius libr. 3. epi. 24 capit. 78. in diſt. 13. regiſtri.

† Cap. 6 eo. ti. in 1. cōpi. Vide Anch. in 1. ca. me. minimus. in fi. eod.

poſſit dicere,[a] quod ad culpam reatumque eius pertineat Nos cū eis, quorum [b] intereſt, tām diſtricte volumus perſcrutari, vt vel condemnetur,[c] vel abſoluatur.

¶ Idē † Cōſtātię Auguſtę.

¶ *Qui de aliquo crimine accuſatur vel denūciatur, interim promoueri nō pōt.*

CAP. IIII.

OMnipotens † Deus, & infra.

¶ Valde graue eſt, vt vir, de quo tanta & talia denunciātur [d] (cum ante requiri & diſcuti debeant) honoretur. [e]

¶ Paſcalis Papa.

¶ *Eps per exceptionē criminis illū ab accuſatione ſua repellere nō poteſt, quē ante a ſua familiaritate neglexerit ſeparare.*

CAP. V.

NVlli † epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere [f] liceat, quos antequam ſe ab eis impetēdum cognoſceret, a ſua cōi familiaritate [g] neglexerit ſeparare.

¶ Ex cōcil. Maguntino. †

¶ *Abſolutus de certo crimine, de eodem iterum accuſari non poteſt.*

CAP. VI.

DE his criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poteſt accuſatio replicari. [h]

¶ Stephanus Papa. †

¶ *Cohabitātes inimicis accuſati, ab accuſatione repelluntur.*

CAP. VII.

REpellantur ab accuſatione cohabitantes [i] inimicis.

Sed dic ꝙ ſpeciale e in epis, & in odium ipſorum ſtatutū, qa debent ſecum habēre honeſtas ꝑſonas, q̄ perhibeāt teſtimonium de uita eorū, 2. q. 7. cum paſtoris. Et iō ſi prauos & viles habent ſecū, ſibi imputent. aliàs vilis perſona nō eſt audiēda, vt dixi, ſ. eo. c. 1. Vel forte ſuperior ex officio ſuo poſſet tales repellere, vt dr̄ ĩ prin. c. & in c. & in precedenti notula.

DE his.] Non diuiditur, quia continet unum dictum. Abb.

CASVS. Dr̄ hic, ꝙ ſi aliquis eſt abſolutus de crimine, de quo fuit accuſatus, non debet iterum accuſari de eodem. No. quòd crimina ſemel dimiſſa, iterum vindicari nō debent.

¶ Glo. ſeq. trac. de triplici abſolone criminis. Prima per diſpenſationem. Secunda per ſentētiam crimine non probato. Tertia ꝑ pn̄iam. prima īpedit accuſationē, & ſcd̄a pariter fallit in duob. caſib. tertia non.

h ¶ Replicari.] quia ſi probato crimine iudex cū illo diſpēſauit, ſi fuit tale crimē, qd̄ potuit diſpenſare, crīa ſemel dimiſſa, iterū in vltionē diuina clemētia venire nō patitur, de pen. diſt. 4. diuina clementia, ad fin. 24. q. 4. ſi. illic ubi de hoc, & 2. q. 3. §. notādū. Si abſolutus eſt, quia accuſator non probauit, tutus eſt, quia de delicto vnius hominis ſæpius q̄ri nō dēt, ff. nau. cau. licet. §. vlt. & 35. q. 6. ueniā, & hoc ueru eſt, niſi in duob. caſib. puta ſi ſcd̄s accuſator primū doceat ꝑuaricatū fuiſſe, ff. de ꝑuari. l. 3. C. de accuſ. ſi quis homicidij, & de coll. c. 1. Item ſi ſuū dolorē proſequatur ignorans accuſationē ab alio inſtitutam, ff. de accuſat. ſi cui. §. iiſdem. Et hoc intellige, cum actum eſt in forma iudicij: Si aūt pn̄iam egiſſet occulte, quo ad Deum abſolutus 2 eſt, ſed accuſatio in iudicio facienda, non ceſſat propter hoc, 33. q. 2. admonere. Vin.

REpellantur.] Primo ponit ſtatutum. Secundo rationem ibi. Quia. Abb.

CASVS. Dr̄ hic, ꝙ illi, qui moranť cū inimicis meis, a mea dēnt accuſatione repelli, cū mei inimici ꝑſumanť: qa affectio amicitię ſolet icitare hmōi accuſatiōes. No. ꝙ cū inimic s meis habitātes, inimici mei ꝑſumunť. itē aliqd ex cohabitatione ꝑſumit, qd̄ aľs non ꝑſumeretur.

[Glo. ſeq. coadiuuat tex. per. 4. iura ſignat contrarium de duob. iuribus, & arg. ex cohabitatione præſumi.

i ¶ Cohabitātes.] non ſolū inimici, ſed eis cohabitantes repellanť, qa ex hoc inimici ꝑſumuntur, 4. q. 3. §. itē teſtes, & ĩ eo. cū oporteat. C. de inof. teſt. liber. 93. di. ſi inimicus. ar. cōtra. ff. ꝓ ſoc. Na ſocius ſocij mei, nō eſt ſocius meus, & 71. di. legit, & eſt ar. ex cohabitatione præſumendu ꝓ aliquo, vel cōtra aliquē, 18. q. 2. diffinimus, & ſup. eo. nulli, & ſup. de of. dele. inſinuāte, 3. q. 5. accuſantes,

† Cap. 3. eod. ti. in 1 cōpi. refert Gratianus ſ c Palea. 3 qō. 5. c nulli epiſcoporum.

† Sed in concilijs editis nō dū hoc eſt inuentum; refert tn̄ Burchardus, lib. 16. decre. c. 9. & cap. 4. eo. ti. in 1. cōpi.

† Scilicet primus i epiſtol. 2. oībus epis & ca. 7. eod. tit. in 2. conquil.

2 Hoc eſt, licet quo ad Deū abſolutus ſit, in foro tñ exteriori pōt accuſari & puniri & hæc mia gloſſæ eſt cōis, vt late dixi lib. 2 cōment. in Directori inqu ſ ..o. & Schol. 2c. & Rurſus altera.

a ¶ Amicitiæ.] 3.q.5. accusatores. propter amicitiam vel odium humanum iudicium sæpe peruertitur, 11. q.3.quatuor.

ADDITIO. Vnde uersus.

Quatuor ista, timor, odium, dilectio, census.
Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.

ACcusasti.] CASVS. Dicitur hic, quod si accusasti aliquem maitiose, & per accusationem mortuus fuerit, septẽ annis pœnitere debes in pane & aqua, & xl. diebus: Si aũt per tuã accusationem membrum amiserit, per tres quadragesimas penitere debes. Not. quod qui occasionẽ damni dat, damnum dedisse videtur.

b ¶ Per tuam.] tantũ accusationem calumniosam, & nõ culpa sua: nam si quis iuste accuset criminosum, & crimine probato interficiatur reus, immunis est accusator, 23. q.5. cum homo qui malos, & c. iudex. & c. homicidas. & c. miles. in fi.

c ¶ Nisi pro pace.] non tenetur proprie illud, nisi, quia si proprie sequeretur, quod pro pace posset quis accusare alium iniuste, quod non est uerũ, quasi simile habes 2.q.1. notum, sed pro pace seruanda licitum est accusare, ut boni quiete uiuant, 23. quæstione quinta. non frustra, aliàs accusare mortale peccatum est, scilicet calumniose. Bernar.

† Hoc habet glossa: interlinearis, Genesis c. 4 super illis verbis: Vox sanguinis: fratris tui clamat ad me de terra.

inimicus. Quia infestationes blasphemiæ, affectio solet amicitiæ a incitare.

¶ Ex Brocardico li. xliij.

¶ *Ponit penitẽtiam ac cusatoris calumniosi, cum sequitur inde mors, vel membri debilitatio.*

CAP. VIII.

ACcusasti aliquem, & per tuam b accusationem occisus est, nisi pro pace c [hoc feceris,] quadraginta dies in pane & aqua (quod carina d vocatur) cum septẽ sequentibus annis peniteas. Si autem per tuam delaturã debilitatus e est, per tres debes quadragesimas pœnitere.

¶ Augustinus† super Genesi de morte Abel.

¶ *Super notorio procedit iudex, nemine accusante.*

d ¶ Carina] vulgare est Lombardorum, & dicitur a carentia hominum, quia tales recluduntur solitarij per xl. dies ad agendum pœnitentiam: de qua penitentia habes 50. dist. in capite. B.

e ¶ Debilitatus.] id est, mutilatus in membris.

EVidentia.] CASVS. per se patet. Nota, quod in notorijs iuris ordo non requiritur.

f ¶ Sceleris.] id est, scelus quod notorium est per operis euidentiam; & est unus modus notorij, quem & alios habes sup. de coha. cle. & mulie. cap. vlt.

g ¶ Non indiget clamore.] id est, non indiget aliquo proponente accusationem: quia factum se ostendit, arg. ff. de in integ. restitu. l.1. in confessum enim nullæ sunt partes iudicis, ff. ad leg. Aquil. proinde, nisi quo ad sententiam tantum, & quæ in iudicio publicantur, non requirunt accusationem aut etiam probationem, ff. de adul. leg. 2. §. si publico & C. de testibus nullum, sic in quocunque notorio, 1 tantum sententia semper est necessaria Vin.

1 Vide Iuliũ Clarũ in pra. cri. § fi. q.9.

CVm P.] Facit tria: primo repellit vnum accusatorem, quia laicus. Secundo repellit alium: quia inimicus: Tertio repugnationem inducit: Secunda ibi, Sed ut noue. Abb. Sic.

CASVS. P. Manconella presbyter ex una parte, & presbyter Bonus, & Ioannes laicus eius frater ex altera; erant in præsentia papæ: Ioannes laicus cœpit accusare P. Manconellam de simonia; papa (quia laicus erat) non admisit eum ad accusationem dictum P. Manconellam: quo repulso presbyter Bonus frater eius, cœpit illum statim accusare super crimine simoniæ, & papa eum repulit, pro eo quod cum idem Ioan. accusasset dictum Presbyterum Bonum fratrem suum dixit in testimonium contra ipsum P. Et quia etiã frater P. dictum Bonum presbyterũ de causa cõsimili accusauit: ideo neutrum illorum admisit in accusationem dicti P. Sed quia vterq; super obiectis erat infamatus, utrique propter infamiam purgationẽ indixit, vñ mandat papa, quod uterq; illorum cũ trib. sacerdotibus dẽat se purgarẽ. No. quod laici clericos accusare non possunt. Itẽ mutua accusatio repellit quia præsumitur odiosa. Item quod qui dixit testimonium contra aliquem in cã criminali, non potest illum accusare postea. Itẽ si quis accusauit aliquẽ, & fuit repulsus eius germanus, repellitur ab illius accusatione, quia præsumitur inimicus.

[Glo. sequens notat laicos non admittendos, &c in fi. obijcit ad testimonium, & soluit.]

CAP. IX.

EVidentia patrati sceleris, f non indiget clamore g accusatoris.

¶ Alexander iij. Caitur. † electo.

¶ *Laici vel inimici clericos accusare non possunt.*

CAP. X.

CVm † P. Manconella presbyter ex vna parte, & Bonus presbyter, & I. Bonus Cocti laicus h frater eius ex altera, in nostra essent præsentia constituti, eundem I. quia laicus erat, in dicti P. accusationem non duximus admittendum. Cumque præfatus B. eundem P. super crimine simoniæ constantius accusaret: nos eum, quia in testimo-

† Gaientinæ. † Gaæi. sed fortassis legendum Gaiacen. & est parua vrbs in Cãpania.

† Ca. 12. e. ti. in 1. cõpil. & post eam: La teran. sub Alex. in pãr. 50. c. 14.

h ¶ Laicus.] Nota quòd laici in accusationem vel testimonium clericorum non sunt admittendi: & hoc regulare est nisi suorum uel suam iniuriam prosequantur. 4. q.6. omnibus nec tunc ad testimonium: quia in facto suo nemo testis idoneus est, sup. de testi. de cætero. & 2. q.1. prohibentur, & 4. q.3. §. item omnibus & hoc uerum est, nisi in criminibus exceptis, vt est crimen simoniæ, hæresis, & lęsæ maiestatis, inf. de simo. tanta. & 2. qo. 7. sacerdotes, & cap. oues, 15. q.3. sane C. de epi. & clericis, si quemquam. & in his casibus & cosimilibus, admittuntur, si bono zelo non ex odio procedant, quia tunc nec ad accusandum, nec ad testificandum admittuntur, inf. de simo licet Hely. & cap. per tuas, & inf. eo meminimus, &c. cum oporteat. Iniminci in nullo casu admittuntur. 2 Laici enim bonæ famæ admittuntur in huiusmodi exceptis criminibus, sed si laici sint malæ famæ, & uiles personæ, tunc distinguitur. Si clericus sit per illo crimine sit infamatus & malæ opinionis, admittuntur laici & uiles personæ: Si uero sit bonæ famæ & opinionis non admittuntur, & hoc bene colligitur 1. quę. 3. in primis, ad fin. & inf. de simo. tanta, & c. per tuas. & hoc exceptis conspiratorib. & inimicis, ut dixi, & excipitur particeps criminis, sup. de testi. ueniens Et testib. vilibus sine corporali tormento 2 credi non debet, vt 2. q. 1. in primis ad fi. sed accusator non torquetur, 4 q. 3. §. si autẽ ea rei. Et sic Ioã. iste (quia laicus erat) ad

2 Hoc verũ [illegible] capitale, de quo dixi latissime li. 3. Directorũ Inquisitorum sch. 12j.

Tum...

mittitur contra clericum. Sed quare repellitur, cum accusaret illum de simonia, quæ est crimen exceptum, & quia etiã erat infamatus, vt patet ex eo quod indr purgatio illi? Respondeo, quia erant inimici: quod bene colligitur propter mutuas accusationes, & officia permista, vt patet ex ipsa littera.

a ¶ Illius causæ.] scilicet Ioãnis laici fratris B. Iste enim Io. pri⁹ accusauerat forte ipsum P. coram Episcopo, & B. fratrem suum induxit in testem, vt hic videtur, & ideo ipse repellitur tanquam inimicus, inf. eodem meminimus.

b ¶ Purgationem.] quia vterque fuerat infamatus, inf. de simo. de hoc. &c. insinuatum, aliàs non esset indicenda purgatio. 15. quæst. 5. de crimine.

[Glo. seq. quærit & soluit, iterum quærit & distinguit.

c ¶ Cum tribus.] Arbitrarius .n. est numerus purgatorum, secundum arbitriũ presidentis, & qualitatẽ infamationis, arg. 2. q. 6. omnibus. c. presbyter. simi. infr. de pur. ca. inter sollicitudines. Nunquid episcopus pôt diminuere de hoc numero, ex quo præfigitur à Papa? ex quo est arbitrarius? Dicas ꝙ non, postquam Papa statuit, ar. ꝭ. de offi deleg. de causis. §. vlt. Quid si non potest habere compurgatores: Distingue, si hoc contingat ex eo, ꝙ est taliter infamatus: tunc puniri debet tanquam conuictus, infr. de simo. insinuatum, & infr. de purg. to. cano. cum P. quæ est pars huius. Si vero non potest habere, quia est aduena, potest credi suo iuramento cessante probatione, argumen. supra de iureiuran. cap. vlt. & ff. de his qui no. infa. furti. accipe §. qui iussu. ver. sed & si iure. in Authen. vt nulli liceat habere loci seru. §. necessarium. versi. si vero crimen, coll. 9. C. de custo. & exhib. re authen. nouo iure. Quid si habet bonos laicos? admittuntur, ar. 2. quæstio. prima in primis. Vincent.

[margin: † Præsertim cũ frater eius de P. memoratum B. &c.]

[margin: † Vide Bernardinum Diaz in pra. crim. cano. c. 140. & Host. in sum. tit. de purg. can. vn de illustrabitur hic text⁹ & glossa.]

[margin: † purgari]

nũ illius a causæ adductus fuerat: & quia prædictus I. frater eius, ipsum P. coram te prius accusauerat ab accusatione repulimus; præsertim † cum frater P. memoratum B. antea de causa consimili accusasset, vnde quoniam vnus post alterum prædictum P instanti vicissitudine accusabant; neutrum ad eius accusationem admisimus. Sed vtrique presbytero de obiectis criminibus, purgationem b † duximus indicendam. Ideoque mandamus quatenus, vterque illorum cum tribus, c sacerdotibus faciat se purgare. †

¶ Idem Vuigorien. episco.

¶ *Monachus accusare potest Abbatem, & de bonis monasterij expensas litis necessarias habebit.*

E[x] parte tui.] Tres sunt partes. Secunda ibi, Licet. tertia ib, Quibus. Abbas.

CASVS Monachi debent Abbati obedientiam & reuerentiam: Dubitabatur, vtrum hoc non obstante possint ipsum Abbatem accusare: Respondet Papa quod monachi non sunt repellendi ab accusatione Abbatis, pro eo quod de obedientia & subiectione ipsius noscuntur, esse nisi alia rationabilis causa impediat; quibus debent de bonis monasterij expensa necessariæ ministrari, vsque ad finem causæ, cum proprium non habeant. Nota quod subditus potest accusare suum prælatum non obstante obedientia.

d ¶ Alia rationabilis causa.] puta ꝙ essent excommunicati, sup. de except. exceptionem. Vel si essent inimici vel conspiratores, infr. eod. meminimus. & int. de simo. per tuas. & ꝭ. eo. cum oporteat. & in casu ꝭ. eo. veniens, vt dixi ꝭ. eod. c. 1 Sed pro eo ꝙ obedientiam promisit, nõ repellitur ab eius accusatione, in hoc. n. ꝙ malus est, non tenetur obedire ei, imo potius tenetur illũ denunciare siue recusare, cum eorum intersit, sup. de maio. & obed. dilecti, in fin. & 2. q. 7. qua propter. 10. q. 2. episco. 17. q. 4. quæsiti sunt. & quia vtilitatem ecclesiæ procurant, debent eis expensę ab ecclesia ministrari, vt hic dicit, & infr. eod. olim. & ipse Abbas debet habere expensas, 1 vt se defendat vsque ad finem causæ.

[Glo. seq. ponit casũ exceptum: rationẽ reddit text. dicit, qđ determinare possũt. signat huic contrariũ, format qõnem de monacho, qui est in scholis, & soluit.]

e ¶ Licet alios &c.] Alios vero accusare non possunt, nisi intersit monasterij, de licentia tamen abbatis, 16. q. 1. monachi, cum mortui sint mũdo, ea. causa. q. 1. placuit: & non tantum humanis uocib. sed diuinis mortui sunt, 3. q. 7. placuit. Funesta est eorum vox, vt ibi dicitur. i. semper flere debent, & tristes esse, 16. q. 1. placuit. Denunciare autem possunt ad pœnitẽtiam quemlibet Christianũ: quia cuilibet dictũ videtur; si peccauerit in te, &c. nulla facta exceptione: maxime si dr esse preceptum, arg. ꝭ. de iureiuran. quemadmodum. Sed contra vr dicere prædictum c. placuit, vbi dicitur, quod monasterium exire non debet monachus, sed tanquam mortuus ibi esse. Sed pone, monachus est in scholis 2 de licentia Abbatis: nunquid potest accusare vel aliter agere? Respondetur, potest, si eius interest: quia eo ipso quod monachus de licentia Abbatis est in scholis, per consequens omnia ei concessa intelliguntur, sine quibus commode non posset viuere, argum. sup. de offi. deleg. præterea. cap. prudentiam. §. sexta, & c. suspicionis: tamen pro alienis debitis intercedere non posset, vt per hoc monasterium obligaret, cum hoc non intellexerit abbas, ar. ꝭ. de fideiusi. quod quidam. & ꝭ. de sol. si quorundam; nisi quantum pertinet ad propriam necessitatem, & hoc si Abbas ei concedat. T.

f ¶ Expensæ necessariæ.] Ar. aduersarium aduersario cõpellendum in expensis prouidere contra se, arg. ff. de in offic. testam. si instituta. §. 3. C. de Carb. ed. c. l. vlt. C. de or. cog. l. vlt. §. 1. ve. nam si tales & istæ expensæ necessariæ tantum eiũt. sine qu b. causa expliceri non potest. De expensis satis habes. ꝭ. de dolo. & contumacia. litib.

[margin: 1 Secundum Ala. & Vinc. etiã si sit ab administratione remotus, alleg. ff. de offi. testa instituta. Ioan. Andr.]

[margin: † Cap. 13. co. tit. in 1. cõp. & post conc. Lateran. sub Alex. 3. par. 50. c. 16.]

[margin: † Aliàs itaque ab eius accusatione non sunt vllatenus repellendi.]

[margin: † Idẽ i. Alex. 3. sed in 2. cõpil. c. i. eo. ti. Celestino 3. aliàs Clementi tribuitur.]

[margin: 2 De hoc ar. vide in terminis per Horatium Lucium trac. de priuile. scholarium priuileg. 84. ad. de. in. Petr. capellæ To. Lanç. q. 20. & q. 18.]

CAP. XI.

E X † parte tua, & infra. ¶ Prudentiæ tuæ taliter respondemus, quod monachi (nisi alia rationabilis d causa impediat) eo ꝙ de obedientia & subiectione Abbatis esse noscuntur, ab † eius accusatione sunt nullatenus repellendi; Licet e alios accusare non possint. ¶ Quibus si quidem, cum propriũ non habeant, de rebus monasterij expensæ f debent necessariæ, donec causa debitum finem accipiat ministrari.

¶ Idem. †

¶ *Presbyter ebriosus Missam celebrans, non præmissa digestione, ecclesia priuari debet, h. d. vt conueniat omnibus lecturis.*

CAP. XII.

S I constiterit, g quod D Ecclesia non perpetuo

S I constiterit.] Potest multipliciter intelligi. Diuiditur. Nam primo instruit iudicem, quando contra actorem pronunciandum sit. Secundo quando contra reum: ibi, Cæterum. Abbas.

[Glossa sequens ponit casum.]

pliciter, a † aut criminaliter accusetur, & utrum agatur secundum iuris rigorem, an secundum temperantiam æquitatis. Item vtrũ ipse sit regularis, qui iam renunciauerit mundo an sæcularis, q a adhuc ĩ mũdo existit, & an inferioris gradus, an excellentioris b sit dignitatis. Ad hæc, utrũ ante fuisset claræ opinionis & bonæ famæ, an grauiter infamatus c & ualde suspectus, & utrum de facili possit puniri, an sine scandalo d nequeat condemnari. Præterea utrum testes sint honesti, an criminosi, & an emendati de crimine, an adhuc in crimine perseuerent. Rursus si crimina sint eadem, uel minora, e an paria, f uel maiora, vtrumve testes ex zelo iustitiæ, an ex malignitatis fomite g deposuisse credantur. Denique vtrum ad prauitatem simoniacam detegendam sola dicta testium inducantur, an alia etiam adminicula h suffragantur. Hæc omnia sunt ad intelligentiam illius epistolæ distinguenda. i Ille quidem Pompostianus Abbas qui iã pridem renunciauit mundo, erat de simonia, periurio, dilapidatione, ac insufficientia k grauiter infamatus. Cumque per monachos, qui iurauerant perhibere testimonium ueritati, simonia multis modis uideretur esse probata, ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspirationes l uidelicet, inimicitias capitales, furtum, & adulterium, ut eos a testimonio remoueret. Nos uero (ne innocentiæ puritas confusa succumberet, uel simoniæ prauitas effugeret impunitas) illas duntaxat exceptiones probandas admisimus, quibus forte probatis, testes non zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite processisse cõstaret, ut conspirationes, & inimicitias capitales, m cæteras autem exceptiones, ut furti, & adulterij n propter immanitatem hæresis simoniacæ (ad cuius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo o reputantur) duximus repellendas; quoniam & si probatæ fidem testium debilitarent p in aliquo, non tamen euacuarent.

c ¶ Infamatus.] simile 2. q. 1. in primis.

d ¶ Sine scandalo.] vt ex hoc facilius admittantur, vel repellantur, ar. 23 q. 4. nõ potest.

e ¶ Vel minora.]hoc ideo dicit, qa si sint eadem crimina, vt puta simonia eadem de qua agitur, non admittitur, quia socius non admittitur. ĩ de test. veniens. B.

f ¶ An paria.] hoc ideo forte dicit, qa licet repelli omnino nõ possint, cum sint emendati, quanto maiora c̃ria eis obijcit, tãto minor fides eis adhibet. Tã.

g ¶ Ex malignitatis fomite.]h. d. propter inimicos capitales, & conspiratores, qui non debent admitti: vt infr. dicitur. Ber.

h ¶ Adminicula.]quia sine alijs adminiculis, & præsumptionibus, viles testes in crimine simoniæ non sunt audiendi, quia vilib. sine 1 tormentis credi non debet, 4. q. 3. c. si testes, §. si autem ex rei, & 2. q. 1. in primis, & qa a tormentis non est incipiẽdum, ff. de q. l. 1. & inf. de re. iur. cum in contemplatione. Tan.

i ¶ Distinguenda.]hæc est intentio præcedentium distinctionem, aut. n. agitur criminaliter, aut ciuiliter. Si c̃r aliter, tunc testes c̃riosi ẽt in exceptis criminib. cõtra nominẽ audiuntur siue accusatus sit bonæ famæ, siue malæ. Si uero agit ciuiliter, tunc contra sæcularem prælatum, non sunt audiendi, vel admittendi c̃riosi testes, nisi sint emẽdati de c̃rie, & tunc admittunt de æquitate, non de rigore, nec etiã tunc audiuntur, nisi adsint alia adminicula, sed contra regulares Prælatos infamatos inferioris gradus, admittuntur criminosi, si ciuiliter agitur de æquitate, sed non de rigore, & cum alijs adminiculis, & hoc intellige in testib. ad accusandum vero bene admittuntur infames contra illum, qui est malæ famæ; vt su. eo. tanta. Io.

k ¶ In sufficientia.] Propter insufficientiam remouetur prælatus ab administratione, ĩ de æta. & qua. c. vlt. & 18. q. 2. si quis. Abb.

l ¶ Conspirationes.] conspiratio. n. grauissimum crimen est, ita ꝙ meretur deponi. 11. q. 1. coniurationũ, & c. conspirationũ. & ibi in subuersionem status alterius, conspirant, vñ tam quam inimici [illegible] sunt, & eis consentientes, ut capitulis prædictis, & su. de iudi. cum I. & A.

[Gl. seq. tractat, ꝙ inimicitiæ non capitales non repellunt a testimonio, sed fidem minuunt. Et qñ sit facta fuerit reconciliatio.

m ¶ Inimicitias capitales.] 2 Propter alias uero nõ remouet qs a testimonio 4 q. 3. §. itẽ in c̃riali. ibi tñ nõ determinat de qua inimicitia. & ff. de arbi. licet. in fi. de excu. tut. §. inimicitię. & leuis offensa non admittit legatum, ff. de adi. le. l. 3 §. nõ solum. in fi. sed minor fides eis adhibe tur. in Auth. de testi. §. si uero quis dicat. coll. [illegible] C. de test. auth. si testis [illegible] Tñ si inimici, & conspiratores [illegible] [illegible] etiã. post reconciliationẽ [illegible], ꝙ possint admitti. qa & legatũ p capitales inimicitias, vel al's grauissimas interueniẽtes admittit, sed si redeant in amicitiam, redintegratur legatum, ff. de adi. le. l. 3 §. nõ solum, in fi. & l. seq. ita tñ ꝙ non in eo negotio vel causa pro qua conspirauerunt, & reconciliatio non fit redens, arg. 3. q. 5. accusatores. Ber.

[Gl. seq. quærit de periurio, an admittatur. sol. quòd non.

n ¶ Furti & adulterij.]Et sic opponebantur minora crimina. Sed nunquid periurus admitteretur; Dicendum est quod non, quantumcunque sit emendatus: quia qui semel est periurus, ad iuramentum amplius non admittitur, 22. q. 5. paruuli, & sup. de præsump. litteras, 2 q. 7. non potest, quia præsumitur quod iterum deieraret ar. ff. de acc. si cui. §. ijsdem, & 6. q. 1. quicunque, & est expressum, sup. de testi. testimonium. Ber.

o ¶ Pro nihilo.]vt 1. q. vlt. c. ult. & sup. eo. tanta. Ber.

p ¶ Debilitarent.] & ita testis qui fuerit criminosus, licet sit emendatus, non facit plenam probationem, nisi adsint alia adminicula, criminosus enim semper habet caput vulneratum, 1. q. 1. uenium, quia & si pœniteat

† In antiq. cõpilatione, similiter, lego: sed Gregoriana exemplaria, simpliciter, hñt ꝙ agnoscũt hic gl. Host. & alii interpretes.

† Alias ita, aut criminaliter accusetur.

1 Vide Iuliũ Clarum in pract. crim. q. 21 uersic scias et ã, & Simancam in cath. inst. tit. 64 de testibus.

2 De materia huius glossæ. vide plenissime per Antonium Gomez to. 3. uaria. res. ca 12. & quæ dixi [illegible] comment. in [illegible] [illegible] q. [illegible] 55. & schol. 123.

3 Dicit Hostiensis hanc gl. intelligendã qñ de alijs criminibus agitur, vel de crimine simoniæ contra non infamatum, alias tales admitterentur [illegible] Io. An.

† De [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] ad hæc [illegible] crimina [illegible] de late [illegible] in [illegible] q. 1. adde B. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 1. ad primum argumentum.

niteat. quædam tamen irregularitas manet, quæ non aboletur per pniam, 69. dist. illud. 1. q. 7. si quis omnem, & 2. q. 3. c. Enthemium, §. hinc colligitur. Lau. Debilitarentur dicta talium testium, si hæc probarentur. quia alia ad minicula aderant: aliàs si nulla fuissent adminicula, non sufficerent dicta eorum, & est ar. quod non debet quis admitti ad probandum quo probato nō prodest. C. de proba. ad probationem, simile sup. de of. deleg. cum contingat.

ex toto, a alijs adminiculis suffragantibus, præsertim b cum testes de crimine fuerint emendati. c

¶ Tales igitur contra talem d taliter e duximus admittendos; f non secundum rigorem iuris, sed secundum temperantiam æquitatis; cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine; sed ciuiliter, g vt ab administratione amoueretur, h tanquā immeritus, & damnosus. Et vtique tales Prælati ex leuioribus i † causis possunt ab administrationibus amoueri, K sicut quorundam religiosorum approbata cōsuetudo deposcit. Vnde prædictus Abbas, non expectata sententia, quasi male conscius sibi cessit. l

¶ Item abbati Iemblacen. †

¶ *Non imputatur electo confirmato, si eo prohibente, pro ipsius confirmatione pecunia data fuit.*

CAP. XXXIII.

Sicut † tuis litteris intimasti, cum in Iemblacen. ecclesia fueris monachus, fuisti tandem promotus ad regimen ecclesiæ Floren. † verum Abbate Iemblacen. post

a ¶ Ex toto.] Cum iam essent emendati de crimine, & dic præsertim, i. tm̄: non. n. crederem testem infamem esse admittendum contra infamatū nisi alia præcederent: cum à tormētis non sit incipiendum, infra de reg. iu. cum in contemplatione: nec tales admittuntur sine quæstione, 2. qu. 1. in primis ad fi. & 5. q. 5. illi. qui. Lau.

b ¶ Præsertim.] id est tantum 1 secundum alios tenetur pprie.

c ¶ Emendati.] si. n. testis emendatus est de crimine, admitti debet, si ciuiliter agitur, vt hic patet, & ar. 50 dist. quia sanctitas & c. domino sancto: & hoc verum intellige, si eum ex illo crimine non comitetur infamia, & nisi in crimine periurii, qui etiam si sit emendatus, non admittitur, sup de testi. testimoniū; sed si criminaliter agitur, non admittitur, etiam si sit emendatus: vt in decr. testimonium, & 6. q. 1. qui crimen. Itē ex hoc videtur, quod si testis, cui objicitur crimen, vt repellatur, vult probare se emendatum, quod debeat audiri, cum iam non sit criminosus, sup. de excep. denique, vbi de hoc, & arg. 3. q. 6. qui fine.

d ¶ Tales igit contra talē.] s. regularē inferioris gradus, & malæ opinionis, qui de facili potest puniri: qualis fuit abbas iste: & respicit secundā distinctionem, supra versic. Item vtrum ipse regularis, & c. pro altera parte tantum.

e ¶ Taliter.] s. ciuiliter, cum agitur in modum inquisitionis ſm temperantiā æquitatis prout sequitur in lr̄a: & respicit primam distinctioné sup. circa prin. ver. vtrum is, &c. & ita tales testes contra talē p̄latum admittuntur cum ciuiliter agit ſm æquitatem: ergo à contrario sensu colligitur, q si agatur criāliter, aut ēt ciuiliter secūdū rigorē contra regularē, & infamatū, vt dictum est, non admittuntur tales testes qui non sunt emēdati, ēt cū alijs adminiculis in crīe excepto, & multo minus si agitur cōtra secularē ēt ciuiliter, & secundū æquitatē. quia tunc tales testes nō admittuntur: & sic maius est priuilegium clericorum q̄ monachorū: q. in eodē mo agēdi alij testes admittunt contra clericos, & alij cōtra monachos, arg. 16. q. 1 c. legi. & c. alia est cā, 93. di. à subdiacono: Sed ar. cōtra 2. qu. 1. in primis, vbi indistincte dicit non distinguendo inter regularē & secularem: sed illud loquitur in accusatione. Et sic patet, q si agat criāliter contra secularem, aut etiā regularem infamatum de crīe simoniæ, sine de crīe excepto: tm̄ honesti testes admittuntur, & sufficit si sint emēdati, & hoc de æqtate: vr̄ tñ p decr. Greg. quod de iure & non de æquitate admittēdi sunt testes emendati, ēt sine alijs adminiculis cum agit ciuiliter de crimine, sine aliqua distinctio. s̄. de testi, testimonium 2. ergo in simonia multo fortius, cum sit crimen exceptū, quoniā in alijs sunt admittendi testes emendati nisi in periurio, vel nisi eos infamia comitetur, vt ibi dr̄, nisi tu velles eā reducere ad æquitatē secūdū istā. Sed cōtra potius vr̄ vt. s. ipsa aduocatur ad illā tanquā ad posteriorē, ff. de leg. nouū, & sic non hn̄t locū p̄missæ distīctiones. Vltima pars primæ distinctionis tollitur, vtrū agatur ſm rigorē, &c. & sic remanet vtrū agatur criāliter an ciuiliter: vt si ciuiliter, admittunt testes emendati ſm tenore illi[9] decr. p̄dictæ. Secunda dist. tollit ex toto. s. vtrū ipse sit regularis. &c. & illa distinctio, q̄ fit circa psonas testium, remanet. Ergo hoc remanet inquirēdum, vtrū agatur criāliter vel ciuiliter de crīe, & vtrū testes sint honesti, quib. crīa objici nō pn̄t vt illi tm̄ admittant, si criāliter agit, aut fuerint criosi & emēdati: vt si agit de crīe ciuiliter, illi bn̄ admitti pn̄t ſm decre. p̄dictam, & sic difficultas huius decre. parum valet. Vel dic 3 q illa decr. testimonium, intellr̄ cū agit ciuiliter, & de crīe nō excepto, & tunc de iure cōi tm̄ testes emendati de crīe recipiunt: non intelligi ut cū agitur de crīe excepto, simoniæ. s. ciuiliter: & tunc recipiuntur testes viles, & infames contra infamatos, de æquitate, & non de rigore qualis fuit iste abbas, contra quem tales testes recepti fuerunt de equitate tantum, cū alijs adminiculis: vt hic patet, ar. opi. s̄. de testi. c. vlt. Et h. d. Tā. & Io. Lau. contra, vt sup. in no. cū iā essent, &c. & istud, p̄sertim, ſm Io. & Tā. ponit cōparatiue. Lau. exponit, præsertim, i. tm̄, & sic vtraq; decr. remanet in suo loco, & hoc innuunt illa verba; tales contra talem taliter duximus, &c. & dic tales, s. viles & criosos: contra talem, infamatum, & irregularem: taliter, s. ciuiliter, de æquitate non de rigore.

f ¶ Duximus admittēdos.] Verba ista sic expone secundum Lau. tales, s. testes emendatos de crīe furti, adulterii, & consimiliū criūm, qui ex charitate testificant sine alijs adminiculis, ſm Lau. vel si n̄ sunt emēdati, admittūtur cum aliis adminiculis. vt dr̄ in fi. gl. ſm alios, & respicit distinctionem, s̄. ver. p̄terea, & ver. vtrum ne testes p altera parte. & sequentem ver. denique.

g ¶ Ciuiliter.] quo casu admittuntur mulieres, sup. de testi. quoniam. & c. tam literis. Ber.

h ¶ Administratione amoueretur.] secundum Euangelicam veritatem. sup. de accu. qualiter.

i ¶ Leuiorib.] sit s̄ de accu. qualr̄ i si qa nō ita pingue ius hn̄t regulares sicut seculares, ar. s̄. de statu mona. cū ad monasteriū, ar. e. ti. c. 2. in fi. uel potius qa non est tm̄ scandalū pro remotione regularis, sicut secularis, & hoc est de consuetudine approbata, ut dicit in fi. c. Tunc. 4

K ¶ Amoueri.] ubi qs remouet p fraudē, i famis est: secus si p simplicitatē, ff. de suspe. tut. l. 3 §. qui obsegnitiem. & C. eo. tit. l. ul. nisi sit patronus. Inst. de suspe. tu. in prin. si uero nō exprimatur an p fraudē vel p simplicitatem ali quis amoueat, nō est infamis, ff. c. hæ. n. causæ V [Gl. seq. quærit an propter cessionem inquisiti desistat iudex, &c.

l ¶ Cessit.] & ita qui timore probationis cessit, non habebit

1 De hac expositione vide per Arch. in c. 11. dist. illud. Io. An.

2 Argumen... ad ... ibi

† Iambacen. † Temblacen. † Gerablacen.

† Cap. 5. eo. ti. in 3 comp. Et vide præ cæteris hic Henricum Boic. & extrauagātem Pauli secundi incip. Cū de testab. le. & Cassadorum deci. 1. tit. de simonia.

† Florinen.

3 Intellectus ca. testimonium, sup. de testibus.

4 Hoc verū secūdum Hostiensem nisi a detorando, i. degradando sit amotus: tunc. n. infamis est, & si causa ignominiæ non addatur ff. de his qui no. infa. l. 2. § ignominiæ. Io. An.

hēbit aliqđ priuilegium,ar.24.dist.c.vlt.Sed nunquid iudex debet desistere ab inquisitione pp ipsius cessionē? arg. ꝙ non,ff.de iud.si quis postea. Arg.contra. ff. de suspe.tu.l.post finitam,quia nec dolum facit, qui rem deserit,vt litem effugiat, ff.de alie.iu.mu. cā fac.l.item si res,§.1.& qui diffidit de iure suo,licite cedit liti.s.de postu. p̄la.bonæ,& iam finem inquisitionis consecuti sunt inquisitores, quare non dent amplius procedere inquisitores,nisi vt habeant ratam cessionē 1 sic s. de elect. dudum,in fi.Ber.

1 De hoc articulo vide amplius hic per Hostien sem Io.And. & alios.

Sicut tuis.] In prima ponitur consul tatio. In secūda rnsio,ibi Quāuis. In tertia parte ponitur quædam determinatio. ibi, Illos.Abbas.

CASVS. Vacante ecclesia Iemblaceñ. quendā monachum suum virum prouidum, & discretum elegerunt in abbatē: & quia Leodieñ.ecclesia cathedralis pastore carebat, ad Coloniē. ecclesiam metropolitanam ipsius accessit,& de licētia ipsius interim ministrauit.& ī monasterio Iemblacen. postmodum in Leodien. ecclesia fuit institutus eps,qui requisitus ab ipso electo, electionem ipsius noluit confirmare: sed comperto quod hoc fiebat pro extorquenda pecunia, protulit excommunicationem,ne pro facto hmōi aliqua pecunia psoluatur:& qui contrafaceret,esset excōicatus,sed quidā de fratrib.eius eo ignorante promiserunt pecuniam,& persoluerunt, & sic ab epo inuitatus confirmationem, & institutionem accepit: postmodum peruenit hoc ad notitiam abbatis ipsius:dubitauit, an posset licite ministrare in officio ab batiæ:q̄siuit a dño Papa,quid facere dēret: Rñdet Papa: licet ꝫm canones etiam paruuli; qui cupiditate parentū ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneātur.tamen quia aliud est & longe diuersum non præbere consensum,& aliud est expresse prohibere, nihil debet sibi ad pœnam & culpam imputari, ex eo quod contra prohibitionem,& voluntatem suam, à qua postmodum non recessit,alius pecuniam soluit eo ignorante, præsertim cum ille non sit ei aliqua consanguinitate cōiunctus:nisi postea consenserit soluendo pecuniam promissam,aut reddendo solutam.Alioquin contingeret, ꝙ factum alicuius parantis insidias inimico suo, ei damnosum existeret,cui omnino displiceret,& sic aliquis de dolo suo commodum reportaret.Illi vero, qui pecuniam dederunt,aut eam receperunt:in tantum culpabiles sūt quod si eorum excessus manifestus esset ecclesiæ, pœna essent canonica feriendi.No primo ar. quod ecclesia vacante potestas confirmandi electiones prælatorum nō pertinet ad capitulum,sed consuetudini statur.Item electus in abbatem & confirmatus potest excommunicare. Item si pecunia soluatur contra probationem electi, ei non obest,nisi postea consentiat ipsam soluendo. Item quod ab initio non nocebat, tractu temporis per consensum sequentem imputatur, & sic ratihabitio retrotrahitur in maleficijs, & mandato comparatur. Item dolus vnius,alteri obesse non debet,nec sibi prodesse.

a ¶ Canonicam.] Hic habes expresse, ꝙ electio potest fieri de aliena ecclesia.De hoc no,sup. de elect. cum inter canonicos.

[Gl.seq.obijcit & contra obie. arguit, secundo fatetur obiec. & illi respondet.

b ¶ Ad Coloniensem.] Sed quare hoc? nonne capitulum ecclesiæ cathedralis potuit eius electionem confirmare:& ei dare licentiam ministrādi?Arg. ꝙ nō 71.di fraternitatem 24. dis.psbyteri, sed verum est quod vacante ecclesia, capitulum pōt hmōi electiones confirmare, s.de ma. & obed. cū olim,vbi de hoc: sed hoc pōt esse de cōsuetudine metropolis ecclesiæ, quod ad metropolitanum accedant. Ber.

[Gl.seq.arg. quod confirmatus &c. & quod per hoc verbu, sub interminatione, & c. exponit, & remittit.

c ¶ Sub interminatione anathematis.] Ar. ꝙ abbas confirmatus possit excommunicare:quod verum est,& Prior ēt. s. de mai. & obe. cum in ecclesijs. Et hæc fuit snīa excommunicationis. & non 2 comminatio,vt sequentia probant, & sic est hic ar.quod per talia verba: prohibeo sub interminatione anathematis,vel sub excommunicatione feratur sententia,arg. ad hoc,s.de locato.c.1.& inf.de eo qui fur.ord. rece.c.1.Sed dicas,quod excommunicatio non fuit facta sub hac forma verborum,sed expresse excommunicauit qui contra facerent, sub hac forma: quicunque fecerit aliquid, illum excommunico, & ita sub interminatione excommunicationis factæ sub conditione lata fuit hæc sententia: & sententia excommunicationis sub conditione potest ferri, & qui contra facit est excommunicatus, infra de senten.excommunicatio. à nobis, & supra de appellatio. præterea, & Papa refert hoc factum per istam formam: vnde si dicatur: sub interminatione, vel sub pœna excommunicationis præcipio, non est excommunicatus,qui contra facit, & sic est comminatio tantum, & hoc probatur supra de iure patrona,relatum. §. primo: & supra ne clerici vel monac. clericis, & sic intellige omnia illa iura 63. distinct. Salonitanæ, & prædictas decre. supra de loca. cap.1.& infra de eo qui fur.ordi. rece.cap.1.& alia consimilia. De hoc etiam dicitur,inf.de sagit.capit. vnico. Ber.

2 Præter Pa. [illegible] & [illegible], vide Gemnianum in c. Salonitanæ, 63.di. & Innocentium, in c.1.inf de sagittar.

d ¶ Exoluerunt.] forte bono zelo, sed non secundum scientiam,ita errauerunt.

e ¶ Canonum.] 1.q.5.præsentium,& sup. de regularib. & c.ex insinuatione.

[Gl.seq.ponit duo genera de tacente,quod consentit, & quod contradicit:ad vtrunq; signat contrarium de regula,qui tacet.]

f ¶ Præbere.] quia sæpe qui tacet,consentire videtur, 54.dis.si seruus sciente.C.de nup.si vt proponis: & hic iste abbas consensisse præsumeretur, si postquam [illegible] sciuit non contradixisset:sicut econuerso videtur contradicere,qui expresse non consentit,de conse.di.4. cum pro paruulis, ff. de procu. filiosfamilias, § [illegible] ff. de serui.vrba.prædiorum,inuitum, supra de [illegible] maiores, ver. si. Argum. contra ff.de regul. iur. qui tacet. Vinc.

subīato de medío, ipsa, quæ te prius filium habuerat, in patrem per electionem canonicam a te vocauit. & quia pastore carebat Leodieñ. ecclesia cathedralis ad Coloniensem b ecclesiam (quæ tua est metropolis) proficiscens, ipsius auctoritate in Iemblaceñ. ecclesia interim ministrasti. Cæterum postquam in Leodieñ. ecclesia fuit episcopus institutus, is à te requisitus, electionem de te factam noluit confirmare. Verùm cum hæc fieri pro extorquenda pecunia comperisses: sub interminatione anathematis c vetuisti, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus te inconsulto, & ignorante, contra excommunicationis à te factæ sententiam venientes, promiserunt pecuniam, & etiam exoluerunt; d & sic ab episcopo inuitatus, institutionem ab eo accepisti libere, quemadmodum postulabas, & infra.

¶ Quamuis autem secundum sacrorum canonum e instituta, etiam paruuli, qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur; quia tamen longe diuersum est non præbere f

a ¶ Quoniam

a ¶ Quoniam.] pro, quod sic & econuerso, quia, ponitur pro, quod, 3. q. 5. quod suspecti.
b ¶ Consanguinitate.] sup. de æta. & qual. tuam.
[Glo. seq. ponit lecturam Vinc. distinguentis inter electionem, & confirmationem.

consensum, & expresse aliquid prohibere, taliter duximus respondendum, quoniam [a] ex eo, quod contra prohibitionem & voluntatem tuam (a quā postmodum minime recessisti) aliquis te penitus ignorante, promisit pecuniam & exoluit; præsertim cum is nulla sit tibi consanguinitate [b] coniunctus, nihil debet tibi ad pœnam, vel culpam (sicut credimus) imputari, [c] nisi postea consenseris, [d] pecuniam soluendo promissam aut reddendo solutam, alioquin contingeret, quod alicuius factum, insidias inimico parantis, [e] ei damnosum [f] existeret, cui penitus displiceret, & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. [g]

¶ Illos † autem qui dederūt pecuniam, uel etiam receperunt, intantum constat esse culpabiles, quod si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus, (quæ non iudicat de occultis [h]) pœna essent canonica feriendi.

¶ Idem decano Beluaceñ.

¶ Si clericus cum pacto cōfert ecclesiæ bona sua, ut in ipsa recipiatur in canonicum, et illa sibi retineat pro præbenda, simonia cōmittitur: secus si hoc fiat sine pacto.

CAP. XXXIIII.

Tua † nos duxit discretio consulendos, & infra.

¶ Deuotioni tuæ taliter respondemus, quod si quis clericus cum conditione, vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, ut illa postmodum pro præbenda retineat, et in canonicum admittatur, huiusmodi oblatio, uel receptio fieri nō poterit sine uitio simoniæ, cū in talib. omnis pactio [i] aut conuentio [k] cessare debeat, iuxta canonicas sanctiones.

¶ Si uero pure ac sine pacto, uel conditione qualibet offerat, rogans [l] † humiliter, ut in canonicum admittatur, et bona sua retinere sibi liceat pro præbenda, et clerici eiusdem ecclesiæ pure consentiant, [m] huiusmodi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniacæ prauitatis.

¶ Licet autem taliter daximus respondendum, quia nobis datum est de manife

c ¶ Imputari.] Dicit Vin. q̄ hoc intelligit cum iam aliquis est electus, & eo ignorāte & reclamante dat pecunia confirmato. Si autem nondum esset electus: licet eo reclamāte daret pecunia electorib. obesset electo, qa p pecuniam eligit, nisi dātes hoc facerent in odium eius, vt hic, et sup. eo.
d ¶ Consenseris.] Nā si consensisset, simoniam commisisset, quia consentire est, qñcunque consentire, & ante & post 1. q. 1 eos, in fi. & q. 3. si quis præbēdas & c. si quis obiecerit: qa in maleficiis ratihabitio retrotrahit, & mandato comparatur, ff. de vi & vi arg. l. 1. §. quoties, & sup. de resti. spol. cū ad sedē, in fi. & 2. q. 1 notum, & ita sm canones possum hr̄e ratum, quod nō meo nomine gestum est 9. q. 2. Lugdunen. & secundum leges, ff. de neg. gest. pupilli §. item queritur. Quidam dicunt, vt Tanc. quod aliquis potest habere ratum, sed simoniam non committit, quamuis grauiter peccet, arg. inf. c. proxi. Et in hoc sit dictū, pecuniam soluendo, potest esse argu. q̄ non sit simoniacus per solam ratihabitionem.
e ¶ Parantis.] sic ff. si quis cau. l. 2. §. 1.
f ¶ Damnosum.] quod esset iniquum, cum peccata tm̄ tenere suos auctores debeant. C. de pœn sancimus, & sup. de his quæ fiunt a ma. p. c. quæsiuit. & non debet alius alterius odio prægrauari. C. de inof. test. si quis fuo §. legis autem.
g ¶ Reportaret.] q̄ esse non debet imo qñq; punitur in eo, in quo delinquit, sup. de iure pat. pastoralis, & sup. de immu. eccl. c. ult. Ber.
h ¶ De occultis.] 32. dist. erubescant. 6. q. 1 si omnia, & 32. q. 5. Christiana, inf. c. proxi. Ber.

Tua nobis.] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio. ibi, Deuotioni tuæ. quæ distinguendo prosequitur duo membra. Secundum ibi, Si vero, cuius determinationē submittit, ibi, Licet. Abb. Sic.

Casus. Si aliquis clericus aliqua de bonis suis obtulit alicui ecclæ, petēs, vt idem clericus in canonicum admittatur, & eadem bona sibi retinere liceat pro p̄bēda in vita sua: quæritur, vtrum bona illa recipi liceat, & idem clericus in canonicum assumi absq. uitio simoniæ. Respondet Papa, q̄ si clericus conditione, vel pacto offerat bona sua, vt ea retineat pro p̄bēda, & in canonicum admittatur, hmōi oblatio non pōt fieri absq; simonia, quia in talib. oīs pactio cessare dēt: Si uero pure & sine pacto & conditione, bona sua offerat, rogās humiliter, vt in canonicū admittatur, & bona sibi retinere liceat, p p̄benda. & c̄lici pure consentiāt, talis receptio poterit fieri absq; simonia. In fine dicit Papa, q̄uis taliter duxerimus r̄ndēdū, si tñ ille, q talē facit donationē, ea intentione ducat, ut per tpalia sp̄ualia valeat adipisci: & clerici eū aliter nō reciperent, sine dubio tā ide, quàm illi apud Deum, quem nullū latet secretū, culpabiles iudicātur. No. q̄ in sp̄ualib. adipiscendis nulla conditio, vel pactum dēt interuenire. Itē aliquis potest rogare, vt in canonicum admittat. Itē ecclesia de manifestis, tñ, et non de occultis dēt iudicare. Item ar. q̄ intentio facit hominem simoniacum.
i ¶ Omnis pactio.] 1. q. 2. quam pio & sup. de pact. c. ult.
K ¶ Conuentio.] & modus etiam, su. ut eccl. bene. ca. uno. B.
l ¶ Rogans.] Not. q̄ aliquis potest rogare, ut in canon. cum admittatur. De huiusmodi precibus no. sup. de æta. & qual. tuam. Ber.
m ¶ Pure consentiant.] i. sine aliqua pactione, vel mala intentione. Hic enim patet, q̄ eo tempore, quo quis recipitur, potest aliquid offerre cessante omni conditione & pacto. Sed contra videtur, q̄ nō liceat tēpore receptionis, arg. 1. q. 1. emendari, ne quod gratis fieri debet, pro pretio fieri videatur, & sic uidetur habere speciem mali, a qua etiam abstinendum est, ĩ. eodem audiuimus, sup. de vi. & honest. cle. cum ab omni. & est argument. ad hoc, 1. qu. 2. quam pio, in fine: ubi dicitur, ac postmodum, &c. Sed uerum est, ut hic dicitur, quod tempore ingressus potest dari aliquid: & licitum est: dum tamen cesset ꝑ pactio & conditio, vt hic dicitur, & supra de prob. c. in præsentia. & supra de simo. ab inte. cum dilectus, & sup. eod. dilectus 2. in fine; nec ideo minus donatio gratuita dr̄, arg. ff. mand. si remunerandi, argu. 1. q. 1. iudices.

† Modic qua [illegible]

† Ca. 6. eo. ti. 3 compilat.

† Humiles ergo preces, a digno [illegible] missa, pro cō sequendo beneficio, non inducunt simoniam.

† Vide Guido. Pape decisione 80. nā illa huic loco lucem afferent.

iudices, 18.dist.de eulogijs,& argumen.ff.de off.procon. solent,§.vlt.& sup.eo.dilectus 2.in fi.alias dare siue ante siue post,simonia est,1.q.1.eos,in fine.Sed caueat ille,qui recipit,& qui dat, ne sub specie talium munerũ fraus committatur,1.q.1.si quis neque,& infr.sequitur. Io.

executionem,nisi sit simoniacus in ordine.Alij dñt contrariũ,ꝙ oĩs simoniacus ipso 1 iure suspensus est, vt 1. q.1.reperiunt,&c.quibusdam.Illud vr̃ uerũ,ꝙ siue ordinẽ siue bñficiũ adeptus est per simoniã, impedit ordinis executionem,ẽt post peractã penitentiã, su de accusa.inquisitionis, 2 rñ.

stis a tantummodo iudicare, si tamen is,qui talẽ donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona,quæ offert, spiritualia ualeat adipisci,& clerici, qui eũ in fratrem admittunt, nõ essent eum,nisi commoda tẽporalia perciperent,admissuri,sine dubio tam ille quã isti apud districtum iudicẽ(qui scrutator est cordium,& cognitor secretorum) culpabiles b iudicantur.

¶ Idem Priori Cantuarieñ.

¶ Nõ debet quis ordinem recipere ab eo, quẽ credit, simoniacum, sed ministrare potest in illis , quos prius ab isto recepit.

C A P. XXXV.

Per tuas litteras intimasti,ꝙ cum B. in quadã domo Cartusieñ.ordinis suscepisset habitũ monachalem, a diœcesano episcopo fuit in subdiaconum ordinatus, sed postmodũ didicit ex relatione quorundã, c quod episcopus multoties commiserat uitium simonię, propter quod idem monachus,in suscepto formidat ordine ministrare, nolens ab eodem episcopo ad superiores ordines promoueri & infra.

¶ Nos igitur respondemus, vt idem in ordine sic suscepto secure ministret,d sed contra cõscientiam ad superiores ordines non ascendat,ne forte ædificet ad gehennam, licet ex eo, ꝙ conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit colapsus,quam utique non euadet,nisi deponat errorem.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ Pro chrismate,uel inuestitura ecclesiarũ, nil exigi dẽt, nec excusat cõsuetudo, vel nois variatio.

a ¶ De manifestis.] s̃.c.proxi. in fi.

b ¶ Culpabiles.] nõ dicit simoniaci, ad parẽ tñ pœnã tenentur,propter intentionẽ cum opere subsecuto,s̃.de biga.nup: isti simoniaci non dñr quantũ ad ecclã, nisi velis dicere , ꝙ sola intẽtio facit hominem simoniacũ, ar.1.q.1. qui studet, & c.reperiuntur, & 1.q.3.non solum, sicut sola spes lucri facit hominẽ vsurariũ, 14.q.3.c.1.ar.inf. de vsur.consuluit.Tanc. dicit , ꝙ sola pactio facit aliquem simoniacum. ar.huius decre.& s̃.ut eccle.bene.ut nostram. Ioan.

ij Per tuas.]Communis diuisio Secũda pars ibi,Nos igitur.Abb Sic.

C A S V S. Quidam B.nomine monachꝰ ordinis Carthusiensis a diœcesano epo suscepit ordinẽ subdiaconatus.postmodum monachus intellexit,ꝙ episcopus ille multoties commiserat vitium simoniæ, vñ monachus timebat in suscepto ordine ministrare, nolens ẽt ab eodem promoueri ad maiores, quærebaẗ,qd facere dẽat ille monachus?Rñdet Papa,vt secure in ordine suscepto ministret, sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forte ædificet ad gehennam, & licet in huiusmodi difficultatem sit collapsus ex eo, quod conscientiam nimis habuit scrupulosam,eam tamen non euadet,nisi deponat errorem. Nota,quod contra conscientiam nullus debet uenire,alias peccat mortaliter.Item conscientia erronea deponenda est.

[Gl.seq.dicit asserentib.credi non debere,& signat cõtrarium.]

c ¶ Ex relatione quorundam.] quibus credere non debuit,53.dist.habuisse,ar.81.dist.si quid uero, arg.contra. ꝙ illud dicimur scire,ꝙ ab aliis audiuimus, 22. q.5.hoc videtur.

ADDITIO.Verum est quando loquitur de proprio facto non de alieno.Ber.

[Gl.seq.primo ponit opinionem Io.demum ponit cõtrarium.quam approbat. secundo obijcit , & sol.tertio querit,& soluit.]

d ¶ Secure ministret.] cum non constet ei illum simoniacum esse, alias si sciret illum simoniacum stultus esset,quia simoniacus non habet executionem,vt sup.eo. tanta.unde eam dare non potest . Præterea dixit Ioan. quod licet quis committat simoniam,nõ perdit eo ipso

Præterea si iste nescit ꝓ vero illũ esse simoniacũ,quare Papa ñ dicit ei expsse , qđ recipiat ordines abeodẽ.vt auferat ab eo errorem suum,vl̃ ei laqueũ inijciat, ꝙ esse nõ dẽt .27.q.1. c.vlt.Sol.Papa nõ debet ei dicere, ꝙ recipiat ordines ab ipso, si hẽt sup hoc conscientiam lęsam,nec Papa eius cõscientiã posset mutare , nisi ipsemet eã mutaret qa uis aĩo fieri non põt , 32.q.5.proposito,& ca. 1.& 2 unde dicit Papa consulendo potius quam pcipiẽdo, vt contra conscĩetiam nõ promoueatur ab illo epo:nisi primo illã deponat, qa q facit cõtra cõsciẽtia,ędificat ad gehẽnã, 28.q.1.oẽs, §.ex his,& s̃.de res. spo.lr̃as,& s̃. de pẽc. qm̃ oẽ Sed nunquid põt aliquis recipere ordines ab eo, quem scit simoniacũ in ordine. Dico ꝙ non:& accipiendo ordines ab eo,nõ rec pit executionem, cum ordinator nõ habeat executionẽ, s̃.e. tãta.et 1.q.1 . reperiũtur,& potius dẽt pati excõicationem,q̃ recipere ordines ab ipso,ĩ.de sent.excom.inquisitioni.ar. si uero aliquis ignoranter etiam recipiat ordines a tali simoniaco in ordine,non recipit executionem , nisi cum eo dispensetur, 1.q.1 si quis a simoniacis , & su.de ord.ab episcopo qui renunc.epi.c.1.& 2 2.quia si eam non habent,aliis eam dare non possunt,2.q.1.c.1.& ca. qui perfectionem, & q.7.Daibertum.B

IN tantã.]prouidet circa duo:Secunda,ibi,Prauam . Et prima subdiuiditur.Nã prima narrat factum: Secunda corrigi mandat & puniri ibi.Cum vero.Abb. Sic.

CASVS.Quidã suffraganei Cantuarieñ. archiepi recipere consueuerunt certam quantitatem pecuniæ ꝓ Chrisma te,metuẽtes pœnam canonicã & correctionem ꝑ hoc anticipãt tps solutionis, recipiendo in media quadragesima,ꝙ recipere cõsueuerũt in Pascha, & noĩe denariorum uariabant,denarios,quos prius dicebant chrismales. ideo appellabãt paschales,cõsuetudinẽ mediæ Quadragesimæ nuncupantes,puenit hoc ad notitiã dñi Papæ:q rñdet,cũ grã sit gratis cõferẽda,& q primo recipit prius q̃ rẽ conferat pretiosam , expressius speciẽ exprimat uẽditionis. Mãdat Papa archiepo, quatenus hmõi excessus corrigat,& suffraganeos suos & officiales eorum taliter puniat,ꝙ aliorũ culpa, sibi ob suã negligentiam non imputetur ad pœnam.In fi.dicit, ꝙ quãdã prauã consuedine de sua ꝓuincia studeat extirpare, fm̃ q̃ ꝓ inueditu

ra

† Catusien. Cartusien. Carthusien.

† Ca.7.e.ti.i 3.cõp. Vide Archi.& Gẽ. in c præter, 32. dist.

ta ecclesiarum archidiaconi marcham argenti exigebant alij Prælati, scilicet decani rurales vaccam albam, vel certam pecuniæ quantitatem pro vacca. No. contra vsurarios & simoniacos, quod mutatio nominis contractus eius substantiam non mutat. Item honestas nominis criminis malitiam non palliat. Itē celebrata itelligitur vēditio, si pretiu recipiat, quāuis traditio rei differatur. Item gratia gratis est cōferenda. Item nihil dandum est pro aliquo spirituali, quodcunque sit illud. Item delictum subditorū imputatur negligentiæ prælati. Item consuetudo non excusat in delictis.

a ¶ Chrismate.] sic supra eo. a. quæ. Vbi habes similem variationē nominis. Pro chrismate uerò uel oleo nil ei accipiendum, sup. eo. nō satis & qui contra fecerit pœna canonica punitur, ut hic dicit, quæ est pœna depositiōis cum nota infamiæ, 1. q. 3. c. vlt. Bern.

b ¶ Anticipant.] ex cogitata fraude de tēpore ad tempus.

c ¶ Variant.] talis variatio nominis nō prodest, quia quod cunque nomen imponāt, simoniam cō mittunt, sicut in vsura, decimaquarta q̄stione tertia, plerique sic enim faciunt vsurarij, nunc appellant lucrum, nunc emolumentum, quandoque pœnam in fraudem argum. ff. si cer. peta. lecta est, sic C. de liber. cau. iubemus. Ber.

d ¶ Qui prius.] Emptor enim prius tenetur offerre pretiū, quàm venditor ei rē tradat. ff. de act. emp. vend. Iulianus. §. offerri. Sed si neuter habet fidem alteri pretium & res deponatur apud sequestrū. 2. ff. de solut. si solut. si solutus Ioan. And.

e ¶ Gratis sit gratia.] 1. quæstione 1. c. 1.

f ¶ Aliorum culpa.] Arg. q̄ delictum subditorum imputatur prælato. Sim. supra de offi. ord. irrefragabili, vbi de hoc Bernar.

g ¶ Consuetudinem.] In talibus enim non excusat consuetudo, sed potius accusat, supra eod. non satis, & cap. cum in ecclesiæ, quia malæ consuetudines tempore non confirmantur, in Authen. vt nulli iudic. §. 1. versi. neque vero ab angarijs. collat. 9. Bernar.

h ¶ Inuestitura.] pro qua nihil est dādū. s. e. cū in ecclesiæ, nec aliquo sacramento spirituali, ut ibi dr: nec pactum, nec pastellu q̄s dēt. 3. 1. q. 1. si quis p̄bendas. B.

† Cap. 1. tit. de exces. Prelatorum, in 3. compi. Vide citatos in ca. ca quæ sup. eo. tit.

† In nouem codicib. Vaticanis, & aliquot nostris, ita, certā cō sueuerit accipere pecuniæ quantitatē ne tuentes pœnā, &c. absque dictione, non in eo dice Barbatiæ ita, nunc metuētes pœnam, &c.

† Aliquando prodeit sup. de ipensa tua. secundū Gof. I. A.

† Sed nominum varia tio non excusat; nā ut ait Lact. lib. 1. c. 5. diuinarum Instit. non obstat appellatio num diuersitas, cum ipsa significatio ne ad vnum omnia reuoluantur

† Vel caueat de re traden da si pretium infra certum tēpus fuerit numer. ff. de rechi. act. æ dictes §. fi. & l. seq. I. An.

CAP. XXXVI.

IN tantum † peccatis exigentibus corda quorundam simoniaca prauitas deprauauit, & infra.

¶ Sane peruenit ad audientiam nostram, quod cū olim quidam suffraganei tui, pro chrismate [a] certam † consueuerint accipere pecuniæ quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant, [b] recipientes in media Quadragesima, quod recipere consueuere post Pascha: & vt causam recipiendi dissimulent, nomen denariorum variant, [c] denarios, quos prius chrismales, secundo Paschales, dicebant, consuetudinem † mediæ Quadragesimæ nuncupātes, & infra.

¶ Cum vero expressius exprimat venditionis speciem, qui prius [d] precium, quam rem conferat preciosam, & gratis [e] sit gratia conferenda. Mādamus, quatenus taliter excessus corrigas supradictos suffraganeos tuos, & officiales eorum, à tam illicita exactione compescens, quod aliorum culpa [f] tibi ob tuam negligentiam nō imputetur ad pœnam.

¶ Prauam etiam illam consuetudinem [g] de tua Prouincia studeas abolere per quam pro ecclesiarum inuestitura, [h] Archidiaconi marcham argenti, minores uero decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certam solui pecuniæ quantitatem.

¶ Idem.

¶ *Ordinatur in subdiaconum, qui prius præsentatori sua promisit, quod nil ab eo peteret, in suscepto ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione nō potest, etiam si peccare crediderit.*

CAP. XXXVII.

iij PER † tuas nobis literas intimasti, q̄d cum D. lator præsentium vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, quendam præsbyterum exorauit, vt ipsum ad ecclesiæ suæ titulum præsentaret, quod cum ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quod nunquam si præsentaret eundem, in ecclesia sua aliquam peteret portionem, & sic ad præsentationem eius † extitit ordinatus, nec se in hoc illicitum egisse aliquid intellexit: [i] & infra.

¶ Nos inquisitioni tuæ taliter respōdemus, q̄ nisi cū eo fuerit misericorditer dispensatū, [k] nec † ad

iij PEr tuas.] Duæ sunt partes, consultatio & rñsio. Scda: ibi, Nos. Abb. CASVS. Quidam clericus cum vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, rogauit quendam presbyterum, vt ipsum ad titulum ecclesiæ suæ præsentaret: Sed cū p̄sbyter hoc facere nollet, p̄misit eidē, q̄d nunq̄ portionem aliq̄ peteret in ecclesia sua; si præsentaret eūdem: & sic ad eius præsentationem fuit ordinatus: quærebatur quid iuris esset de ipso clerico: Respondet Papa, quod nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec in eo ordine debet ministrare, nec ad superiores ordines poterit promoueri. Not. quod qui ordinem scienter recipit per simoniam, non hēt executionē nisi cū eo dispenset.

i Intellexit.] p̄p hoc non excusatur, ut bñ sequētia notāt, quia potuit cōsulere peritiores. 36. c. nō oīs. §. c. vl. ff. d' iur. & fact. ign. l. reg. §. sed iu. B.

[Gl. seq. signat cōriū. soluit, & remitit.

K D. spēsatū.] sic s̄. eo. c. pe. vbi ēt iponitur pœna ordinatori, p̄ntatori & p̄ntato, & ita dispēsari p̄t cū simo. ord. At. cōtra. j. q. 1. erga simoniacos. &c. si quis neque sed illa capitula loquuntur i dignitate, & nō negatur quin possit cum talibus dispensari, sed nulla mia ē adhibenda i dignitate

Vt no. sup e. 1. & cap. veniens. I. A.

† Cap. eo. ti. in 4. compil. Ex hoc c. colligē neminē ordinādum, nisi habeat vnde uiuat, concil. Trid. sess. 21. de refor. cap. 2.

† ipsius.

† Alias ita: nec ad superiores ordines, &c.

se seruanda, quin oporteat eos renunciare: quia pœnitentiam ordine vel beneficio retento agere nõ possunt. 1. quæst. 7 requiritis, quod supra de accus. inquisitionis, 1. respon. Quis possit cum talibus dispensare dictum est sup. eo de simoniace, & melius supra de renunc. post translationem. De pœna istorũ dicitur infra eod. ca. pen. & quis cũ talibus possit dispensare.

a ¶ Ministrare.] triplici de causa, tum quia fuit hic munus a lingua, 1. q. 1. sunt nonnulli, tum quia nulla conditio debet interuenire, ut supra eod. tua. & supra de pac. c. vlt. & 1. quæst. 2. quam pio. tum quia per surreptionem voluit ordinem adipisci, argum. 24. distin. quando. & supra de elec. cum dilecti. Io.

Consulere.] Non eget summario: quia breue, nec diuiditur. Abb.

CASVS. Quicunque per pecuniã aliquam administrationes obtinuerit, tam dantes, quàm accipiẽtes, cum Simone percelluntur & ab illa ecclesia repelluntur, in cuius ignominiam dare pecuniã voluerunt. Nota quod tam ementes quam vendentes, ecclesiastum administrationes, sunt simoniaci.

b ¶ Administrationem.] quod hic dicitur, intellige per id, quod habes 1. q. 3. Saluator. circa medium cap. vbi habes, quod nulla administratio ecclesiastica potest dari vel emi, [illegible] ... aut quælibet alia administratio, ut ca. si quis episcopus, i prin. cautę.

[Glossa sequẽs argumen. & argumentum determinat.]

c ¶ Voluerunt.] Argumen. sola voluntas facit hominem simoniacum. 1. q. 1. qui studet. 1 Sed hoc nõ credo, quod sola voluntas facit hominem simoniacum, dũmodo cõtenta sit suis terminis. infra eod. capitulo vltimo, licet aliàs peccet, ut ibi. Sed hic non fuit contenta suis finibus, immo processum fuit ad actum, 2 & hoc notatur per hoc quod dicit; tam ementes quàm vendentes, vel ad studia emendi processerunt, in quantum in eis fuit: unde tam quam simoniaci iudicandi sunt prima quæstione prima, qui studet, & sic intellige, quod dicit in fi. voluerunt.

+ Cap. 2. eo. in 4. comp.

† In codice [illegible] cum Simone Mago percelluntur.

† Idem scilicet Inn. iij. in conc. genera-[illegible] compil.

1 Et ca. [illegible] de hoc. Io. A.

superiores ascendere, nec in suscepto debet ordine ministrare. [a]

¶ Idem.

¶ *Simonia est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualiũ seu ecclesiasticarum habenda: & dantes & recipientes ab illa ecclesia sunt eijciẽdi. hoc dicit hoc capit. per alia verba licet sit breue.*

CAP. XXXVIII.

Consulere: † & infra. quicũq; vicedominatum, uel aliam ecclesiasticarum rerum administrationem [b] per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quàm uendentes cum † Simone percelluntur, & ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam & accipere uoluerunt, [c] iuste excluduntur.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Simoniacum est aliquid eligere pro consecratione episcoporum. & benedictionibus abbatum, & ordinationibus clericorum, nec excusat consuetudo.*

CAP. XXXIX.

Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis à plerisque personis, quasi columbas in templo uendentibus, fiunt exactiones, & extorsiones turpes & prauæ, pro 10 consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum: estque taxatum, quantum sit isti uel illi, quantumue alteri uel † alij persoluendum: & ad cumulum damnationis maioris, quidam cupiditatem, & prauitatem 20 huiusmodi nituntur defendere, per consuetudinem [d] longo tempore obseruatam.

¶ Tantum igitur abolere uolentes abusum, consuetudinem huiusmodi, (quæ magis dicenda est corruptela) pœnitus 30 reprobamus, firmiter statuentes, ut pro his siue cõferendis, siue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere, aut extorquere præsumat: alioquin & qui receperit, & 40 qui dederit huiusmodi p̃tium omnino damnatum, cũ Giezi [e] & Simone condemnetur.

Idem † in eodem.

¶ *Religiosi pretio recepti vnà cum recipientibus de 50 monasterio expelluntur, & in arctioribus monasterijs ad agendam pœnitentiam detruduntur. Sed recepti ante istud concilium, ponebantur sic recepti in alijs locis eiusdem 60 ordinis, nisi multitudo sit in causa; ita tamen quod renuncient primę receptioni: & de nouo recipiuntur.*

Sicut.] primo narrat excessum, & ipsius excusationẽ. Secũdo ipsius excusationem reprobat, & excessum prohibet, pœnam adijcit: ibi, Tantum. Abbas.

CASVS. plerisque locis multis prelatis fiunt turpes exactiones, pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, & consimilibus, & est taxatum, quantum debeat dari isti vel illi, huiusmodi prauitatem per consuetudinem defendentes. Concilium huiusmodi cõsuetudinem, quæ dicenda est potius corruptela, pœnitus reprobat prohibendo expresse, ne pro talibus quocunque prætextu aliquis extorquere præsumat aliquid vel exigere alioquin & qui dederit, & qui receperit, cũ Giezi & Simone cõdemnetur. Nota, quod praua cõsuetudo abolenda est. Itẽ pro consecrationib. episcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinib. clericorũ, nihil est dandu uel accipiendum.

d Per cõsuetudinẽ.] Fingũt. n. tales, quod in consecratione aliquid licite petit, nõ pro consecratione, sed pro consuetudine. ar. 63. dis. ga sancta & c. Agathosa, & 1. q. 3. quæsitum. & in Authe. de sãn. epi. §. pro cõsuetud. nib. co. 9. 1 sed hoc nõ est verũ: nec excusat cõsuetudo i hmõi spiritualib. vẽdẽdis, immo magis accusat, s. eo. no satis, & ca. cũ in ecclesię. vbi talia reprobantur. I.

d Cũ Giezi & Simone.] Gezitæ 4 dñr a Giezi

2 Et [illegible] Abbas.

† Alias [illegible]

† Idẽ Inn. iij. in eo. concil. [illegible]

Giezi seruo Helisei, qui primo in veteri testaměto vendidit gratiam sanitatis Naaman Principi Assyriorum: vnde venditores spiritualium proprie dicuntur Giezitæ. Simoniaci dicuntur à Simone mago: qui postea in nouo testamento voluit emere gratiam Spiritus sancti, 1, quæst. 1. qui studet, & cap. cito turpem. Bernardus.

CAP. XL.

Quoniam.] Sunt quatuor partes. Prima prouidet, circa futura: Secunda circa præterita: ibi, De his. Tertia prorogat: ibi, Hoc etiam. Quarta publicationē fieri mandat: ibi, Verum. Abbas Siculus.

†Vide Guid. Papæ decis. 80. & latere Syluestrū in sum. verbo, simon. q. 15.

CASVS. Simoniaca prauitas apud multas moniales intantum inualuit, quod vix recipere volunt aliquas in sorores sine pretio paupertatis prætextu: Præcipit concilium, ne de cætero istud fiat statuens, vt quęcunque de cetero talem commiserit prauitatem, recipiens & recepta, siue subdita fuerit siue prælata, sine spe restitutionis è monasterio expellatur, in arctius monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiā detrudenda: De his vero, quę ante istud cōcilium taliter sunt receptæ, statuit, vt de illis monasteriis in quibus perperā sunt ingressæ, remoueātur, & in aliis eiusdem ordinis collocentur: Si autē propter multitudinem hoc fieri non poterit: ne damnabiliter in seculo euagentur, de nouo dispensatiue in eisdem monasterijs recipiantur, mutatis locis prioribus, & inferioribus assignatis. Et hoc quod dictum est de monialib. obseruandum est de monachis & aliis regularibus, & ne per simplicitatem vel ignorantiam aliqui se ualeant excusare, præcepit, vt episcopi per suas diœceses hoc faciant publicari. Nota quod secundum istud concilium monachi & omnes regulares, qui scienter vel ignoranter sunt recepti per simoniam, sunt puniendi. Item constitutio extenditur ad præterita. Item propter multitudinem detrahendum est seueritati. Item propter multitudinem dispensatur, vbi aliàs non dispensaretur.

†commiserit

†expellatur.

Quoniam † simoniaca labes adeo plerasque moniales infecit, vt vix aliquas sine pretio recipiant in sorores paupertatis [a] prætextu volentes huiusmodi vitium palliare: ne id de cætero fiat pœnitus prohibemus; Statuentes, vt quæcunque de cætero talem commiserint † prauitatem, tam recipiens quam recepta, siue sit subdita siue prælata sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, [b] † in locum arctioris regulę ad agendam perpetuam [c] pęnitentiam detrudenda.

¶ De his autem, quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt remotæ de monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ, in aliis locis eisdem ordinis collocentur. Quod si fortè propter nimiam multitudinem [d] alibi nequiuerint commode collocari: ne damnabiliter in seculis euagentur, recipiantur in eisdem monasteriis dispensatiue de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. Hoc etiam circa monachos, & alios regulares decernimus obseruandum.

¶ Verum ne per simplicitatem vel ignorantiam [e] se valeant excusare, præcipimus, vt dięcesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

¶ Idem † in eodem.

†Idem Innocen. iij. in cōcil. Lateran. ca. 65 & c. 5. eod. tit. in 4. compi. Et de materia vide citatos in ca. cum in eccle siæ. & in c. veniens, & in cap. dilectus, sup. eod. tit.

¶ Episcopi nil exigere debent, vt permittant in ecclesiis sibi subiectis clericos institui, monachos profiteri, vel mortuos sepeliri, alioquin exacta restituentur duplicata.

[Gloss. seq. textum adiuuat per canonem & decret. & l. demum determinat, vltimo consultat.

a ¶ Paupertatis.] prætextu enim paupertatis non debet quis operari peccatum mortale, sed potius quamlibet mala pati, octuagesimasecunda quæstione quinta, ita ne. & supra de his quæ vi metusve caus. fina. sacris. nec eo prætextu ignoscendum est illis, ff. de ri. nupt. palam. §. non est. Posset dici, quod si ita pauperes sunt, quod non possunt ibi aliàs aliquo modo aliquem recipere, quia non haberent ibi victum, sub hac forma possent recipi. Non habemus quid demus tibi pro victu, nisi tu portes tecum vnde viuas: dum tamen hoc non dicatur in fraudem, & sine aliquo pacto, argum. prima quæstione prima, si quis propter hoc. 1 Ioannes, sed tutior est, vt nullo casu taliter aliquis, vel aliqua recipiatur. Bernardus.

1 Et idem notat sup. eod. non satis, in 1. gl & de hoc 1 q. 2. in fi. Ioan. And.

[Glossa sequens obiicit de decretali. dilectus. & inquisitionis, & soluit. demum ponit quæstionem, quam soluit, & rem ttit. Item aliam quæstionem, quam dupliciter soluit.]

b ¶ Expellatur.] Videtur hoc esse intelligendum cum distinctione illius decret. supra eodem dilectus, vt si directe actum sit contra tales in modum accusationis, quod deponantur: Si in modum inquisitionis, fiat vt hic dicitur, sic distinguit, illa decret. dilectus. Item argum. contra supra de accusat. inquisitionis. vbi deponitur simoniacus in modum inquisitionis. Credo quod hodie stādum sit huic constitutioni circa regulares simoniacos: vt pœna ista solummodo imponatur, qualitercūque constet de crimine, vt in arctiori monasterio ad agendum perpetuam pęnitentiam detrudatur sine ordinis sui executione: cum aliàs pœnitentiam agere non possunt. prima quæstione septima, requiritis. argument. supra de accusat. inquisitionis. & satis intelliguntur depositi. 2 nam extra claustrum morari non debent, ne damnabiliter euagentur, vt infra dicitur. & argument. supra de regul. & transeun. capitulo vltimo. Sed nunquid restituitur ei pecunia: Potest dici quod sic supra eodem veniens. De hoc dictum est supra eodem. de hoc. Quid si non inueniuntur arctiora monasteria? Nihilominus mutabunt ea. argument. octuagesimaprima distinctione valet vel si visum fuerit, renunciabunt locis suis, & denuo restituentur in illa dispensatiue, prout sequitur infra, de aliis, qui ante hoc statutum sunt recepti, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.

2 Ex quo executionē non habeat, sed ad hoc rndet Host. q. cum deposito nō sic de facili, dispēsabitur de hoc supra de cleri. non resid. ex tuæ. Ioan. And.

c ¶ Perpetuam pœnitentiam.] sic prima quæstione prima reperiuntur, & capitulo si quis neque, sic hæretici cum redierint ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerem detruduntur, infra de hæretic. capitulo penultimo, quia & simonia dicitur hæresis, 6. quæstio. 1. sed licet Bernardus.

d ¶ Multitudinem.] vt propter hoc detrahatur seueritati, infra de cleric. excommunicat. ministrand. latores. & supra de tempo. ordinan. capitulo secundo. Bernardus.

e ¶ Vel ignorantiam.] sic supra de loca. cap. 1. 3 sic 22. distin. propositum.

3 De Iudæ. ita quorundam. in fin. de pœ. & remiss. omnis, secūdum Ioan. And.

AVdiuimus.] Sunt tres partes principales: In prima narrat factum: In secunda inhibitionem facit: ibi, Cum igitur. In tertia puniri mandat: ibi, Quod si quis. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam episcopi decedentibus ecclesiarum rectoribus Ecclesias ipsas subiiciunt interdicto, nec permittunt aliquos in eisdem institui, donec pecunia persoluatur. Item cum miles aliquis vel clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, si nihil reliquerit loco religioso, difficultates ingerũt, donec aliquid muneris recipiant: peruenit hoc ad notitiam Papæ, qui respondet. Cum ergo non solum à malo, sed ab omni specie mali precipiat Apostolus abstinere, concilium huiusmodi exactiones dixit inhibendas: & qui contra hoc fecerit exacta duplicata restituat, in vtilitatem locorum, in quorum fuerunt soluta dispẽdium, fideliter conuertenda. Nota quod non solum a malo abstinendum est, sed ab eo, quod speciem mali habere videtur. Item ecclesia potest suum recipere duplum. Item ecclesiæ debet reddi pecunia, quæ in eius iniuriam data est, vel soluta.

1. Thessal. 5.

CAP. XLI.

AVdiuimus de quibusdam episcopis, quod decedẽtibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subijciunt, nec patiuntur alios eisdem institui, donec ipsis certa summa pecuniæ persoluatur.[a] Præterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit se ulturam, etiam si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt, & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum.

¶ Cum igitur non solum a malo, sed ab omni specie [b] mali sit, (secundum Apostolum) abstinendum; exactiones huiusmodi penitus inhibemus. Quod si quis transgressor extiterit, exacta, duplicata [c] restituat, in vtilitatem locorum, quorum fuerint soluta dispendium, fideliter conuertenda.

¶ Idem † in eodem.

¶ Sacramenta sunt libere conferenda; cogit tamen ordinarius laicos obseruare laudabiles consuetudines.

† Idem Innocen. iij. in cõcil Lateran. ca. 66. & c 6. eod. tit. in 4. comp. Et pro intellectu præter Poste. h. c, vide B. Tho. 2. 2. q. 100 articul 2. ad 4. arg. & Syl. ue. in summ. verbo, simonia, questio. 8. vbi plenissime.

[Glo. sequens soluit, quærit, & remittit.]

a ¶ Persoluatur.] Núquid talis dicitur simoniacus, qui sic soluit pecuniam? Videtur quod non, [1] quia redimit ius suum, vt supra eodem, dilectus, vbi plene de hoc: sicut licitum est alicui corrumpere accusatorem suum, vt secunda quæstione tertia. capitul. si quem, §. notandum. Ioannes.

[1] Imo vere est simoniacus cum non det pecuniã pro redimẽda vexatione iuris quæsiti, sed quærendi. B. Thom. 2. 2. q. 100. articu. 2. ad 5. ar. adde Panor. huc.

b ¶ Sed ab omni specie.] Argumen. prima quæstione prima, emendari. & supra de vita & honestate clericorum, cum ab omni.

c ¶ Duplicata restituat.] sic supra de censibus procurationes, in fine, & supra de immunitate ecclesia, quia plerique. & in Authentica de sanct. Episcop. in secunda columna. §. si vero laicus, collatio. nona. Bernardus.

AD Apostolicam.] Primo ponit clericorum, & laicorum excessum: Secundo contra vtrunque prouidet: ibi, Quapropter. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clerici pro benedictionibus nubentium & exequiis mortuorum, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent: & nisi eis fuerit satisfactum, fraudulẽter impedimenta opponunt: E conuerso sunt quidam laici, qui laudabilem consuetudinem erga sanctam Ecclesiam deuotione fidelium introductam infringere nituntur sub prætextu pietatis: vnde concilium super his prauas exactiones prohibet fieri, & pias consuetudines præcipit obseruari: statuit, vt libere conferantur ecclesiastica sacramenta: & per episcopum loci compescantur, qui laudabilem consuetudinem mutare nituntur. Nota quod laudabilis consuetudo seruanda est: & Episcopus loci per officium suum illam faciat obseruari.

CAP. XLII.

10 AD Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quod quidam clerici pro exequijs mortuorum, † & benedictionib. nubentium, & similibus, pecuniã exigunt, & extorquent; & si forte eorũ cupiditati non 20 fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulẽter opponunt. E contra vero, quidã laudabilẽ consuetudinẽ, erga sãctã ecclesiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermẽto hęreticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu 30 canonicæ pietatis.[d]

¶ Quapropter super his, prauas actiones fieri prohibemus, & pias consuetudines pręcipimus obseruari. Statuentes, vt libere conferantur [e] ecclesiastica sacramenta. Sed per episcopũ loci veritate cogni 40 ta, compescantur, qui maliciose nituntur laudabilem [f] consuetudinem immutare.

¶ Honorius iij. vniuersis Abbatibus, & fratrib. Cistercien. ordinis.

50

¶ Prohibet Abbates Cistercienses solemniter installari, & ponit formam obedientiæ, quam præstant suis Episcopis.

60

† Vide Paul. de Cast. consil. 4. incip. viso processu, & consil. 342 incip. circa primum. & Bellamc. consi. 32. in ci. Quod mulier.

d ¶ Pietatis.] Prætextu pietatis non est impietas committenda, prima quæstione prima, non est putanda, & decimaquarta quæstione quinta, neque enim si agris, & trigesima quæstio. prima. nosse.

e ¶ Libere conferantur.] sacramenta enim ecclesiastica gratis sine aliqua exactione sunt conferenda, sup. eodem cum in Ecclesiæ, & cap. ea quæ.

[Glossa sequens dupliciter legit hoc capitul. sed primam lecturam approbat.]

f ¶ Nituntur laudabilem.] Ergo laudabilis consuetudo seruanda est, cuius transgressor vt iuris punitur. vndecima distinctio. in his. Et videtur ex hac littera, quod clerici, licet nihil petere possint pro talibus Sacramentis, si consuetudo laudabilis super his seruari consueuit, quod per superiorem cogi possunt officio iudicis implorato ad illam seruandam, quæ ex pietate introducta est. Vel potest intelligi quod hic dicitur, vt Ioannes Andreæ dixit, quod laici abutuntur consuetudinibus, quæ illis pieta-

tis

ex causa permissæ sunt, ut cum permittitur eis præsentare clericum, ipsi volunt eum instituere: vel cum ipsi requiruntur, ut consentiant, ipsi volunt eligere. De quibus habes supra de iure patronat. capitul. præterea & in pluribus alijs, quod non credo. Sed dic ut prius dictum est. Bernardus.

NE Dei.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, Adijcimus. Abb. S.c.

† Qualiter hoc cap. spectet ad titu. colliges ex casu, & cla rius hic ex Panorm. & alijs.

[Glossa sequens ponit casum litteralem.]

a ¶ Ne Dei.] CASVS. 1 Abbates Cistercien. ordinis consueuerant dare archidiaconis Palatrenum in sua installatione, vel aliud æquipollens: quod prohibuit Honorius Abbatibus: & ne de cetero taliter installentur, sed obedientiam faciant suis episcopis, prout dicitur in littera B. Nota, quod episcopus diœcesanus abbatem Cistercien. Ordinis inualiare non debet: Licet in aliquo instrumento fiat mentio de aliquo alio, non ideo debet illud exhiberi. Item si nō exhibetur statutum ordinis contrarium, adstringitur regularis mandato episcopi. Item contra statuta regulæ non debet monachus diœcesano obedire.

1 Hunc casum inuenio, in antiquis & manuscriptis Greg. exemplaribus.

b ¶ Solennitates.] Installare Abbates, & Abbatissas in sede ponere, pertinet ad officium archidiaconi, supra de offic. archidiac. cap. ut nostrum. & talis installationis solemnitas non requiritur in Abbatibus Ordinis Cistercien. vt hic patet.

c ¶ Forma professionis.] qua profitentur se præstaturos suis episcopis subiectionem, & cætera, quæ sequuntur. sic & archiepiscopi debent esse contenti forma professionis a canonibus constituta, supra de maior. & obed. dilecti, qua & Papa contentus est, ut ibi dicitur.

d ¶ Successoribus.] & ita postquam fecit obedientiam prædecessoribus, amplius eam facere successoribus compelli non debet. ut supra de iureiuran. veritatis. & idem in vasallo, vt ibi dicitur.

e ¶ Canonice.] Alias non teneretur, puta si esset intrusus sine consensu clericorum 22. quæst. 2. alienationes. Bernardus.

f ¶ Saluo ordine.] Nam contra regulam obedire non tenentur, ut hic dicitur in his, quæ contra regulam: uel illicita sunt, nullus obedire tenetur, 11. quæstion. 3. si quis episcopus, & cap. non semper, & capitul. si dominus, & capitulo Iulianus. sed bonum quod agitur, quandoque propter obedientiam intermittitur, undecima quæstione tertia. quid ergo, & est simile huic solo. supra de iureiurand. ego. n. Bernardus.

CAP. XLIII.

NE † Dei [a] ecclesiam: & infra.

¶ Installationis † solennitates [b] in electis Abbatibus ordinis uestri fieri prohibentes. Adijcimus, ut archiepiscopi & episcopi ea sint forma professionis [c] contenti, quæ ab origine vestri ordinis noscitur instituta, quæ talis est. Ego frater Abbas Cistercien. ordinis subiectionē, & reuerentiam, & obedientiam a sanctis Patribus constitutam, secundum regulam S. Benedicti, tibi domine Episcope tuisque successoribus [d] canonice [e] substituendis, & sanctæ Sedi Apostolicæ saluo ordine [f] meo, perpetuò me exhibiturum promitto.

¶ Gregorius ix. Priori S. Thomæ Esculan.

Recepto in canonicum debetur præbenda, & redditus: consuetudine non obstante, quod non seruauerit prauam consuetudinem de aliquo temporali dando ipsis canonicis.

CAP. XLIIII.

IAcobus † canonicus Esculanus exposuit, quod cū ipse in ecclesia Aprutinen. sit receptus in canonicum & in fratrem, canonici eiusdem ecclesiæ partem prouentuum, ac præbendam sibi assignare recusant, quandam consuetudinem prætendentes, quod prandium habere debeant a canonico recepto de nouo.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si est ita, dictos canonicos, vt tali consuetudine [g] non obstante, sibi sicut vni ex alijs, in prouentibus & præbenda prouideant, appellatione remota, compellas.

† Vide Doc. in c. 1. sup. e. ti. S. Th. 2. 2. q. 100 art. 3. & in 4. sent. verb. simo. q. 8. & 9. & 1.

IAcobus.] Prætextu consuetudinis non debet exigi prādium a canonico de nouo recepto hoc dicit. Diuiditur. nam prima pars ponit querelam, secunda dat iudicem, ibi, Quocirca. Abbas Siculus.

CASVS. Iacobus iste Canonicus Esculanus receptus erat in fratrem & canonicum in ecclesia Aprutin. canonici illius ecclesiæ partem beneficij sui sibi assignare nolebant, nisi primo reciperēt prādium ab eodem, consuetudinem prætendentes, vt a canonico de nouo recepto prandium recipiant. Mandat Papa cuidam priori, quatenus si est ita, consuetudine illa nequaquam obstante cōpellat canonicos illos, ut præbendam sicut vni ex alijs illi conferant, & assignent. Nota quod pro spiritualibus nihil dari debet etiam obtentu alicuius consuetudinis.

g ¶ Tali consuetudine.] quæ non excusat, sic supra c. veniens, imo potius simoniam inducit, quia pro pastu uel pastello exigi aliquid non debet pro huiusmodi spiritualibus, supra eodem, capitul. primo, & prima quæstione tertia, si quis præbendas. non obstante aliqua consuetudine, ut ibi supra eodem in pluribus capitulis. Bernard.

¶ Idem.

Qui ordinauit aliquem sub promissione de non petēdo ab ipso prouisionem: ordinator per triennium à collatione, præsentator verò ab executione ordinum etiam per triennium suspensi sunt: ordinatus verò ab ordine perpetuò sit suspensus; & solùm per sedem Apostolicam cum eis dispensatur.

SI quis.] CASVS. Quia frequenter ordinantur aliqui sine certo titulo, propter quod fiunt promissiones illicitæ: statuit Gregorius, quod si aliquis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, recipiens ab eodem promissionem vel iuramentum, quod super sua prouisione non inquietabit eundem: ordinator a collatione, & præsentator ab executione ordinum per triennium nouerint se suspensos, & ordinatus ab ordine

ordine sic susceptó nouerit se suspensum, donec dispensationem, per sedem Apostolicam meruerit obtinere. No. quis punitur in eo, in quo deliquit. Item solus Papa dispensat cum illis, qui scienter per simoniam ordinantur, uel ordinantur.

Glo sequens quod hic de iuramento dicitur coaduuat: demum signat contrarium.]

a ¶ Promissionem vel iuramentum.] Pactum tale siue iuramentum turpe est, ideo nullam obligationem inducit supra de pact. cap. vlt. & ff de verb. obligatio. si stipuler vt id. Et ita habes, quod si principale non tenet, nec iuramentum super hoc factum. tim. supra de foro cōpe. si diligēti. in fi. C. de legi. no dubiū Ar. sup. de iureiu. debitores. & licet talis obligatio nō tenuerit: 1 punitur ordinator a collatione ordinum; vt in eo puniatur in quo peccauit, supr. de iure pat. pastoralis. cum suis similibus.

[Gl. seq. recipit per. obiect. quod deponi deberet, ex quo, &c. dicit, solutioni obijcit, & respondet. In fine quæ fuit additio, dat verum intellectum.

¶ Vide, Turre cremata in ... (marginal note, partly illegible)

1 Adde quod nō de preb. si eps cui. lib. 6. in vlt. glo.

CAP. XLV.

SI † quis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem; promissionem vel iuramentum a ab illo recipiens, quod super prouisione sua non inquieret † eundem, ordinator a collatione: præsentator vero ab executione ordinum b per triennium; & ordinatus ab ordine sic suscepto, donec dispensationem c super hoc per sedem Apostolicam d obtinere meruerint, nouerint se suspensos. e

¶ Idem.

¶ Habet duo dicta, secundum ibi: & ad resignationes. Et propter breuitatē & varietatem lecturarū aliter non summatur.

CAP. XLVI.

MAndato † nostro recepto, vt cum monachis, qui per simoniam dato aliquo, locum in monasterijs sunt adepti, secundum constitutionem generalis concilij f dispensares, & inf. ¶ Consultationi tuæ breuiter respondentes, dicimus mandatum Apostolicū, etiā ad Abbates g extendi: Et ad resignationes spiritualium & temporaliū, quę nullo pacto, sed affectu animi h præcedente, vtrinque taliter acquirūtur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori)

MAndato.] CASVS. Quidam recepit in mandatis a Papa, vt secundum constitutionem generalis concilij. supra eodem. quoniam. dispensaret cum monachis, qui per simoniam aliquo dato in monasterijs sunt recepti, nulla de Abbatibus in mandato Papæ habita mentione; consuluit iste Papam vtrum auctoritate illius mandati possit dispensare cum abbatibus? Item aliqui sunt adepti spiritualia nullo dato pretio nullo pacto dādi vel recipiendi præcedente, sed solo affectu aī antecedēte hinc inde; quæritur, vtrum isti propter istū affectum teneant ad resignationem huiusmodi spiritualium. Ad primum respondet Papa, quod mandatum Apostolicum ad Abbates extenditur, & sic constitutio illa quoniam simoniaca continet dispensationem per Papam exhibendam. Ad secundum respondet, quod isti pro huiusmodi simonia nō tenētur ad resignationem spiritualium vel temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente ex vtraque parte taliter acquiruntur; sed sufficit delinquentibus per solam pœnitentiam in hoc casu suo satisfacere creatori. Not. quod beneficium principis latissime interpretandum est. Item simonia solo affectu animi non committitur, nec renunciare quis tenetur spiritualia, uel temporalia pro tali simonia; licet alias peccet. Item affectus siue uoluntas punitur.

† Notabilis, et & d ff ... (marginal note, partly illegible)

b ¶ Ab executione per triennium.] & ita simoniaci iudicantur, nec tamen deponuntur, nisi quia ad tempus suspenduntur, sed hoc forte ideo est, quia nihil datur vel recipitur pro ordinatione vel præsentatione, quia simonia est 2 studiosa voluntas emendi, vel vendendi spiritualia. art. 1. quæ r. 1. studet, sed emptio, vel venditio sine pretio non consistit. Institut. de empt & venditio. §. pretia autem, & ff. eodem l. 2. §. fine, sed hic nullum precium datum est. Sed contra; iste remisit ius, quod sibi competeret ex tali præsentatione contra præsentatorem. uel ordinatorem; qui tenebatur sibi ad prouisionem, supra de præbend. cum secundum Apostolum, sed idem est remittere quod dare, supra de rescrip. veniens, & ff. de calum. quinetiam & ita debent deponi. Hic nihil remittitur, quia nihil adhuc debetur sed renunciauit iuri, quod in futurum posset acquiri, si præsentetur debito modo, sed in contrarijs remittit quod in præsenti debetur, sed si hic fieret talis remissio, deponderetur tam dans, quam recipiens, si conuinceretur, supra eo. de hoc. & cap. insinuatum. ideo minor pœna imponitur propter affectum cum opere subsecuto. supra de biga. nuper & c. vlti. & hoc intellige, si crimen sit occultum, si uero esset manifestum, semper essent suspensi, & accusarentur & conuincerentur, & deponerentur ex tali promissione uel iuramento. Ber.

2 Vide Beat. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1.

c ¶ Dispensationem.] sic supra eod. per tuas nobis.

d ¶ Per sedem Apostolicam.] hic patet, quod cum simoniaco sciente in ordine solus Papa dispensat: idem in religione, in dignitate & beneficio, ut dixi sup. eod. de simoniace. & supra de renunciatio. post translationem.

e ¶ Suspensos.] ipso iure.

f ¶ Concilij.] supra eo. quoniam.

g ¶ Abbates.] Mandatum fuit alicui, vt dispensaret cum monachis, qui per simoniam monasterium sunt ingressi nulla mentione habita de abbatibus, & tamen hoc extenditur ad abbates. & ita habes hic arg. quod beneficium principis largissime interpretandum est, infra de uerb. signif. olim. & ff. de consti. prin. beneficium. & supra de dona. cum dilectus in fin. arg. quia in beneficijs, ut ibi dicitur, plena est interpretatio facienda. Item argum. cui conceditur minus, & maius concessum videtur, ut 16. quæst. 2. visis. 3 sed potius contrarium dici consueuit supra de dec. ex parte. sic quod de monachis dicitur, ad regulares extenditur, supra de postulan. ex parte. Ber.

h ¶ Affectu animi.] Ergo sola uoluntas, siue affectus animi non facit aliquem simoniacum, licet aliter peccet, ut dixi supra eodem. consulere & est simile. infr. de vsur. in ciuitate, sed secus uidetur in usura, ubi sola spes vsurarij vsuram inducere uidetur, vt 14. q. 3. capitul. primo, & infra de usur. consului. Item habes hic, quod affectus siue uoluntas punitur, & merito, quia non ambitione, sed labore ad honorem conuenit peruenire. C. de re mil. contra publican. lib. 12. & 61. dist. miramur, in fi. & talibus honor est auferendus 8. q. 1. in scripturis. & 1. q. 6. sicut is, & hic. & hæc ambitio sola penitentia purgatur sine renunciatione, & huiusmodi leuis simonia potest leuiter indulgeri, sic 88. distinct. sicut

3 Concor l. a tem mobilem & l. legatum ff. de procu. & l. in rifgentium. § adeo. C. de pac.

tit. & sup. de accusat. cum dilectus. & ita collige, quod aliquis promouetur cum mortali: nec deponitur, nec dicitur proprie simonia talis affectus animi. Bernardus.

NE PRAELATI VICES SVAS, vel ecclesias, sub annuo censu concedant.

eos pro simonia huiusmodi non teneri.

¶ Supra visum est de simonia in genere, nunc submittit de quadam ipsius specie scilicet ne prælati vices suas, &c. Abbas Siculus.

¶ De hac materia tractatur 89. distin. & prima quæst. quarta, per totum vigesimaprima. quæst. 2. præcipimus.

TITVLVS IIII.

Ne Prælati vices suas vel ecclesias sub annuo censu concedant.

¶ Alexander iij. in cōcilio Lateran. †

¶ *Qui dat pecuniam, vt episcopalem vel spiritualem iurisdictionem exerceat, officio suo priuatur, & sic conferens illud amplius conferre non poterit, & canonice punietur. h. d. cum sequentibus.*

P Reterea.] Primo ponit excessum. secundo punit: ibi, Præsenti. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Episcopi pro certa quantitate pecuniæ vendebant episcopalem iurisdictionem quibusdam qui Decani vocabantur: statuit concilium Lateranen. quod qui de cætero iurisdictionē episcopalem taliter receperint, officio suo priuentur, & episcopi conferendi hoc officium potestatem amittant. Nota quod iurisdictio episcopalis vendi non debet, sed gratis conferri, aliàs puniuntur, vt hic dicitur. Item punitur quis in eo, in quo deliquit.

CAP. I.

P Ræterea, quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani [a] vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate [b] Episcopalem iurisdictionē exercent. Præsenti decreto statuimus, vt qui † de cætero hoc præsumpserit, officio suo priuetur, & Episcopus conferendi [c] hoc officium, potestatem amittat.

a ¶ Decani.] idest, archipresbyteri rurales, qui spiritualem habent iurisdictionem, 50. distin. in capite. sic appellantur, sup. de censibus. cum Apostolus. & sup. de offic. archidiaco. ad hæc. §. vlt. Bernar.

[Glossa sequens principium recitat. per distinctionem, aut vicarius dato Episcopo, &c. secundo argumen. signat contrarium, & ibi remittit. tertio dicit de pertinentibus ad titulum.

b ¶ Quantitate.] data Episcopo pro sua iurisdictione, quam emunt isti Decani: quod non licet, vt hic patet, sed econuerso Episcopus, si committat vices suas alicui, potest & debet ei constituere salarium de camera sua, cum ille ad hoc non teneatur. artic. 12 quæstio. 2. charitatem. & cap. quicunque. [1] Item est hic argumen. quod plebani siue Archipresbyteri non habent iurisdictionem. & hoc satis videtur, nisi habebant ex consuetudine, infra de excessib. prælat. ad hoc argument. contra, supra de offic. ordi. cum ab ecclesiarum. vbi de hoc. & hæc decret. & sequens pertinet ad primam partem tituli, & expone vices, idest, iurisdictiones. vnde consueuit dici, committo tibi vices meas, idest, iurisdictionem meam.

c ¶ Conferendi.] vt in eo puniatur, in quo peccauit. sic supra titul. proxim. capit. penult. & supra de elect. cum in cunctis, & capit. nihil est. prima quæstione prima, si qui Episcopi. & supra de temp. ordin. litteras. & in pluribus alijs capitulis ibi, & qui recipit, officio suo priuabitur. sic ergo patet quod iurisdictio vendi non potest. infra capitulo proximo, & vigesimaprima quæstione secunda, præcipimus, argumen. contra infra eodem capitulo vltimo non est contra, quia ibi non loquitur de iurisdictione, sed de fructibus, qui conceduntur ad firmam. Bernardus.

[1] Et sup. de offi. ord. Inter cæter. & tenent Inno. Goff. & Hostien. 10. An.

†In cod. Barbatiæ ita vt qui talia de cætero præsumpserint, officio suo priuentur.

¶ Cap. 15 in ... Com. ... §. ... quoniam. & c. 1. tit. de prælatis ne vices suas &c. in 1. compil. Et de materia ... in sum. verb. ... simonia, ...

¶ Idem in concilio Turonen.

¶ *Summatum est supra capitulo proximo.*

CAP. II.

Q Voniam † in quibusdam partibus decani, vel archipresbyteri, ad agendas vices episcopatum, seu archidiaconorum, & terminandas causas ecclesiasticas, sub annuo pretio [d] statuuntur, [e] quod ad sacerdotum grauamen, & subuersionem iudiciorum non est dubium redūdare, id vlterius fieri prohibemus. Quod si quis de cætero fecerit, remoueatur a clero. Episcopus autem, qui hoc sustinuerit, & iudicia ecclesiastica dissimulat peruerti, canonice puniatur. No. quod Episcopus gratis iurisdictionem suam impēdere debet.

Q Voniam.] Diuiditur, quia primo ponit excessum, quem expressa causa finaliter prohibet: Secundo pœnam addit; ibi, Quod si qs. Abbas Siculus.

CASVS. Episcopi, & Archidiaco. ad agendas vices suas, & causas ecclesiasticas terminādas, quibusdam Decanis seu archipresbyteris sub annuo pretio committebant, quod in subuersionem iudiciorum, & grauamen Sacerdotum redundabat: statuit concilium Turonen. quod istud de cætero non fiat: quod qui fecerit, remoueatur a clero: & Episcopus, qui hoc sustinuerit, & iudicia ecclesiastica dissimulat peruerti, canonice puniatur.

† Post conc. Lateran. sub Alexand. iij. par. 2 cap. 1 & c. 2 tit. de Prælatis, ne vices suas, &c. in 1 cōp. Et de intellectu & materia, vide Turrecremat. in c. præcipimus 21. quæst. 2.

d ¶ Pretio.] quod non licet, supra capitulo proximo, imo simoniacum est, & ne subditi hac occasione vltra debitum aggrauentur. argumen. 23. quæstio. 1. militare, & vbicunque Episcopus aliquid gratis facere debet ratione officij, si aliquid exigat, simoniam committere videtur, maxime cum iurisdictio sit spiritualis, vt prima quæstione tertia. ex multis, & capitu. vendentes, & capit. non solum. T.

e ¶ Statuuntur.] Nunquid Episcopus potest dare ordinarium iudicem? non, sed tantum princeps vel lex. argumen. secunda quæstione sexta, capitu. a iudicibus. §. quod de arbitris, ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & quia: sed ab vniuersitate eligendus est, & tunc lex dat ei iurisdictionem ordinariam, argumen. sexagesima tertia distinctione, si in plebibus, in Authen. de defensoribus. §. nos igitur. collatione tertia. Si tamen consuetudo est, quod Episcopus dat ordinarium, admittenda

est iti vt in perpetuo instituatur, & non sub censu certo. C. de emanc. l. 1. Lau.

a ¶ Canonica percellatur.] vt dictum est supra cap. proxima. quandoque tamen deponitur. 81. dist. dictum quandoque vero ad tempus suspenditur. 1. quæst. 1. quicquid, & 21. quæst. 4. præcimus, Episcopi presbyteri. argum.

† Aliàs ita, & ecclesiasti ca iudicia sua, &c.

ij Quoniam.] Primo narrat cõsuetudinem, quam secundo prohibet: ibi, Ne id. Tertio causam reddit: ibi, Quia Abb. Sicul.

CASVS. Consuetudo erat in quibusdam locis contra institutiones Sanctorũ Patrum introducta, vt sacerdotes sub annuo pretio ad regimen ecclesiarũ constituantur: præcipit concilium Turoneñ. ne id de cætero fiat: quia dum sacerdotium taliter venale disponitur, ad præmium retributionis æternæ consideratio non habetur. Nota, q cura animarum sub annuo censu con stitui non debet.

† Post conci. Lateran. sub Alexand. iii. par. 1. c. 2 & c. 7. eod titu. in 1 compil. Et vide Turrec. e. in præcedenti cap. citatum.

b ¶ Regimẽ statuantur.] tanquam prælati: quia simoniacum est, si pro pretio ecclesiarum regimen committatur. 1. q. 3. saluator. sed si iusta causa absens esset, vel alias intendere Episcopus non posset, constituere potest sibi vicarium, qui de suo prouideat, 1 vt dixi. s. eo. c. 1. & talis vicarius habebit curã animarum ... de offic. vicar. c. vlt Lau.

1 Adde su. pra de app. ca. peruenit. ...

c ¶ Prohibemus.] 21. quæst. 2. præcipimus. & 1. quæst. 3. si quis dixerit.

d ¶ Sacerdotium idest prælatura, & pertinet ad secundam partem tituli. Vel ecclesias, idest præbendas, quæ pretio ... non debent: nec enim debent censuales: sed ecclesia bene potest ... ab initio censualis. supra de censi. sciẽtes, & c. prohibemus.

stinuerit, & † ecclesiasticam iurisdictionem sua patitur dissimulatione peruerti, districtione canonica percellatur. a

¶ Idem.

¶ *Regimen ecclesiæ sub annuo censu committi non debet.*

CAP. III.

ij Quoniam † enormis quædam consuetudo in quibusdam locis, contra sanctorum Patrum institutiones inualuit vt sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur; b Ne id fiat, modis omnibus prohibemus; c Quia dum sacerdotium d sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

e ¶ Præstita fide.] Si enim contra fidem vel iuramentum nulla venisset necessitate compulsus, priuari poterat ecclesia, supra de iureiuran. querelam, & supra de fideiuss. peruenit.

[Glossa sequens quærit, & soluit.]

¶ Idem Exoneñ. episcopo.

¶ *Fructus ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.*

CAP. IIII.

Querelam † magistri G. recepimus, quod cum ecclesiam de Chephalai, † à G. persona eiusdem ad annuum censum tenendam, per septennium suscepisset; ipse antequam eam, per vnius anni spatium tenuisset, auferre præsumpsit; quamquam præstita e fide firmauerit, quòd vsq; ad statutum terminum, f nullam ei exinde molestiam vel grauamen inferret. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si constiterit ita esse, cum districte compellas, vt præfatam ecclesiam g dicto

f ¶ Statutum terminũ.] Sed pone quod interim moriatur G. persona ecclesię, quę locauit nunquid successor 2 tenetur stare contractui: Potest dici si nomine ecclesiæ contraxisset, & pecunia inde recepta in vtilitatem ecclesiæ conuersa fuisset, teneretur successor stare contractui. supra de sol. cap. 1. 12. q. 2. c. hæc huius placiti, & c. quicunque suffragio & 10. q. 2. hoc ius. §. & his creditor. & supra de deposit. c. 1. 35. dist. ecclesiæ principes. in fi. si vero non pro vtilitate ecclesiæ, sed vt ipse tanquã Prælatus perciperet redditus ad firmam, successor stare non tenetur, sup. de pre. cap. 2. quia vltra tempus suum ecclesiam locare nõ potuit: & si soluit aliquid vltra, sibi imputet, quia hoc prouidere debuit. ... loca. si quis domum. §. 1.

2 De materia ...

† Ca. 4 ...

† Al. capelly

[Glo. sequens obijcit, & soluit ponendo sex significationes huius verbi ecclesia. Secundo quærit opponendo, & soluit. Tertio quærit de ratione & respondet.]

g ¶ Præfatam ecclesiam.] Hęc decretalis videtur contraria rubricæ, & sup. c. proxi. vbi ecclesia sub annuo censu concedi prohibetur, & hic promittitur: vnde non facit ad titulum istum: Solue per hanc distinctionem, Ecclesia 3 multis modis dicitur: quia dr̃ ecclesia malignantium: vnde Psalmista. In ecclesiam malignantium non introibo Et dicitur ecclesia collectio fidelium de cõse. dist. 1. ecclesia. Et dicitur ecclesia murorum ambitus. de conse. dist. 1. de fabrica. Et dicitur ecclesia corpus Christi. 1. q. 1. ecclesia. & 26. q. 2. sed illud. Et dicitur etiam ecclesia prælatura ipsius ecclesiæ, vt sup. c. proxi. Item dicitur ecclesia ipsæ obuentiones ecclesiasticæ prouenientes occasione ecclesiæ, vt hic, & in hac significatione, ecclesia conceditur ad firmam sub annuo censu reddendo, quod licet, quia nullum spirituale locatur, & ideo non contradicit, cap. proxi. neque rubricæ. Sed quare ponitur in titulo isto? melius poneretur supra de iureiuran. vbi similis decretalis ponitur, querelam Sed ideo ponitur, ne videretur prohibita talis locatio, eo quod simpliciter videtur prohiberi, quod ecclesia sub annuo censu non concedatur in titulo isto. Sed quare potius prohibetur iurisdictio sub annuo censu concedi? Respondeo quod illi, qui iudicant, nihil debent accipere in Authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. colla. 2. cum ex officio suo ad hoc teneantur, & administratione; cum episcopatus ad hoc eis sint deputati: sed hic locantur ipsi fructus, qui etiam aliàs possunt vendi & distrahi.

3 De varia significatione huius nominis, ecclesia. vide plura ... Turrecremat. in summa de ecclesia lib. 1. c. 2. vbi plura alias affert significationes.

Querelam.] Primo ponit conductoris querelam: Secundo dat ei iudicem, ibi, Ideoque. Abbas,

CASVS. G. rector ecclesiæ de Cephalai, prouentus ipsius ecclesiæ concessit ad firmam, seu locauit magistro G. vsque ad septennium, certum censum eidem rectori annuatim reddendo, præstita fide ab ipso rectore dicto magistro, quod vsque ad dictum tempus nullam iniuriam vel grauamen super ipsa ecclesia inferret eidem, sed ipse contra fidem præstitam veniens, ante vnius anni spatium ecclesiam ipsi G. auferre præsumpsit: unde idem magister conquestus est domino Papæ, ideoque mandat Papa Episcopo Exoneñ. quatenus si ita est, rectorem illum compellat, vt præfatam ecclesiam dicto G. restituat, & vsque ad tempus constitutum secundum quod inter eos conuenit, ipsum eandem ecclesiam permittat pacifice possidere. Nota quod ecclesia, idest, obuentiones ecclesiæ possunt ad tempus locari, siue concedi pro certo censu annuatim reddendo.

... quod vi detur, quod eps hoc facere debeat. Ioan. And.

DE

DE MAGISTRIS ET NE ALIquid exigatur pro licentia docendi.

¶ Supra visum est qualiter spiritualia pretio concedi debent: nūc submittit de quibusdam habentibus instar spiritualium: vt de magistris, & licentia docēdi: vt in nigro. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 37. & 86. dist. per totum 61. dist statuimus, & cap. miserum. 8 q. 1. oportet. 92. distin. quis dubitet. extra de ele. cum in magistrum.

† conuenit.

* Vide omnino conci. Tri. sess 5. de refor. c. 1. & sess. 23. de refo. cap. 18.

QVoniam.] Diuiditur in tres partes: In prima prouideri mādat de magistro. In secunda factum reprehensibile inhibet. In tertia pœnam imponit, reddens causam. Secunda ibi, Pro licentia. Tertia: ibi Qui autem. Abbas Siculus.

† Lateran. sub Alex. iij. ca. [illegible]

CASVS. Volens ecclesia tanquam pia mater pauperibus scholaribus, qui parentum opibus sustentari non possunt, prouidere, ne legendi opportunitas subtrahatur eisdem. Statuit concilium Lateran. quod per vnam quamque cathedralem ecclesiam, vni magistro competens beneficium assignetur: qui clericos, & scholares eiusdem gratis doceat. Secundo dicit, quod pro sententia docendi nullus pretium exigat: vel sub obtentu alicuius cōsuetudinis ab his, qui docent aliquid petat, nec aliquem qui sit idoneus, petita licentia impediat; qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab ecclesiastico beneficio fiat alienus, quia dignum est, vt in ecclesia fructum sui laboris non habeat, qui ecclesiasticum profectum nititur impedire. No. quod pro sententia docendi nihil debet exigi. Item qui est idoneus admitti debet ad docendum. Item punitur quis eo, in quo deliquit, vt in fi. dicit.

a ¶ Per vnamquamque.) vt 37. dist. de quibusdam, & inf. eo. quia.

b ¶ Magistro.] nomen hoc dicitur a monacho, siue monstrando. ff. de verb. sig. quib.

c ¶ Competens aliquod beneficium.) sic infra eodem quia debet ergo doctor officium habere sui laboris: sic & tutor dat alimenta præceptoribus pupilli, quoniam non tantum præest rebus, sed morib. ff. de administ. tut. cum plures, §. cum tutor. & beneficium ei constitui debet secundum dignitatem, & scientiam suam, sicut aduocatis. ff. de var. & extraordi. cogni. l. 1. §. in honorarijs, arg. sup. de præben. de multa. Vin.

d ¶ Precium exigat.] quod si exactum fuerit, restituatur. inf. c. proxi. quia gratis est danda docendi licentia, cum donum Dei sit, infra c. prox. Bernardus.

e ¶ Consuetudinis.) quasi simoniacum reputatur hoc: quia consuetudo hic non habet locum, sicut nec in sacramentis ecclesiasticis, supra de simo. cum in ecclesiæ, & in pluribus a[illegible]s. c. Ber.

f ¶ Qui sit idoneus.) No. quod ei, qui idoneus est, non est neganda sententia docendi, quia per consequens denegat doctrinam ignorantibus, vt dicitur in fi. quam dispensare alijs tenetur. arg. 16. quæstio. 1. reuertimini. 1 ergo si non est idoneus, potest iuste denegari, quia malorum Doctorum doctrina mala est. 1. q. 7. conuenientibus & imperitus mathesios risui patebit. 37. distinctio. qui de mensa. qui alios docet, ab alus tunc edoceri nō debet, in Auth. de san. episcop. §. damus collatio. 9. pœna vero huius est priuatio ecclesiastici beneficij: vt hic dicit. Bernardus.

g ¶ Sui laboris.] lucrum, & pietatem ex eodem facto vendicare non licet, vt decima septima quæst. quarta, miror. capit. frater, & coepiscopus. & if. de mino. auxilium.

† De hoc ar. vide quos citabo in cap. seq.

† In aliquot Gregorianis: ab eis, quos docent &c.

† fructus.

† Vincon. Vintō. quod est aptius.

1 Adde q̄ regrunt vt dicat idoneus: notatur in l. vni. C. de profe. qui i vrbe Constan. l. y. iuncta. l. magistros C. de profess. li. 10.

† Ca. 2. e ti. in 1. compi. & post cōc. Late. sub Alex. iij. par. 2. ca 17.

G. restituat, & vsq. ad terminum constitutum, secundum quod inter se conuenerint † ipsum eandē permittat pacifice possidere.

TITVLVS V.

De magistris, † & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

¶ † Ex concilio Lateraneñ.

¶ Ecclesia chatedralis prouidere debet magistro de beneficio, qui clericos eiusdem ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat; & venden licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio priuatur.

CAP. I.

QVoniam ecclesia Dei sicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari nō possunt, legendi, & proficiendi oportunitas subtrahatur, per vnamquāque a cathedralem ecclesiam magistro, b qui clericos eiusdem scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium c præbeatur: & infra.

¶ Pro † licentia verò docendi nullus pretiū exigat, d vel sub obtentu alicuius consuetudinis, e ab eis, † qui doceant aliqd quærat: nec docere quemquam qui sit idoneus, f petita licētia interdicat. Qui autem contra hoc uenire præsumpserit, ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, vt in ecclesia fructum † sui laboris g non habeat, qui cupiditate animi, dum vēdit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nititur impedire.

¶ Alexander tertius Vinto. † episcopo.

¶ Pro licentia docendi nihil exigi debet vel promitti, & exactū restitui, & promissum remitti debet, & negligente inferiore Prælato ad magistrum constituendum, supplebit hoc superior.

CAP. II.

PRohibeas, † ne in parochia pro licētia docendi exigatur aliquid,

PRohibeas.] Sunt duo dicta: Secundum ibi, Sane. Abbas Sicu.

CASVS. Quia quidam pro licentia docendi pecuniam exigebant, præcipit Papa Vinton. eñ. episcopo, vt prohibeat ne pro licentia docendi in parochia sua aliquid exigatur, aut etiam promittatur. & si postea solutū aliquid fuerit, illud faciat reddi; & si aliqd promissum fuerit,

rit, faciat remitti promissum: qa scriptū est: gratis accepistis, gratis date. Secundo dicit, ꝙ si aliquis distulerit instituere magistros in locis congruis, liceat huic epo appellatione postposita, ad instructionem aliorum, ibi preficere viros ad hoc idoneos. Nota ꝙ exactum vel ꝓmissum pro licentia docēdi, potest repeti: & ꝓmissum facere remitti. Item negligentiā subditorū eps supplere dēt. Item ꝑ negligentiam amittitur ius suum. Sed hic nō est appositum tempus: sed posset dici, quod hoc pōt referri ad arbitriū superioris: vel tantū tps posset dari, quantū datur pro beneficijs vacantibus. s. vt per sex menses expectetur ille qui dēt instituere magistros, qa in tanto tempore nō est magnū dānū.

(Gloss. seq. obijcit dat sol. Vin. & alium subdit.

a ¶ Exigatur aliquid aut ēt promittatur.] Ex hoc vī ꝙ turpitudo ex vtraq; parte versat tamq̄ in spiritualibus: vt 1. q. 1. quos, constiterit. Quid est ergo quod dicit solutum restituit, cum in pari causa turpitudinis potior sit cōditio possidentis ff. de cōd. ob tur. cau. l. 3. & l. si ob turpē cām? Dixit Vincē. ꝙ subuenitur huic non in fauorem sui, sed in odium exigentis, simile sup. de simo. veniens. Sed qualiter illud intelligatur, dictum fuit eo. tit. de hoc. Vel potest dici, quod qui soluit, licet nihil dare debuerit, quia tamen quasi coactus redimit ius suum, non delinquit: vnde sibi potius restitui debet quam remanere penes illum, qui plus peccauit, vt 1. q. 3. si quis dator.

(Glo. seq. dat. duplicem lecturam eius quòd de remissione hic dicitur.

b ¶ Remitti.) hoc bene notabile est, quòd auctoritate huius canonis non solum habet quis exceptionem, sed etiam liberationis conditionem. simile ff. de neg. gest. si quis mandato. ff. de contrahen. empt. pact. ff. de lib. leg. si ei cui fundum. & ff de condi. cau. da. causa non secuta. qui se. ff. de condi. sine cau. qui sine causa, ff. quod metu causa. l. metum §. sed quod prætor, & s̄ de iureiuran. ex administrationis. inf. de vsu. tua. vel quod dicit remitti, intellige de facto: quoniam turpes promissiones nullæ sūt s̄. de pact. c. vlt. ff. de verb. obl. generaliter. Lau.

c ¶ Gratis accepistis.) 1. q. 3. si quis episcopus, & cares ecclesiæ.

d ¶ Liceat.) Negligentiam subditorum episcopus supplere debet, 9. q. 3. cum simus & s̄. de concel. præb. nulla s̄. de supplen. neglig. præla. sicut nobis, &c. delicto. Ala.

Qvanto.] Primo ponit factum damnabile: Secundo pœnam opponit, ibi, Si qui vero. Abbas.

† In codice Lombardico ita, ibi ad aliorum institutionem præficere viros prouidos, & discretos.

† Cap. 3. contra in 1. compilatione. & post concilium Lateran. sub Ale. 3. par. 2 c 18. Hoc cap. vt ait Vincentius, fuit impetratum cōtra Cancellarium Parisien., qui magistris vnam a quolibet docente exigebat quod est notandum pro intellectu huius c. & præcedentis. Mat. ic.

aut etiam promittatur. a Si quid vero postea solutū fuerit uel promissum, remitti b promissum facias, & restitui appellatione cessante solutum, sciens quod scriptum est; Gratis accepistis, c gratis date.

¶Sane si quis distulerit magistros in locis congruis instituere, tibi liceat d appellatione postposita, ibi † aliorum institutioni præficere viros prouidos, honestos, & discretos.

¶Idem.

¶Pro licentia docēdi pecunia exigi non dēt, etiā si hoc habeat consuetudo.

CAP. III.

Qvanto † Gallicana ecclesia, & infra. ¶Dignos eē animaduersione censemus, qui nomen magistri scholarum, & dignitatem assumunt, & sine certo ptio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam impendunt a cupiditatis e radice processerit, & decorem admodum ecclesiasticæ honestatis confundat. Mandamus, quatenus (consuetudine ipsa de vestris ecclesijs extirpata) sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis, distincte ꝑcipientes, vt quicunque viri idonei f & lrati voluerint regere studia literarum, sine molestia, & exactione qualibet, scholas regere permittantur. g

10

¶Si qui vero hmōi prohibitionis vel ꝑcepti extiterint transgressores, eos officijs h & dignitatibus spolietis.

20

¶Inn. iij. in concil. gnāli †

¶In qualibet cathedrali ecclesia, vel alia in facultatib. sufficienti, debet à Prælato vel capitulo vnus magister eligi, cui redditus vnius præbendæ dēnt assignari, in metropolitana verò ecclesia etiam eligi debet theologus, & si ad grammaticum, & theologum nō sufficit, prouideat ipsi theologo ex redditibus suæ ecclesiæ, & grammatico faciat prouideri in aliqua ecclesiarum suæ ciuitatis vel diœcesis.

30

40

CASVS. Consuetudo erat in ecclesia Gallicana, quòd magistri scholarum sine certo pretio alicui docendi licentiam non concedebant. Papa volens illam prauam consuetudinem extirpare, quæ de radice cupiditatis procedit, prohibet sub anathematis interminatione, vt quicunque idonei fuerint regere scholas, sine molestia vel extractione aliqua permittantur: & si qui hmōi ꝓhibitiōis fuerint trāsgressores, officijs, & dignitatib. suis spolient. No. ꝑ dignitatē delinquētis crimē grauius puniendū esse. Itē. Prelatis scribit ꝙ in subditis laudabile reperit & eis imputat qd in eis rephēsibile ꝓbatur. Item nota magistros scholarum dignitatem habere.

e ¶ A cupiditatis.) quæ est radix omniū malorum 47. dist. bonorum.

f ¶ Idonei.] sic s̄. e. c. 1. hmōi autem magistri primum moribus, deinum facūdia excellere debēt. C. d̄ profes. & medi. magistros lib. 10. bonā em cōuersationē dēt habere testem doctrine 63. dist. Valentinian⁹.

[Glossa seq. quærit, & soluit.]

g ¶ Permittantur.] Quid si vult regere in sua persona, nec licētiat aliū nunquid debet compelli? Arg. ꝙ non 93. dist. illud: credo quod nihilominus tenetur dare alijs licentiam.

h ¶ Officijs.) sic sup. eo. c. 1. Ber.

† Scilicet Lateranensi c. 11. & ca. vnico. e. tit. in. q. compilatione. concordat concilium Lateranen. sub Alex. 3. ca. 18. relatū sup. eo. ti. ca. 1. vide nouissime decreta. in concilio Tride. sessio 5. de refor. c. 1. & sess. 23. de reformat. cap. 18.

Qvia nonnullis.) Primo ponit antiquum concilium, quod secundo innouat, & supplet: ibi, Verum Abbas Siculus.

50

CASVS. Statuitur in Lateraū. concilio, quòd in vnaquaque cathedrali ecclesia instituatur magister, qui pauperes clericos gratis doceat: sed quia illud male obseruabatur, concilium generale illud præcepit obseruari adijciens, vt non solum in cathedrali ecclesia sed, & in qualibet alia vbi facultates sufficiunt, constituatur magister idoneus, & in metropolitana ecclesia theologus constituatur, qui sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in alijs, quæ ad curam pertinent animarum; & cuilibet magistrorum a capitulo assignentur prouentus unius præbendæ: & pro theologo a metropolitano tantundem. non tamen propter hoc efficitur canonicus: Quod si forte metropolitana de duobus non ualet, theologo prouideat, & grammatico faciat in alia ecclesia prouideri. Nota quod magister idoneus debet institui in ecclesia, in qua sufficiunt facultates. Item magister iuxta posse suum debet instruere discipulos suos. Item a capitulo debent assignari magistro prouentus vnius præbendæ. Item aliquis potest habere præbendam sine canonia.

60

a ¶ Sub-

a ¶ Subtrahitur.] 1 quia non habent a quo discant vnde habent excusationem: alias non 37. dist. vlt. & ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. 1. ff. de bo. pos. in bonor. & quia quidam expensas non habent, vnde statuitur, ut beneficia habeant, prout sequitur.

1 Hanc glossulam, non inuenio in antiquis exemplaribus nec puto Ber. esse.

b ¶ In Littera.] sup. e. cap. 1.

[Glo. seq. querit, ad negatiuum, alle. tria: soluit distinguendo.

c ¶ Pauperes.] Sed nunquid a diuitibus potest petere collectam. Videtur quod non, quia si vult dici philosophus, proijcere pecuniam exemplo Socratis 12. q. 2. Socrates. alias est sub illo c. gloria epi Item scientia donum Dei est, ergo vendi non potest. 1. q. 3. non solum. Item professores iuris licite recipiunt pecuniam, sed non licite petunt. ff. de var. & extraordi. cogni. l. 1 §. est enim quidam. potest dici, quod iste cui competens beneficium constitutum non est a diuitibus pot petere collectam: & hoc non prohibetur ex ista littera, sed a clericis eiusdem ecclesiae, & a pauperibus nihil exigere debet, sed gratis, docere, quia pp illos statuit beneficium & non pp diuites. sed si ex honestate gratis omnibus seruiret, honeste faceret, & laudandus esset: alias diuitibus gratis laborem suum impendere non tenet. si vero beneficium similiter ... hoc constitutum est ... Bo... te exigunt collectam. quia suis sumptibus hoc facere non cogun tur. ff. de praesc. cum ex officio 2. q. 2. charitatem & c. quicunq; & c. ecclesiasticis. & 28. q. 1. iam nunc in fi licet iur speritus. consilium uedere potest. 14. q. 5. non sane. Nec obstat si dicas, quod gratis debent docere: quia nihilominus potest petere laboris sui mercedem: sicut testis, qui gratis testificatur, licite petit sumptus 4. q. 4. si testes §. v. n turis & sup. de simo. cum sit Romana. & iudex petit sumptus qui gratis debet iudicare. sup de vi. & ho. cle. cum ab omni. licite ergo potest petere collectam, cui beneficium constitutum non est. Io.

†Instōne.

† De materia te. & glossae, unde S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 3. ad 3 argumentum ... art. 2. ad tertium argumentum Turrecremata in c. non solum, in 1. q. 3. Sylnestrum uerbo, Simonia. q. 10. & ... trac. de ... Scholasticum ... leg. 28.

d ¶ Minime obseruatur.] Vnde instaurandum est & procurandum, ut fiat, ut 8. dist. quae contra

Glo. seq. quaerit & soluit, iterum quaerit, alleg. pro & contra & soluit, tertio quaerit & soluit.]

CAP. IIII.

Qvia nōnullas propter inopiam, & legendi studiū, & opportunitas proficiendi subtrahitur a Lateran. b concilio pia fuit constitutione † prouisum, per vnamquamque cathedralem ecclesiam, magistro, qui eiusdem ecclesiae clericos, aliosque scholares pauperes c gratis † instrueret, aliquod competens beneficium praeberetur: quo & docentis reuelaretur necessitas, & via pateret discentibus doctrinam.

¶ Verum quā in multis ecclesiis d minime obseruatur, d Nos praedictum roborantes statutum, adiicimus, ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in alijs, quarum suffi cere poterunt facultates, constituatur magister idoneus, a Praelato cum capitulo, seu maiori & saniori parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum gratis in grammatica † facultate ac alios instruat iuxta posse.

¶ Sane Metropolis ecclesia theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & his praesertim informet, quae ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur aūt cuilibet magistrorum a capitulo vnius praebendae c prouentus: f & pro theologo a Metropolitano tātundem; Nō quòd propter hoc efficiatur canonicus, sed tandiu redditus ipsos percipiat, quandiu perstiterit in docēdo. Quod si forte de † duob. ecclesia Metropolis grauetur, theologo iuxta modū praedictum ipso prouideat: grammatico vero in alia ecclesia suae ciuitatis siue dioecesis, quae sufficere ualeat, faciat prouideri.

& (quod non tantum dicere, sed etiam nefandum est cogitare) cum in die Resurrectionis Dominicæ illas recipere corpus & sanguinem Iesu Christi contingit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere [a] faciunt in latrinam. Alia insuper contra fidem catholicam detestabilia, † & inaudita committunt, propter quæ fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrant; cum eos perpetrare patiuntur [b] indigne, quæ fidei nostræ confusionem inducunt, & infra.

¶ Inhibemus ergo districte, ne de cætero nutrices, vel seruientes habeat Christianos ne filij liberæ, [c] filijs famulentur ancillæ, [d] sed tanquam serui à Domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarunt, se† saltem per effectum operis recognoscant, seruos illorum, quos Christi mors liberos, & illos seruos effecit; & infra. Si verò nutrices & seruientes non dimiserit Christianos, sub excommunicationis [e] pœna inhibeatis † districte omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

¶ Idem.

Iudæus, qui percusserit clericum temporaliter punitur, & si de facto puniri non potest, interdicitur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit iniuriam passo.

CAP. XIIII.

Postulasti † qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam clericum violentas; Ad quod breuiter respondemus, quòd si dictus iudæus tuæ iurisdictionis existit ipsum pœna pecuniaria [f] punias, vel alia (secundùm quòd conuenit) temporali, faciens læso satisfactionem [g] congruam exhiberi; alioquin eius dominum moneas, & inducas, vt passo iniuriam, & ecclesiæ ab eo satisfieri faciat competenter; quod si dominus eius neglexerit adimplere, tu Christianis [h] omnibus † per censuram ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso iudæo antequam satisfaciat, præsumat commercia exercere.

Idem in concilio † generali.

Iudæi & Sarraceni vtriusque sexus, debent in terris Christianorum vti habitu, per quem à Christianis discernantur, & in die Passionis Domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam creatoris prosilire.

CAP. XV.

In nonnullis prouincijs à Christianis iudæos, seu

---

[a] ¶ Effundere.] credebant forsan corpus Christi descendere in stomachum & incorporari, quod est falsum. de consecratio. distin. 2. tribus gradibus. non est iste panis, cibus enim animæ est, dist. ead. credere. Lau.

[b] ¶ Patiuntur.] Argumen. quod qui potest prohibere & nō prohibet, sibi imputatur. 86. dist. ca. 3. inf. de reg. iur. c. pen. & infr. tit. proxi. c. 2. & 23. q. 9. præterea argum. infra de sent. excommunica. quantæ præsumptionis.

[c] ¶ Liberæ.] idest ecclesiæ, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. 22. quæstio. 4. dicat aliquis. Bernardus.

[d] ¶ Ancillæ.] idest, Agar, quæ significat synagogam. Liberæ, idest, Sarra, quæ significat ecclesiam. de Agar ancilla Sarræ descēderunt isti, qui debent esse serui illorū, qui descenderunt à Sarra: in quibus ecclesia fundata est. B.

[e] ¶ Sub excommunicationis pœna.] Imo excommunicari possunt, si communicēt eis postea. j. de vsur. post miserabilem. & infra cap. proxim. & sic indirecte iudicat ecclesia de Iudæis. & de hoc dixi. sup. eod. ita. & c. Iudæi 2. Ber.

Postulasti.] Communis diuino: Secundo: ibi, Ad quod. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Iudæus manus in quendam clericum iniecit violentas: quæritur, qualiter cōtra illum sit procedendū? Respondet Papa, quòd ille, cuius iurisdictionis existit, pœna pecuniaria ipsum puniat, vel alia temporali, secundum quod sibi visum fuerit, & faciat læso cōgrue satisfieri: alioquin dominus eius monendus est, vt passo iniuriam, & ecclesiæ faciat satisfieri competenter: quod si dominus eius hoc neglexerit, prælatus loci præcipiat Christianis per censuram ecclesiasticam, ne cum ipso Iudæo commercium habeant donec satisfaciat. Nota, quod pro iniuria illata potest quis pecuniaria pœna puniri. Item ante absolutionem debet læso satisfieri. Item propter negligentiam iudicis secularis deuoluitur iurisdictio ad iudicem ecclesiasticum. Item indirecte excōicantur Iudæi.

[f] ¶ Pœna pecuniaria.] Ad arbitrium iudicis, sup. de offi. deleg. causis. §. si quia spirituali pœna ipsum punire nō potest, cum sit extra ecclesiam: quia nihil ad nos de his qui foris sunt. 2. quæst. 1. multi 3 quando ecclesia possit punire Iudæos, dictum est. supra cap. ita. & melius in c. Iudæi. Bernardus.

[g] ¶ Læso satisfactionem.] hoc regulare est, vt semper ante absolutionem satisfaciat læso, & inf. de sent. excommunicat. porro. parochianos, cōquesti. & pluribus alijs cap. & ecclesiæ satisfacere debet, cui sunt facta iniuria in personam eius ministri, vt 3. quæst. 1. nulli in fin. & 2. q. 7. accusatio. Bernardus.

[h] ¶ Christianis.] Et ita indirecte excommunicantur Iudæi. De hoc dic, vt dictū est, sup. eodem quorundam.

In nonnullis.] Tria sunt dicta: Secundum, ibi, In diebus. Tertium, ibi, Illud autem. Abbas Sicul.

CASVS. In quibusdam prouincijs Iudæi seu Sarraceni per habitum distinguuntur à Christianis, in quibusdam vero non: vnde contingit aliquando, quod Christiani Iudæis, & Iudæi Christianis mulierib. per errorem carnaliter commiscentur: Ne igitur tam damnatus excessus per talem errorem vlterius cōmittatur, statuit concilium generale, vt Iudæi siue Sarraceni vtriusq; sexus in qualibet prouincia Christianorum per habitum publice distinguantur à Christianis. Secundo dicitur, quod in dieb. lamentationum, Iudæi siue Sarraceni non exeāt in publicum: quia vt dicitur, tuc ornatius incedere non erubescunt, & Christianis qui Passionis sacratissimæ memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non formidant. Tertio prohibetur, ne in contumeliam creatoris prosilire præsumant, & quia contumelia creatoris dissimulari nō debet, præcipit concilium huiusmodi præsumptores per Potestates locorum condigna pœna compesci, ne crucifixum pro nobis blasphemare præsumant. Not. quod Iudæi & Sarraceni a Christianis per habitum discerni

---

3 Et supr. de diuo. gaudemus per quē infra patet illos ex incestu esse excōicatos nō esse, & ideo non mandat hic illos absolui. facit qd̄ scripsi de iureiu. sicut 3. prope finem. Ioan. And.

† De intellectu huius decret. vide Nicol Eymericum in directorio inquisito. par. 2. q. 6. nu. 8. & 9.

† Vide Nicepholi. 4. c. 6. & li. 14. c. 16. hist. eccles & Clementem lib. 2. const. Apostolicarum, c. 64 vbi de intelliges odiū Iudæorum in Christianos.

† In cod. Barbaris ita saltem per effectum operi recognoscāt, se esse seruos illorum, &c.

† Vide Beat. Thom 2. 2 q. 10. art. 9.

† Dictio omnibus, deest in antiquiorib. codicib.

† Idem. s. Innocen. iij. in concil. generali Latera. ca 68. & c. 1. eodem tit. in 4. compil.

† Vide Marquar. tracta. de Iudæis. p. 1 ca. 4 & extrauagantes ei atas. supr. eod. tit ca. 2. & de intellectu Eymericum in directorio inquisito par. 2 q. 46. num. 10.

discerni debent. Item Iudæi siue Sarraceni Christianis mulieribus non sunt commiscendi. Item in die lamentationum in publicum exire non debent. Item iudex ecclesiasticus potest compellere Principes, vt compescant Iudæos a suis præsumptionibus.

[Glossa sequens circa distinctionem habitus ponit quatuor similia.

a ¶ Distinguit.] sic per habitum debent distingui nouitij à professis, supra de statu regularium capitulo penultimo, & meretrix à matrona, infra de sentent. excommunicatio. in audientia, & ff. de iniurijs. item apud. §. si quis virgines. & masculi à fœminis per crines & vestes. 30. distinct. si qua mulier. sic & liber distinguitur à seruo per pileum. C. de lati. liber. tollen. l. prima, §. sed & qui pileati. Ioannes.

b ¶ Commixtionis.] quia nec matrimoniũ inter Iudæum & Christianam esse potest, 28. q. 1. caue. Ber.

c ¶ Erroris.] ergo si ignoranter commisceatur Christianus Iudææ: dummodo nõ sit crassa siue affecta ignorantia, excusatur in eo quod Iudea, argum. 34. q. 2. in lectum, & infra de cleri. excommunica. Apostolicæ.

d ¶ Prodeant.] supra eodem, quia.

e ¶ Illudere.] sic reddunt nobis pro gratia contumeliam & contemptum, vt sup. eodem, & si Iudæos.

f ¶ Animaduersionis.] scilicet, pecuniaria pœna, vel alia temporali, prout visum fuerit iudici, supra c. proxi. Bernar.

g ¶ Blasphemare.] supra eodem capitulo primo, & inf. cap. proxim. Bernardus.

Cvm sit.] Prima pars constitutio nem innouans, olim inhibitam prohibet, omnes causas reddit. Secunda punit præponentem. Tertia præpositum. Quarta prorogat. Secunda: ibi, Si quis. Tertia, ibi, Officialis. Quarta: ibi, Hoc idem. CASVS. Statuit concilium Toletanum quod nullus Iudæus super Christianos vllum officium vel potestatem exerceat: Sed quia illud non bene seruabatur, concilium generale innouauit concilium Toletanum, prohibens ne Iudæi publicis præficiantur officiis, quia sub tali prætextu Christianos infestant plurimum, & molestant, & si eis tale fuerit officium comissum, per prouinciale conciliũ annuatim celebrandũ, monitione præmissa cõpescantur, & tali officiali cõmunio Christianorum in cõmercijs & aliis denegetur, donec restituerit quicquid ex tali officio habuit à Christianis conuertẽdum in vsus pauperum Christianorum secũdum Episcopi diœcesani prouidentiam: & officium ipsum cum pudore amittat, qđ irreuerenter assumpsit, & quod de Iudæis dicitur, extendit ad paganos. Nota quod infideles fidelibus preponi non debent, nec publicis officiis præesse. Item quod percipitur ex officio, quod habere non licet, restitui debet, quia si principale non licet, nec eius accessorium.

h ¶ Blasphemus Christi.] idest Iudæus blasphemans Christum, supra eodem cap. 1.

i ¶ Toletanum concilium.] 55. distinct. nulla, & infr. eodem ex speciali.

K ¶ Prouinciale concilium.] supra de accusatio. sicut olim.

[Glossa sequens obijcit, & soluit.]

m ¶ In vsus pauperum.] Sic ergo pauperibus restituitur, quod iniuste extortum est, vt sup. de im munit. eccles. quia. si vero officiũ licitum est, tũc si vellet, posset dare pauperibus, quod iniuste extortum est. 14. q. 5. non sane. Sed contra videtur, quod restituendum sit illis, à quib. est extortum, & non pauperibus, infra de homic. sicut dignum. §. eos. & infr. de vsu. cum tu. & sup. de iureiur. eam te. & ꝟ de decis. tua 2. 18. distin. quoniam hoc ideo fit in hoc casu: quia nescitur, à quibus extortum sit, maior pœna ponitur in sequenti cap. illis, qui merces prohibitas portant ad Sarracenos. Ioannes.

Sarracenos habitus distinguit [a] diuersitas, sed in quibusdam sic quædam inoleuit confusio, vt nulla differentia discernatur; † Vnde contingit interdum, quòd per errorem Christiani iudæorum, & iudæi seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis [b] excessus per velamen † erroris [c] huiusmodi vlterioris † excusationis possint habere diffugium; Statuimus, vt tales vtriusque sexus in omni Christianorum prouincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur. † ¶ In diebus autem lamentationis, & Dominicæ Passionis in publicum minime prodeant, [d] eo quòd nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) & ornatius non erubescunt incedere, ac Christianis, qui sacratissimæ Passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere [e] non formidant. ¶ Illud autem districtissime inhibemus, ne in contumeliam creatoris † prosilire præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra deleuit. Præcipimus præsumptores huiusmodi per principes seculares, condignæ animaduersionis [f] adiectione compesci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare [g] præsumant.

¶ Idem in † eodem.

¶ Præponens Iudæum uel paganum publicis officijs, per concilium prouinciale corripitur, & præposito denegatur Christianorum commercium: & in vsus Christianorum pauperum restituet inde quæsita, secundum Episcopi prouidentiam.

CAP. XVI.

Cvm sit nimis absurdum, vt blasphemus [h] Christi, in Christianos, vim potestatis exerceat, quòd super hoc Toletanum † concilium [i] prouide statuit, nos propter transgressorum audaciam in hoc generali concilio innouamus. Prohibentes, ne iudæi publicis officiis præferantur, quoniam sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti. ¶ Si quis autem eis officium tale commiserit, per prouinciale [k] concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione premissa districtione, qua conuenit, compescatur. ¶ Officiali verò huiusmodi, tandiu Christianorum communio in commerciis & aliis denegetur, donec in vsus pauperum [l] Christianorum, secundum prouidentiam diœcesani Episcopi conuertatur, quicquid fuerit à Christianis adeptus occasione officii sic suscepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos.

† discernatur
† velamentũ
† vlterius
† Post verbũ distinguantur, in concilio, & in antiqua compi addũtur hæc verba: Cum etiã per Mosen. hoc ipsum legatur eis iniunctum.
† Redemptoris, vox est in concilio, & veteri comp.
† Idem Innocent. in concil. Lateran c. 69. & c. 2. eodem tit. in 4 compil.
† Hoc statuit Toletanum concil. 4. c. 14. in concilio editis, quod apud Gratianum in c. nulla 54. distin. tribuitur cõcil. Toleta. 4.

Ad

AD liberandam.] Duæ sunt partes : Secunda : ibi, Et talibus. Abbas.

CASVS. In concilio isto dicitur illud qđ legitur. s. eo. ita quorundam hoc adiecto, quod illis qui prædicto modo delinquunt, gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi totum quod ex tam damnato cõmercio perceperunt, & tantũdem de suo in terræ Sanctæ subsidium destinauerint, vt in eo puniantur in quo peccauerũt. Quod si soluendo nõ fuerint, sic alias delictũ istorũ taliter puniatur, ꝙ alij attentare simi lia pertimescát. Not. quod qui contra ecclesiam delinquit, in eo punitur, ut ab ea non recipiatur, donec satisfaciat. Item punitur quis in eo, in quo deliquit : itẽ pena vnius debet esse metus alterius.

a ¶ Excommunicamus & anatematizamus.] sicut supra eo dem. ita & ca. quod ei m.

b ¶ Priuatione.] hoc totum habes sup. eo. ita.

[Glo. seq. dat simile de vsura, conciliũ tamen quod hoc grauius.

c ¶ Totum quod ex commercio.] Totũ ergo lucrũ, quod ad eos peruenit ex hoc cõmercio, debẽt dare in subsidiũ terræ Sãctæ: in cuius detrimẽtum hoc fecerũt : & simile est crimini vsurarũ, in quo quicqd sorti accedit, vsura est, vnde totum debet restitui. s. de vsu. consuluit. & 14. q. 3. putaui. & c. seq. imo videtur quod maius, quia isti videntur fidem Christianã impugnare, vnde plus puniuntur, quia tantundem pro pena dare coguntur in subsidium terræ sanctæ : nemo dubitat grauius esse commissum, quod est grauius vindicatum, 24. q. 1. non afferamus & in Auth. vt fra. fi. coll. 9. in fin. vbi dicit ; in delicto enim æquali proximas eis imminere pœnas iustum putamus.

d ¶ In quo deliquerint.] sic sup. de immu. eccles. c. vlt. & de iure pat. pastoralis. & sup. de temp. ord. literas. & sup. de foro compet. nullus. sim. 12. qõ 2. de viro. & 17. q. 4. frater & coepiscopus.

e ¶ Sic alias] quia poterunt subijci verberibus loco penæ. 14 quæst. 6. si res. & 12. quæst. 2. fraternitas. & 5. q. 6. quia iuxta.

† Vide Mart. Nauar cita. eũ supra hoc ti. t. in c signi ficauit.

† ligamina

† &.

† In cõcilio Lat. nisi, totũ, quod ex sub stantia tam damnata per cegerit, &c.

¶ Idem in eodem.

¶ *Concilium generale repetit concilium Lateranen. sup. eod. ita. & addit penã satisfactionis tempore absolutionis impendendum.*

CAP. XVII.

AD † liberandam terram Sanctam, & infr. ¶ Excommunicamus [a] præterea & anathematizamus illos falsos & impios Christianos, qui contra ipsum Christum & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina † deferunt galearum, eos etiam, qui galeas eis vendunt, vel † naues, quique in piraticis Sarracenorum nauibus, curã gubernationis exercent, vel machinis, aut quibuslibet alijs aliquid eis impendunt cõsilium vel auxilium in dispendiũ terræ Sanctæ, ipsosque rerum suarum priuatione [b] mulctari, & capientium seruos fore censemus. Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus Dominicis & festiuis, huiusmodi sententiæ publice innouentur. ¶ Et talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi † totum, quod ex cõmercio [c] tã dãnato perceperint, & tãtundẽ de suo in subsidiũ terræ Sanctæ trãsmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint, [d] puniatur. Quòd si forte soluendo non fuerint, sic aliàs [e] reatus talium castigetur, quod in pena ipsorum alijs interdicatur [f] audacia similia præsumendi.

f ¶ Alijs interdicatur.] sic ergo pœna vnius est metus alterius, vt 2. q. 7. qua propter. & sup. de offic. ord. irrefragabili. & sup. de translac. cap. 1. in fi. & sup. de sta. reg. ea quæ. sup. de calum. c. 2. ff. de poen. l. capitalium. §. famosos. ff. de posi. bona fides. l. responso. in fi.

¶ Greg. ix. Astoricen. † & Lucen. episcopis.

¶ *Iudæi vel Pagani publicis officijs præficiendi non sunt, & si eis regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus non suspectus.*

CAP. XVIII.

EX † speciali quem erga illustrem regem Portugalliæ gerimus, charitatis affectu, & infra. ¶ Mandamus, quatenus regem ipsũ solicite inducatis, ne in officijs publicis iudæos Christianis præficiat, sicut in generali concilio [g] † continet. Et si forte redditus suos iudæis vendiderit, vel Paganis, Christianum tunc deputet de grauaminib inferendis clericis, & ecclesijs non suspectum, [h] per quẽ iudæi siue Sarraceni, sine Christianorum iniuria, iure regalia consequantur.

EX speciali.] In prima parte ponit culpa regis, & excusatio. In secunda contra vtrunque prouidetur, ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

CASVS Rex Portugalliæ i officijs publicis, Christianis pferebat iudeos cõtra concilium generale. sup. eo. cum sit. vnde mãdat Papa duobus episcopis, quatenus regẽ ipsum moneant & inducant, ne in publicis officijs iudeos præficiat Christianis contra concilium generale, quod si forte redditus suos iudæis vendere voluerit, vel Paganis, aliquẽ Christianum deputet nõ suspectum de grauaminib⁹ clericis & ecclesijs inferendis, & per illũ iudæi & Sarraceni, sine Christianorum iniuria, iura regalia consequãtur: Not. iudæos Christianis non esse præferẽdos. Item officiales suspecti non debent præponi clericis.

g ¶ Generali cõncilio.] sup. eo. cũ sit. & 54 dist. nulla.

h ¶ Nõ suspectum.] qui fideliter & sine fraude officiũ suum exequatur, ne p hoc fraus fiat Christianis clericis aut ecclesijs: qualis fuit Ioseph. de quo habet 22. qõ. 2. quod autẽ ait qui fuit dispensator Pharaonis : 1. Bernar.

† Epatus sūt Hispaniæ, de quib. Vasęus in Annalib⁹ Hispaniæ, cap. 20.

† Vide Ma. quardũ tra. de iudæis. p. 2. c. 6. & 7.

† In genera li concil Later. sub Inn. iij. cap. 4.

† Gen 41.

¶ Idem.

¶ *Se ipsum summat.*

NVlli.] Diuiditur: Nã tria facit; Primo ponit dictũ : Secundo mercatoribus prouidet: Tertio prouisionem determinat; Secunda ibi. Qđ si. Tertia, ibi. Si autem Abbas Siculus.

CASVS. Iudæi emebant seruos Christianos, & eos in suo seruitio retinebant, quod fieri non debet, vnde statuit concilium generale, ꝙ non liceat iudæo baptizatum vel baptizari volentem emere, uel in suo seruitio retinere; Secundo dicit, ꝙ si aliquis iudæus causa mercimonij emerit aliquem nondum ad fidem conuersum. & postmodum factus fuerit Christianus, uel desideret fieri, debetur ab aliquo xij. solidi, & ille ab illius seruitio subtrahatur; Si vero intra tres menses ipsum uenalem non exposuit, si emit eundem ad seruiendum sibi, ipse

nec eum postea uendere, nec alius ipsum audeat comparare, sed nullo dato pretio ad libertatem perducatur. Not. quod si iudeus aliquis seruum emerit causa mercimonij, & factus sit Christianus, infra tres menses illum uenalem exponat; Alioquin præsumitur, quod illum emerit cā seruiendi sibi; cōtra quam presumptionem non induci tur probatio, & ita est præsumptio iuris & de iure. Itē fauor fidei priuat aliquem seruo suo.

† Qualiter ecclesia utile ... potuerit hec uatuere de rebus iudæorum, tradit ... B. Th. 2.2.q. 10.art.10.

a ¶ Seruitio.] sup. eo. capi.1. & c. iudæi 1. imo quàm cito volūtas ipsius fuerit pate facta, quod velit fieri Christianus, in libertatem modis omnibus vēdicetur. 54. di. tin. fraternitatem. nisi emptus sit causa mercimonij, ut ibi dicitur, & hic inferius. Bern.

b ¶ Causa mercimonij.] In quo casu nō ... ex toto iudeus siue Paganus, dummodo infra tres menses illum venalem exponat, ut cā. fraternitatem. Ber.

[Glo. seq. quærit, & soluit. Iterum quærit & remittit.]

† De materia tituli in genere vide B. Tho 22.q. 11. & quos ... Tho ... Thomistas.

c ¶ Duodecim solidis.] Sed de qua moneta dabuntur? Respondetur de illa, quæ est in vsu in loco illo, ar. ff. de leg. 3. nummis. ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. si numeras. Quid si non sit, qui soluat illos xii. solidos? De hoc di. tu ... §. c. 1.

CAP. XIX.

Nulli iudæo, baptizatū vel baptizari volentem, emere liceat, vel in suo seruitio [a] retinere. Quod † si quem nondum ad fidem conuersum causa mercimonij [b] emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datis pro eo duodecim solidis, [c] ab illius seruitio protinus subtrahitur. ¶ Si autem infra tres menses [d] ipsum venalē non exposuerit, vel ad sibi seruiendum emerit eundē, nec ipse vendere, nec alius audeat comparare, sed nullo dato pretio perducatur ad præmia libertatis.

TITVLVS VII.

De hæreticis. †

¶ Stephanus Papa omnibus episcopis.

Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei, & infideli non est credendū in præiudicium alterius.

d ¶ Si autem infra tres menses.] Eo ipso quod non exposuit ipsum infra tres menses venalem, præsumitur quod non causa mercimonij emerit, sed ad seruiendum sibi, vnde nullo pretio dato perducetur ad præmium libertatis, nec admitteretur probatio in contrarium, cum hic sit præsumptio iuris, ex qua ius statuitur; vt 54. distin. fraternitatem. quod cap. intellige per illud, & illud est quasi glos. & expositio illius, si præsumptio e.t. sup. de spon. ... qui. vbi habes præsump. ionem iuris. & si alius eum compareret, talis emptio non valeret, & nihilominus erit liber nullo pretio dato, si scienter emit illum: si ignoranter, agat ad pretium siue ad interesse cōtra iudæum, qui ipsum decepit. ff. de contrahen. emp. liberi hominis. argu. Et nota quod fauor fidei priuat aliquem seruo suo, vt hic patet, item priuat aliquem filio suo. supra, de conuer. in fin. cap. vlt. item priuat aliquem vxore sua. supra, de diuor gaudemus. & 28. q. 1. si infidelis. Bernardus.

DE HAERETICIS.

¶ Visum est de his, qui non baptizati Deum blasphemant male colendo, merito videndum est de illis, qui iam baptizati incidunt in hæresim. Abbas.

De hac mater a tractatur 24. qō. 1. per totum, & q. 3. §. quia uero, usque ad fin. q. & q. 7. & 11. q. 1. & 23. q. 7. per totum, 8. dist. quo iure. 1. q. 1. in multis cap. talis.

Dubius.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod qui in fide dubitat, infidelis est, nec est credendum testimonio eorum, qui fidem veritatis ignorant. Nota, quod dubius in fide, infidelis est. Item infidelis testis esse non potest.

CAP. I.

Dubius, [e] † in fide, [f] infidelis est. Nec eis omnino credendū est, [g] qui fidem veritatis ignorant.

¶ Leo papa.

Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cū potest ab errore non reuocat.

CAP. II.

Quia † alios, cum pōt, ab errore non reuocat, [h] seipsum errare demonstrat.

¶ Aug. de fide catholica.

Hæreticus perseuerans, æternaliter damnatur: cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyrium, uel aliud quodcunq. bonum, quo ad hoc, vt consequatur vitam æternā.

CAP. III.

Firmissime † tene, & nullatenus dubites,

e ¶ Dubius.] de fide enim nullus debet dubitare, sed firmiter credere articulo fidei, supra de sum. Trinit. capitul. 1. in princip. aliter saluus esse non poterit, vt in ... Quicunque vult, & 24. di... quando episcopus. & 24. q. 1. aperte. nullus enim titubare debet in fide, vt ibi dicitur. Bernardus.

f ¶ In fide.] etiam in tenui ... articulo. C. de hæret. l. 2. in fi. sic ex leui offensa reuocatur libertus in seruitutem. C. de lib. & eor. lib. si manumissus & hoc quo ad articulos fidei, qui continentur in symbolo. Credo in Deū, quibus per fidem fo la adhibenda est credulitas; quia fides est de re non visa, de pœniten. di. distinct. 4. in domo. C. de summa Trinitate. l. vltim. non per signa, sed per fidem veritas est colenda, de consecrat. distinctione quarta venit sacerdos. Laurentius.

† De intellectu vide Palatium Rubium in allegat. de hære. § 5 ... Et per ista. & Melchiorē Canū. li. 12. de locis theo. c. 9. ... omnium.

† Cap. 2 con. tit. in 1. cōp. De intellectu h... de hæret quam hic citat glo. vide præter Doctores hic, Petrum Godof. in d. l. 2. C. de hæret.

g ¶ Credendum est.] ergò dubius in fide, testis esse non potest, 22. q. 4. ipsa pietas.

Qui alios.] Casus patet. Nota quod qui alium ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat, & est argum. quod qui tacet, consentire videtur.

¶ Glo. seq. quærit, & soluit distinguendo.

h ¶ Non reuocat.] etiam potest. ff. ad legem Aqu. ... scientiam 83. distin. error. & argum. supra titul. proxim. & si iudæos, & 2. q. 7. negligere. Sed numquid ... pertinet ad omnes? Respondeo crimine iam commisso soli Prælati tenentur corripere, 2 23. quæstio. 4. duo ista. & capitula plane, a peccato autem committendo quilibet tenetur alium corripere occulte, infra eodem cum ex iniuncto. ubi de hoc argumen. 23. quæst. 4. ipsa pietas, 22. quæstio. 5. hoc uidetur, & 93. distinct. diaconi & supra de cog. spir. tua. & 2. quæstio. 7. qua propter, sed istæ duæ ultimæ concordantiæ intelliguntur in denuntiatione. Tanc.

† Cap. 3 con. tit. in 1. cōp.

2 De materia huius glossulæ vide post B. Tho. 2.2. q. 33. ar. 3. & sequent.

Firmissime.] Duæ sunt partes. Secunda, ibi, Omni homini. Abbas Siculus.

CASVS. Quæsitum fuit ab Augustino, utrum hæreticus, uel schismaticus saluari possit? Respondet Augustinus, firmiter teneas, & nullatenus dubites, quod omnis hære-

hæreticus & ſchiſmaticus, cum diabolo & angelis eius, æterni ignis incendio punietur: niſi ante finem vitæ, catholicæ eccleſiæ fuerit reconciliatus; quia nulli hominum de mundo, qui eccleſiæ catholicæ non tenet vnitatem, baptiſmus vel eleemoſyna quantumcunque copioſa, aut mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem. Nota ꝙ extra eccleſiam catholicam nullus ſaluatur, quantumcunq. bona opera fecerit.

[Glo. ſequens ponit ſeptem modos, quibus dicitur hæretic⁹.

a ¶ Hæreticum.] hæreticus multis modis dicitur: ille dicitur hæreticus, qui peruertit ſacramenta eccleſię, vt ſimoniacus. 1.q.1. eos qui per pecuniam. & 6.q.1.canones ſequentes, §. ſed licet. Item ille, qui ſcindit ſe ab vnitate eccleſiæ, 7.q.1. denique. Item omnis excommunicatus, 4.q.1. ꝙ autem hi. Item qui confingit nouam ſectam, vel confictam ſequitur, 24.q.3. hæreticus. Item qui aliter ſentit de articulis fidei, quàm Romana eccleſia, 24.q.1. hæc eſt fides, & c. quoniã. Vel qui male ſentiũt de ſacramentis eccleſiæ, inf. eo. ad abolendam, in princ. Tancr.

b ¶ Neque mors.] Vnde Apoſtolus: Et ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodeſt, de pœnit. diſt. 3. circa fin cap. ſi quis, & de conſecr. diſt. 4. ſolet, & 1.q.1. vide quantum bonum. Bernardus.

c ¶ Ad ſalutem.] æternam, ſcilicet, valent tamen ad bona temporalia promerenda, argum. 22.q.2. ſi qualibet, in fin. & ad mitius ſupplicium ſubeundum, de pœnit. diſt. 4. ad finem § poſt etiam. Ber.

omnem hæreticum a ſchiſmaticum, cum diabolo & Angelis eius, æterni ignis incendio participandum; † niſi ante finem vitæ, catholicæ fuit incorporatus & redintegratus eccleſię (& poſt pauca.) Omni homini, qui eccleſiæ catholicæ non tenet vnitatem, neque eleemoſyna quantumlibet copioſa, neque mors b † pro nomine Chriſti ſuſcepta, proficere poterit ad ſalutem. c

Gregorius † Anaſtaſio Antiocheno.

¶ Damnato auctore, damnantur eius ſcripturæ, & libri, & opera.

CAP. IV.

FRaternitatis tuæ; & infra. ¶ Cum Celeſtinus, atque Pelagius d in Epheſina ſynodo ſint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores.

FRaternitatis.] Scripta per hæreticos non habent fidem authenticam. Communis diuiſio. Secunda, ibi, Cum Celeſtinus. Abbas.

CASVS. Celeſtinus & Pelagius condemnati fuerunt de hæreſi in ſynodo Epheſina: Antiochenus Patriarcha dubitauit, an ſcripta ipſorum recipi debeant? Reſpondet Papa, quod non, quia ex quo auctores damnati ſunt, ſcripta illorum quomodo admitti poſſunt? quaſi diceret, non poſſunt. Nota ratione auctoris aliquid damnari vel reprobari: qualis enim auctor fuerit, talia eius opera præſumuntur. Item argumen. quod deſtructo principali deſtruitur acceſſorium.

[Gloſſa ſequens ſignat contrarium, quod dupliciter fortificat, & ſoluit.]

d ¶ Celeſtinus atque Pelagius.] iſti duo damnati erant in ſynodo Epheſina de hæreſi: dubitabat Patriarcha Antiochenus, an 2 eorum ſcripta eſſent recipienda. Et dicitur ꝙ non, quia ex quo condẽnatus eſt auctor: & ſcripta illius admitti nõ debent, vt 3.q.4. nullus, & 16. diſt. canones, quamuis aliqua vtilia ſint ibi, argum. ff. de teſt. licet. arg. tñ ꝙ ratione etiam bonæ ſententiæ recipi poſſent. 1.q.1. Dominus declarauit, 37. diſt. ſi quid veri. ſicut & notitia legis abrogatę neceſſaria eſt, diſt. 7. Moyſes, & Papa etiam argumentatur ex lege Theodoſiana abrogata, ff. de iud. nouit. Sed verum eſt, ꝙ ſcripta iſtorum non valent, etiam ſi alias bona ſint, nec ſunt recipienda, inf. eod. excommunicamus, §. credentes. arg. ad hoc 96. diſt. bene quidem. tamen ratione bonæ ſententiæ ſcripta Origenis approbati fuerunt, 16.q.7. & hoc diximus. qui damnatus fuit poſt mortem, 24.q.2. ſane profertur, & ſi approbarentur, valerent: aliàs non, arg. ſup. de ſum. Trinita. cap. 2. in fin. Item argu. ꝙ deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium, ſicut in ca. prædicto, & hoc diximus. Ber.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ Epiſcopus hæredem inſtituens hæreticum conſanguineum, vel extraneum, vel paganum, etiam poſt mortem excommunicatus nunciatur. hoc dicit, ſecundum communem & veriorem intellectum, & vt faciat ad titulum, poteſt intelligi, quod ex hoc præſumatur hæreticus.

CAP. V.

SI quis Epiſcopus e hæredes inſtituerit extraneos à conſanguinitate ſua, vel hæreticos etiam conſanguineos, aut paganos f pertulerit; † ſaltem poſt mortem g ei † anathema dicatur; atque eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Africano, vtrum hæretici poſſint inſtitui heredes ab epiſcopo? Reſpondet conciliũ, quod ſi epiſcopus inſtituerit ib' hæredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel ẽt inſtituerit conſanguineos hæreticos, vel paganos, poſt mortẽ, debet excommunicari: & nomen eius inter ſacerdotes Dei nullatenus recitetur. Et idem intellige de omnibus clericis. & hoc ẽ in ſeq. capitu. Nota, quod hæreticus iure hæreditario catholico ſuccedere non debet. Item aliquis poteſt poſt mortem excommunicari.

[Gloſſa ſequens recit. per obiectionem, & ſoluit.]

e ¶ Si quis epiſcopus.] Sic ordina iſtam litteram: ſi quis epiſcopus inſtituerit hęreticos hæredes extraneos à cõſanguinitate ſua, vel etiam ſi inſtituerit conſanguineos hæreticos hæredes, aut paganos pertulerit, ſaltem poſt mortem, &c. & ſic repete illam dictionem. hæreticos. Et ita nullus debet inſtituere hæreticum, ſiue ſit conſanguineus, ſiue non: vt hic patet, & inf. c. proxi. epiſcopus ergo inſtituat eccleſiam, ex quo non habet conſanguineos catholicos, 12.q.2. epiſcopus qui filios, & c. cognouimus, & in Authen. vt cum de app. cog §. dicimus, & §. ſi quis, colla. 8. quia iſti hæretici iam non dicuntur filij vel coſanguinei, vnde dicitur in lege: Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor tua deprauare voluerint veritatem. ſit manus tua ſuper illos, 23. quæſtio. 8 legi. & vxor eſt expellenda, 28.q.1. vxor, in fin. Hoc intellige, niſi pęnituerint iſti conſanguinei delicti enim veniam pœnitentibus non negamus, C. eo. Manichæos. Bernardus.

f ¶ Paganos.] & ita idem iuris eſt in paganis, quod de hæreticis. Et idem eſt de omnibus, qui catholici non ſunt, infra cap. proxim. Bernardus.

[Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.]

g ¶ Poſt mortem.] ſic 3 24.q.2. ſane profertur. & arg. C. eod. l. Manichæos. argum. contra, quia crimina morte extinguuntur, 23. diſt. quorundam, 23. quæſt. 2. cap. 1. & crimen cum pœna ſit extinctum. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. l. 2. hoc tamen ſpeciale eſt in crimine hæreſis, in criminis deteſtationem, vt poſt mortem poſſit accuſari,

Marginal notes:

† mancipandum.

† In multis editis, Greg. 9. legit, ſed mendoſe, id habet Greg. 1. in regiſtro li. 7 epiſt. 17. indic. 2. & c. 4. cod. tit. in 1. compil.

† De articulo huius gloſſæ vide omnino B. Tho. 3. p. q. 89 ar. 6. ad 3. arg.

2 De materia huius gl. quatenus agit de libris hæreticorum recipiendis, vel nõ vide quæ dixi plenĩſſime lib. 2 commentar. 1 Directorii inquiſi. ſchol. 1.

† Adde c. 48 in cõcilijs latinis & in ſynodo Carthaginenſi c. 84. apud Theodorum Balſamonem. & cap. cod. tit. in 1. compi.

3 De materia huius gloſſæ per Doct. hic, vide Gomez. to. 3 variar. reſ. ca. 1. numer. 5. & Ioannem Roiam ſing 134

sari, & excommunicari, & ne ecclesia oret pro eo, quia non fuit accusatus in vita. Bernardus.

IN eos.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod nullus episcopus vel presbyter transferre debet bona sua in eos, qui catholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint: & quod de episcopis, & presbyteris dr ad alios clericos extenditur. Nota, quod vbi eadem causa iuris est, idem ius est statuendum. a ¶Etiam si consanguinei.] dic vt supra cap. proxim. b ¶Nihil conferant.] Non distinguitur in morte vel in vita, ergo nec nos distinguamus, quia nihil capere possunt ex testamento, infra eod. excommunicamus, §. credentes, causa pietatis forte posset eis dari ne perirent fame. 96. dist. pasce famem, quia adhuc possunt conuerti ad fidem: quia de nemine desperandum est, de pœnit. dist. 7. nemo. & 32. q. 2. ancillam. & arg. etiam ad hoc 42. dist. quiescamus, & 1. quæstio. 3. quoniam multos. Bern. c ¶De reliquis.] In hoc oēs partes sunt. arg. 16 q. 1. prædicator. in princ. 24. q 2. sane profertur. Ber.

CVm Christus.] CASVS. Quidam Theologi vltra quam oporteret subtiliter intelligentes dicebant, Christum non esse aliquid secundum quod homo: Cum igitur Christus perfectus Deus, & perfectus homo sit, mandat Papa Remeñ. Archiepiscopo, quatenus sub anathemate interdicat, ne aliquis de cætero audeat dicere Christum non esse aliquid secūdum quod homo, quia sicut est verus Deus, ita est verus homo, ex natura rationali, & humana carne subsistens. Nota quod Christus est verus Deus, & verus homo.

d ¶Sub anathemate.] Quicunque ergo contrarium dixerit, est excommunicatus, quia hoc dicere hæreticum est, & hæretici omnes sunt excommunicati, infr. eodem ad abolendam. & cap. excommunicamus, & quod Christus verus sit homo ex humana carne subsistens, habes supra de summa Trinita. cap. 1. & est articulus fidei nostræ, de quo tractatur in prædicta cōstitutione, & de aliis, quos scire quilibet Christianus tenetur per fidē. arg. ad hoc de consecratio. dist. 4. ante xx. & c. baptizandos, & cap. prima, ad illos articulos de quibus tractatur in II la constitutione: firmiter credimus, omnes indistincte tenentur, tam clerici, quam laici: sed clerici magis, qui legem perscrutabiliter scire tenentur, 38. distin. omnes psallentes, 24. dist. quando Episcopus. Quilibet ergo tenetur credere secundum quod catholica tenet ecclesia, & hoc sufficit in talibus articulis, dummodo nil in contrarium sentiat, infra eodem ad abolendam. Ber.

¶Ex eodem †

¶ Loquitur de eadem materia cum præcedenti, & extenditur quod ibi dictū fuit de Episcopis ad presbyteros, & alios clericos.

CAP. VI.

INter eos, qui catholici non sunt, etiam si consanguinei [a] fuerint, Episcopi vel presbyteri nihil conferant. [b] denique hoc, quod de episcopis & presbyteris dictum est, debet de reliquis [c] clericis exaudiri.

¶Alexand. iij Remeñ. Archiepiscopo.

Christus fuit uerus Deus, & verus homo, sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatus.

CAP. VII.

CVm † Christus perfectus Deus, & perfectus sit homo, Mandamus, quatenus sub anathemate [d] interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Christū non esse aliquid secūdum quod homo; quia sicut Christus verus Deus, ita verus est homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

¶Ex concilio Lateraň.

¶ Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt; & decedentes in hoc peccato, in cæmiterio ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.

CAP. VIII.

SIcut ait B. Leo, [e] & infra. ¶Quia in partibus Tolosanis, hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patarenos, & alii aliis nominibus vocant, inualuit damnanda peruersitas; eos, & defensores, [f] & receptatores eorum, anathemati decernimus subiacere; Et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, aut negotiationem cū eis exercere præsumant. Si autē in hoc peccato decesserit, neque sub priuilegiorum nostrorum quibuscunque indultorum obtentu, [g] neque sub alia quacunque occasione, oblatio [h] pro eo; aut inter Christianos accipiat sepulturam. †

¶Lucius tertius.

¶ Hæreticus male sentiēs, vel male docens de sacramentis ecclesię, excommunicatus est, & conuictus, nisi se correxerit, & errorem abiurauerit: si clericus est, degradetur, & curiæ seculari tradatur per quam etiam laicus punietur. Eadem etiam est pœna suspectis de hæresi, si se non correxerint; & relapsis omnino audientiæ denegatur. Seculares principes, qui iurare nolunt

SIcut.] CASVS. In cap. isto Lateraň. concilium excommunicat omnes hereticos, quibuscunque nominibus censeantur, & omnes defensores, & receptatores, eorum & præcipit sub interminatione anathematis, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere vel fouere presumat, aut cum eis negotiationem habere. Si quis autem in hoc peccato decesserit oblatio pro eo non fiat: nec inter Christianos accipiat sepulturam, non obstante aliquo priuilegio quibuscūque indulto. Nota, q fautores hereticorum eum hæreticis æqualiter puniuntur. Item priuilegiū non excusat aliquē a peccato. Item ratione delicti perditur priuilegium: quia priuilegium non extenditur ad illicitum casum, nec tuetur aliquem in malo. e ¶Leo.] 23. quæst. 5. res omnes. f ¶Defensores.] inf. eo. excommunicamus. §. credentes. & 79. distin. si quis Papa. arg. g ¶Obtentu. sic ergo ratione delicti perditur priuilegium, infra cap. proxim. in fine, quia priuilegiū non extenditur ad illicitum casum, nec tuetur aliquē in malo. infra de senten. excommunicatio. nulli. & omni priuilegio cessante, mali puniendi sunt. C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. Bernar.

h ¶ Oblatio.] quia constat eum decessisse in mortali peccato, 23. quæst. 5. placuit, & est simile infra de vsur. quia in omnibus.

AD abolendam.] CASVS. Lucius Papa in cap. isto excommunicat omnes illos, qui de sacramento corporis & sanguinis Domini nostri IESV Christi, & de alijs ecclesiasticis Sacramentis aliter sentiunt vel docent, quam

sancta

† In concilio Africano hoc nondum reperi, sed habetur in concilio Carthag. ... c. 13. & apud Theodorum Balsamonē ...

1 De hoc dubio vide glo. ... ibidem Arch. & Turrecrema. 30. dist c. 1. & in legibus septipartitis Hispaniæ, par. 1 ...

† Cap 5 eod. tit. in 1. cōpil. ... Lateran. ... & religes hoc ...

† Lateranen ... ca. 17. & c. 6. eod tit in 1. cōpil.

2 De materia huius ... Thom. ... Eymeric. ... Directo. ...

† Vide Alfons. Cast. li. 2. de iusta hæ... & quæ di... Direct. inquisit. ... par. q. 4 ...

sancta Romana Ecclesia prædicet, & obseruet: & omnes illos, quos Roma ecclesia vel singuli episcopi vel clerici, vacante ecclesia, cum concilio vicinorũ eporum hæreticos iudicauerint: Secundo statuit, vt quicunque deprehensi fuerint manifeste in hæresi, si clerici fuerint, eis prius degradatis seculari ptãti relinquantur animaduersione debita puniendi, nisi statim post deprehensionẽ erroris sponte ad catholicã vnitatẽ redierint, & ad arbitrium epi satisfecerint: Si vero laici fuerint, nisi (vt dictum est) abiurata hæresi ad arbitriũ epi satisfecerint, sæcularis iudicis arbitrio relinquãtur. Tertio dr, quod qui post abiuratã hæresim, vel postquã ad arbitrium epi se purgauerint, deprehensi fuerint in hæresim recidisse: sine vlla audiẽtia sæculari iudicio relinquantur: Quarto statuit, vt oẽs rectores cuiuslibet loci, iuxta commonitionem eporum iuramẽto proprio ꝓmittãt, quod cum ab eis fuerint requisiti, ecclã cõtra hæreticos adiuuabunt bona fide. Si vero, id obseruare noluerit, honore priuẽtur, & ad alios nullatenus assumenti: & ipsi excõicentur, & terræ illorũ interdicant & ciuitas quæ his instituris duxerit resistendũ, vel punire neglexerit resistentes, epali dignitate priuetur, & ... careat commercio ciuitatum: Quinto dicit, quod si aliqui fuerint exẽpti à iurisdõne eporum, & soli ecclesiæ Rom. subiecti, nihilominus in his, quæ contra hæreticos sunt instituti, subeant iudicium episcoporum: & eis tanquam super hoc a sede Apostolica delegatis, obsequantur, non obstantib. aliquibus priuilegijs libertatis. Nota primo quod sede vacante, sed capitulum obtinet vicem episcopi in his quæ pertinent ad iurisdictionem. Item omnes qui male sentiunt de sacramentis ecclesiæ, sunt excõicati, itẽ arg. quod clericus depositus non gaudet clericali priuilegio. Item ab errore reuersus errorem suum publice abiurare debet. Item irata delicta grauius puniuntur. Item lapsis in hæresim appellatio est deneganda. Item ratione delicti amittit quis priuilegiũ libertatis, sed epi tũc tanquã delegati a Papa eos puniunt, & non tanquam ordinarij.

a ¶ Prædicat & obseruat.] sim. 24. q. 3. hæresis, hoc ergo quod Romana ecclesia seruat, & mandat ab alijs obseruari, generaliter est obseruandum 11. dist. in. quis nesciat, quicunque enim male sentit de sacramentis ecclesiæ hæreticus est habendus, vt hic patet.

[Glo. seq. arg. & remittit.]

b ¶ Clerici ipsi sede vacante.) habes hic arg. quòd vacante ecclesia, iurisdictio remanet penes capitulum. ar. 65. dist. c. vlt. 23. dist. in nomine Domini. 7. q. 1. Pontifices. De hac materia plene dictum est sup. de maior. & obed. c. his quæ, & c. cum olim.

de Ecclesia contra hæreticos defendenda, excõmunicantur, & terræ eorum supponuntur interdicto, ciuitates vero ipsorum resistentes, aliarum commercio, & episcopali dignitate priuantur, exempti vero subsunt ordinarijs, super his, quæ contra hæreticos instituuntur.

CAP. IX.

AD † abolendam, & infra. ¶ Vniuersos, qui de sacramento corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Rom. Ecclesia ꝓdicat & obseruat [a] & gñaliter quoscunque eadẽ Romana Ecclesia vel singuli epi per diœceses suas cum consilio clericorum, vel clerici ipsi sede vacante [b] cum consilio (si opportuerit) vicinorum episcoporum, hæreticos iudicauerint, vinculo perpetui anathematis innodamus & infra. ¶ Præsenti † nihilominus ordinatione sancimus, † vt quicũque manifeste fuerint † in hæresi deprehensi, [c] si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumpatione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prærogatiua [d] nudetur, & sic omni officio, & beneficio spoliatus ecclesiastico, sæcularis relinquatur [e] arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus, nisi continuo † post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, [f] & errorem suum ad arbitrium [g] episcopi regionis publice consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere.

¶ Laicus [h] autem nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita confestim ad fidem confugerit orthodoxam, sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem, & infra. ¶ Qui vero inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad arbitrium episcopi, iuxta consideratio-

c ¶ Deprehensi.] facti euidentia: puta quia publice prædicat hæresim arg. ff. de ri. nuptia. palã §. vlt. vel legitima probatione, puta per testes: vel ex sua confessione. Ala.

[Glo. seq. arg. pro opi. Ala. sed tenet cõtrarium. Vg.

d ¶ Prærogatiua.) argu. quod clericus depositus non habet priuilegium clericale: & hoc cõcedit Ala. arg. 54. dist. ex antiquis, in fi. quod non est verũ, quia tenetur viuere clericaliter, quãuis sit depositus: vñ si hoc faciat, adhuc gaudet priuilegio clericali, 81. dist. dictũ. Et hoc dixit. Hug. Si vero incorrigibilis esset, tũc non solũ pderet priuilegium clericale, verũ et sæculari curiæ traderetur. §. de iudi. cum non ab homine, sed in casu isto perdit omne priuilegium nisi reuertatur, vt sequitur.

[Gl. seq. ponit casus quibus, &c.]

e ¶ Relinquatur.] Tribus enĩ casibus [1] relinquit aliquis curiæ seculari statim post depositionẽ, in crimine hæresis, vt hic, & ĩ. eo. excõicamus. Itẽ in crimine falsi, infra de cri. fal ad falsariorũ. Et in alio, cũ pp calumniã vel contumeliam, quã contulit epo suo aliquis depositus nõ tradit statim curiæ seculari: imo adhuc tenetur viuere clericaliter, & ecclesia eum tuebitur, & gaudet priuilegio clericali, vt dictum est in proxima notula. Si vero sit incorrigibilis, postea traditur, secundum quod dicitur sup. de iud. cum non ab homine. Qualiter ðet eat tradi, dicitur inf. de verbo. sig. nouimus. Qualiter puniri dẽant hæretici. dicitur. inf. eo. excommunicamus.

(Gl. seq. signat contrarium, & soluit.)

f ¶ Sponte recurrere.] Sed videtur quod etiam compelli debeat seruare fidem 45. dist. de Iudæis, postquam condemnatus est hæreticus, non compellitur: sed si vult spõte redire, debet recipi abiurato errore, 24. q. 3. dicit Apostolus, & in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ... inf. eo. c. pen. Ber.

(Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

g ¶ Arbitrium episcopi.] arg. contra 1. q. 7. si quis episcopus. illud olim obtinuit, vt in concilio 2 tantum reciperetur, sed hodie sufficit quod hic dicit Tanc.

h ¶ Laicus.] Laici enĩ per ecclesiam cõdemnandi sunt de hære-

¶ Cap. 13. c. ... 1. cõp.

† V. de Eymericum in ... inqui- ... par 3. q. 9.

† statuimus

† In vulgatis ita; fuerit in hæresi deprehensus, &c. sed in antiquis codicib. vt est impressum.

† Qualiter hæ voces cõtinuo. confestim, & aliæ similes in hac materia accipi debeant, tradit Eymericus in Direc. Inquisi. par. 3. q. 98. & Simancas in catil. inst. tit. 47. de pœnitentib. & conuersis.

1 De materia huius gl. vide Bernar. Diaz, in pra ctic. crimi. cano. c. 106. & 130 & seq.

† Hic. §. vt plurimum desideratur in manuscriptis codicib. vsq. ad illa verba, Illos quoque.

2 Vide Simancam cathol. insti. ti 1. de abiuratione.

de hæresi : sed iudex secularis illos punire debet, nec traditur laicus curiæ seculari: sed clericus solummodo, infra de ver. si. nouimus. quia laicus semper est de foro seculari, sed in casu isto sententia debet ferri per ecclesiam · executio fit solummodo per iudicem secularem.

Qualiter tales puniri debeant, dicetur, inf. eo. excommunicamus. Ber.

(Glo. seq. obijcit, & soluit.

a ¶ Audientia.] sim. 23. distin. in noie Domini. Sed si volunt redire, nonne debent audiri & recipi, quia ecclesia non claudit gremium volentib. redire ad ipsam C. de sum. Tri. inter claras, circa fi. & delicti veniam petentib. non negamus, dicit Imp. C. eo. tit. Manichæos, de pœn. dist. 3. adhuc instat? Videtur quod debeant recipi, quia Dominus non vult mortem peccatoris, & c. 26. q. 6. cognouimus, sed vt conuertatur: & in carcerē perpetuum detrudatur inf. eo. ca. pen. sed audientia denegaaur quo ad bona etiam si alias vellet se defendere, tamen littera ista cōtradicit Tācr. Hodie seruandū est prout traditur infra eo. ca. penul. §. si qui Ber.

b ¶ Iuramento.] hoc idē dicitur. inf. eo. ex communicamus, §. moneant Ber.

c ¶ Honore.] qa hoc ipso contra ecclesiā esse videntur: vnde dignitate debēt priuari, 24. q. 1. qui contra Ecclesiæ pacem, & sim. 32. q. 5. præceptum. Ber.

d ¶ Ligandis.] sim. inf. e. excommunicamus. §. moneantur.

† In vulgaris codicibus ita: post abiurationem præfati erroris &c. verum tamen vox præfati nusquam apparet in antiquis exemplarib.

† Vide B. Th. 2. 2. qu. 11. ar. 4.

† Vide Repert. Inquisitorum, verbo iuramentum, & Eymericum in Directorio. 3. par. qu. 32.

nem suspicionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam cōgrua purgatione monstrauerint, simili sententiæ subiacebūt. ¶ Illos quoque qui post † abiurationem erroris; vel postquam se (vt diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint, in abiuratam hæresim recidisse, seculari iudicio sine vlla pœnitus audientia [a] decernimus relinquendos, † & infra. ¶ Statuimus insuper, vt comites, barones, rectores, & consules ciuitatum, & aliorum locorum iuxta commotionem episcoporum, præstito corporaliter iuramento [b] † promittāt, quod fideliter, & efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices, adiuuabunt bona fide iuxta officium & posse suum. Si verò id obseruare noluerint, honore, [c] quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumentur nihilo minus excommunicatione ligandis, [d] & terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. ¶ Ciuitas autem quæ his institutis duxerit resistendum, vel cōtra commodum episcopi punire neglexerit resistens, aliarum careat commercio ciuitatum, & episcopali [e] se nouerit dignitate priuādam, & infra. ¶ Si qui † vero fuerint, qui à lege diœcesanæ iurisdictionis exēpti, soli subiaceant sedis Apostolicæ potestati, sunt contra hæreticos instituta episcoporum subeant iudicium, & eis in hac parte tā quam a sede Apostolica delegatis, [f] (non obstantibus libertatis suæ priuilegijs) obsequantur.

¶ Innocentius quartus.

¶ Bona hæreticorum confiscantur, & in terris ecclesiæ applicentur fisco ecclesiæ, in terris imperij iudicis secularis fisco, & procedit etiam si catholicos habent filios.

CAP. X.

Vergentis † in senium seculi corruptelam, & infra. ¶ In terris vero tēporali nostræ iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum statuimus publicari, & præcipimus [g] fieri,

e ¶ Episcopali.] propter delictum suum, sim. 35. qu. 2. ita nos.

(Gl. seq. dicit hoc allegari quod ratione delecti, &c. & respondet.

d ¶ Ecclesias igitur & decimas.] Sic 16. q. 7. decimas. 4 & supra de iure patronat. quod autem. de consensu episcoporum possunt ecclesias recipere, supra de iure pat. cura 3 decimas quas habent laici in feudum, & non aliàs possunt recipere de consensu episcoporum. sup de his quæ fi. à præla. cum Apostolica, in fi. decimas tamen de laboribus suis non soluunt, sup. de dec. ex parte.

3 Et de dona. pastoralis Io. And.

[Glossa seq. recitetur per contrarium.

e ¶ Aliquo tempore.] nisi præscriptione muniti fuerint, vel postea consensum episcopi habuerint, sup. de iure pat cura.

f ¶ Excommunicatos.] quos vitare tenentur, non obstante aliquo priuilegio. infra de senten. excommunic. nulli. & de iure communi quilibet tenetur. 11. q. 3. excommunicatus, quod ius per priuilegium non tolli-

tollitur, vt in decre. prædicta, mili.

[Glo. seq reci. per quæstionem.

a ¶ Nominatim interdictos] Nominatim aliquis dicitur interdictus siue excommunicatus, quando proprio nomine expresso ꝛ interdicitur, vel alijs circunstātiis. Instit. de exhæredat. liberorum. §. nominatim. per Ber.

[Glossa sequens exponit, & arg. a contrario. Secundo quærit & soluit.

b ¶ Pleno iure] id est vtroque iure quo ad spiritualia & tēporalia. inf. eo. quoniam. sed a contrario videtur, quod si vtroque iure ptineat ad illos, quod episcopus nihil possit attentare in illos quod verum est: & ita institutio & destitutio quo ad tēporalia & spiritualia ad ipsos ptinet, 16. q. 2. c. 1. & inf. eo. quoniā, & sic ecclesiæ istę eodem gaudent priuilegio, quo & isti priuilegiati: alias vero si pleno iure ad eos nō ptineat, seruabitur qđ hic d. cit. Sed cum pleno iure istæ ecclesiæ pertinent ad istos religiosos ex priuilegio papæ: quis deponet presbyteros? Potest dici quod illi primo vocabunt episcopū diœcesanum, & per eum adiūctis sibi alijs episcopis depositio fiat sicut faciunt in alijs sacramētis, & hoc colligi secundum tenorem priuilegiorum, vt si primo debent recipere sacra ab episcopo diœcesano, secūdū quod ī priuilegio ponitur, vel etiam à quocunque, & secundum hoc vocabunt isti priuilegiati quoscunque episcopos voluerint, alias possunt priuari officio & bñficio per abbates iusta causa interueniēte, sed deponere nō possunt, cum ad officium abbatum hoc nō pertineat. Ber

c ¶ Semel in anno.], De hoc habes inf. eo. vt priuilegia. § illud.

ADDITIO Hodie an & qñ possit celebrari in ecclesia sua in loco interdicto, vide bonū textum in c. fi. de sen. excō. in vi. in fi. & ibi nota. Abbas.

d ¶ Defunctorum.] Nisi fuerint fratres eorum: quia tunc possunt illi sepeliri in ecclesia interdicta, dummodo illi fratres non sint excommunicati, vel nominatim interdicti, vt inf. eo. vt priuilegia.

e ¶ Nullatenus eximantur.] Sic inf eo. tuarum, & cap. pen. & hoc ideo, quia per confraternitatem talem non sunt conuersi illorum, nec oblati, sed aliquam remissionem consequuntur infr. eo. vt priuilegia. vnde dixit, omnino non reddiderint, & ita remanent de iurisdictione episcoporū: aliàs ꝑ tribus, vel quattuor denarijs posset quis eximi à iurisdictione sui episcopi, quod esset iniquum, inf. eo. vt priuilegia, §. hoc autem.

f ¶ Tenorem priuilegiorum.] Sic infr. eod. porro in fine. & ideo non debēt habere fructum illorum, ex quo ea non seruant, inf. e. tuarū, & cap. petistis, & c. vt priuilegia. 11. q. 3. priuilegiū. & ita per abusum siue per delictum perditur priuilegiū. quare subiacebunt propter hoc interdicto episcoporum vt in fine sequitur. fin. sup. de hær. ad abolendā. in fine vbi de hoc.

a ut no. s. de cle excō. mi ni. ꝓposuit. Io And

2 Ad idē de sen. excō. cōstitutione ī li. 6. vide qđ dixi s. de pbē. in Lateranē. ī prin. Io. And.

quoque & nominatim [a] interdictos, tam ab illis, quam ab alijs omnibus iuxta episcoporum sententiam statuimus euitandos.

¶ *Religiosi etiam exēpti in ecclesiis non pertinentibus ad eos pleno iure, non instituunt, nec destituunt inconsultis episcopis: sed rationem exigūt in temporalibus ab institutis. h. d. vsque ad § quod si.*

¶ In ecclesiis vero suis, quæ ad eos pleno iure [b] non pertinent, instituendos presbyteros episcopis repræsentēt, vt eis de plebis cura respondeant. Ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos etiam incōsultis episcopis non audeant remouere.

¶ *Hospitalarii & Templarij semel in anno celebrent in ecclesia posita in loco interdicto, ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum, h. d. vsq; ad § de cōfratribus. Abbas.*

¶ Quòd si Templarii vel Hospitalarij ad ecclesiam venerint interdictam, nō nisi semel in anno [c] ad ecclesiasticum officium admittantur, nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum. [d]

¶ *Cōfratres exēptorum seu ipsorum oblatio, qui in totū non transtulerūt, iudicari possūt ab ordinarijs locorum h. d. vsque ad fin. Abb. Sicul.*

10 ¶ De confratribus † hoc constituimus, ut si non se prædictis fratrib. omnino reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodo duxerint emanendum, propter hoc ab 20 episcoporum suorū sñia nullatenus eximantur. [e] sed potestatem suam in eos sicut in alios parochianos suos exerceant, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi.

¶ Quod autem de præ30 dictis fratribus dictū est, ab alijs quoque religiosis, † qui præsumptione sua episcoporum percipiunt iura, & contra canonicas, eorum sententias, & tenorem priuile40 giorum [f] nostrorum uenire præsumunt, præcipimus obseruari. Si enim contra institutū hoc uenerint, & ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, & 50 quod egerint, irritum habeatur.

¶ Idem archiepiscopis [& † episcopis] ad quos litterę istæ peruenerint.

¶ *Suis priuilegijs priuandus est, qui alienis dero60 gat.*

CAP. IIII.

Dilecti † filii fratres Hospitalis Hierusolymitani trāsmissa nobis conquestione monstrarunt, qđ uos eos de malefactoribus suis iustitiā facere nō vultis priuilegia

Dilecti] In prima ponit querelam. In secūda ibi, Pro certo prouidet Abb.

CASVS. Fratres Hospitalis Hierosolymitani cōquesti fuerunt domino papæ, quod archiepiscopi & Episcopi eis de suis malefactoribus iustitiā facere nolūt, priuilegia ipsorum non recipiētes: vnde papa scribit Prælatis prædictis, qđ ipsi pro certo sciant, quo ipse priuilegia ipsorum prælatorum decurrabit, cum ipsi obuiare nō timeant scriptis authēticis Rom. ecclesię. No. arg. cōtra iudices, qui iustitiā q̄relantib. nō exhibēt, & part ū probationes nō attendūt. Itē no. ꝙ ei iustitia non est seruāda qui alijs iustitiā denegat exhibere.

g ¶ Non vultis] Vnde possunt conueniri, qa quia iustitiā facere nolunt, 23. q. 2. Dñs. & in Aut. vt di in § pę. & ṽi.

† Præter [...] nominata[...] & [...] alios [...] uide M[...] num Soz[...] & alios i[...] 2. sup de [...] compet. [...] glossam [...] Geminian[...] in c. qsqu[...] 7. q. 4.

† Vide cō[...] lij Trid [...] 6. de ref[...] ma cap. 3 & sed 25 [...] de regula[...] bus c 14. [...] habes. qu[...] de ep. cor[...] gant religi[...] les, & [...] niant.

† Hæ d[...] voces, & [...] scopis, [...] sunt in aliquot vetu[...] stis & recen[...] codicibus.

† Cap. 4 co[...] tit. in 1. [...] & post cōcilium Lateranen. par. 4 capit.

& vlt.col.8.& 23.q.5.administratores, & sic iudex facit litem suam propter dolum suum, & etiam propter alias culpas, vt ff de iud i.filiusfamilias.

a ¶Contemnentes.] ar. contra iudices, qui probationes diligenter non attendunt, ar.30.q.5. iudicantem.

b ¶Decurrabimus.] Non.n.sunt ei sua iura seruanda, qui ius alienum uiolare non meruit, 73.dist vbi, & 25.q.2.sic decet.& de mu.pe.c.1.& 2.& ar. 95.d.esto subiectus.& quod quisque iuris in alterū statuit, uti debet eo, sup. de consti. cum omnes, & ecclesiasticus ordo confunditur, si cuilibet ius suum nō seruatur 11. q.1.peruenit. Inspiciant ergo priuilegia istorum, & secundum quod ibi continetur, ita obseruetur, inf e. porro. & ita tāquam cōtemptores & negligentes puniantur. B.

AD hæc.] Etiā priuilegiati, qui sepeliunt mortuos excommunicatos, eos extumulare tenētur. hoc dicit. Abb.

† Cap.6.eo. ti.in 1.cōpi. & post cōci. Lateran.sub Ale.iii par. 31.c.5.

CASVS. Hospitalarii defunctos in excommunicatione sepeliebant in cęmiteriis ecclesiarum: mādat papa Cantuarien. archiepiscopo, quatenus pcipiat ipsis Hospitalariis, ut corpora illorū defunctorum in excommunicatione, extra cęmiteria eiiciūt, & si non fecerint, archiepiscopus illud exequi non omittat. No quod corpora defunctorum in excommunicatione, nō sunt in cœmiteriis sepelienda.

ipsorum recipere contemnentes, [a] & infra.

¶ Pro certo sciatis, qđ non concessa uobis priuilegia decurtabimus, [b] cū ecclesiæ Romanæ scriptis authenticis obuiare minime timeatis.

¶Idem Cantnarien. archiepiscopo.

¶ Etiam priuilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam, & si admiserint, debent inde eos eijcere, & si non fecerint, episcopus supplebit.

CAP. V.

AD † hæc; & infra. ¶ Mandamus, quatenus Hospitalarijs præcipias, vt si quos in excommunicatione defunctos ī cæmiterijs ecclesiarum sepelierint, [c] eos extra cęmiteria eijciant: [d] quod si facere noluerint, tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, exequaris.

¶Idem Abbati, & monachis S.Andreæ Cister. ordinis.

¶ Contra priuilegium ecclesiæ præscribitur spatio triginta annorum: hodie vero quadraginta, vt infra eo. accedentibus.

CAP. VI.

SI † de terra, quam habetis in parochia canonicorum de Plautio, per triginta annos [e] eis decimas persoluistis, eas sibi de cætero integre persoluatis. Licet enim priuilegiorum Romanæ ecclesię beneficio fratrib. Cistern. ordinis † indultū fuerit, quod de laboribus suis nullas decimas persoluere debeant, de priuilegio tamen indulto tanto tempore, [f] vobis detrahere voluistis; cum liberum sit unicuique sui iuri renuntiare; [g] eoque modo non potestis uos in hac parte tueri.

¶ Idem Ambien. † episco.

¶ De priuilegijs non est iudicandum, si eorum tenore inspecto, & secundum continentiam eorum ab omnibus subditis sunt seruanda.

CAP. VII.

POrro †

[Glo. seq reci. per quæstionem.

c ¶Sepelierint.] ita communicando eis in morte, inciderunt in excommunicationem, quia cui non communicamus viuo, non communicamus, & mortuo. 23.q 2 & 3.& sup. de sepul sacris.

[Glo. seq excipit duos casus.

d ¶ Eiciant.] si potuerint discerni ossa eorum ab ossibus aliorū, alias non supra de sepulturis sacris, & nisi forte tales fuerint, qui petierunt absolui, & per eos non steterit, quo minus fuerint absoluti, & quia post mortem sunt absoluendi inf. de sentent. excom. a nobis 2 & factum suum illi emendare tenentur. sim. 55. d pęnitentes alioquin archiepiscopus hoc faciet in eorum opprobrium Ala.

SI de terra.] CASVS Monachi sancti Andreæ ordinis Cistercien habent priuilegium de non dandis decimis de laborib. suis, monachi illi habent terras in parochia canonicorum de Plautio, de quibus decimas persoluerūt per xxx annos dictis canonicis, nunc excitati nolunt soluere decimas dictis canonicis: vñ mandat papa monachis illis, quatenus si de terra illa, quā habent in parochia illorum canonicorum, per xxx. annos decimas persoluerunt, eisdem, eas de cætero integre sibi soluant, quia licet eis sit cōcessum, ut de laboribus suis decimas non persoluant, de priuilegio tamen indulto tanto tēpore detrahere uoluerunt: vnde non possunt per priuilegium se in hac parte tueri, cum liberum sit unicuique iuri suo renūtiare. No qꝫ qui non vtitur priuilegio sibi concesso legitimo tēpore, amittit illud. Item triginta annorum spatium beneficia priuilegij excludit. Item liberum est cuilibet iuri suo renuntiare.

† Cap.9.eo. ti.in 1.cōpil. & post coci. Late sub Alex. iii. par. 38.c.4 Vide gl.in c.vl.17 q 4.

[Glossa sequens signat cōtrarium, & remittit.

e ¶Triginta annos.] ar. contra sup de præscr. de quarta 16.q.3. ca. placuit, §. quas actiones, & est expressum. inf e accedētib. ubi tantum xl. annorum spatio perditur priuilegium, vbi de hoc.

† Dictio ordinis, deest in antiquis omnib. codicibus.
† Albien.
† Albian.

[Glo. seq. fortificat textum.

f ¶Tanto tempore.] sic patet, quod priuilegium perditur, nisi quis utatur eo. inf. e. accedentib. sic etiam leges per dessuetudinē abrogantur, ff. de legibus de quib multo fortius priuilegiū: quia res de facili ad suam naturam reuertitur, ff. de pac. si vnus, §. quod si non totū, sed propter hæc quātum ad alios non perditur.

1 Quod facilius perditur. quamuis coe, C. de Vete antiqua secundū Philip. lo. And.
† Cap.10.eo. ti.in 1.cōpil.

[Glo. seq. alle. 5. concor. signat contrarium, & remittit.

g ¶Renuntiare.] sic inf eo. accedentibus, & s̄ de regu. ad Apostolicam & c. statuimus & 7.q 1. quam periculosum, & remittentibus actiones suas, non est ulterius regressus ad eas, ff. de ædil edic l quærit, § si uenditor, ar. 5 su de fo. cōpe. si diligēti. vbi plene de hoc tractat.

POrro.] Priuilegiorum tenor inspiciendus est, & seruandus. h.d. Et potest exemplari tex per c nuper. sup. de decimis. Abb.

CASVS. Tēplarii & Hospitalarii multa prærogatiua libertatis sunt muniti: verumtñ aliā libertatē hr̄e vñrin locis illis in quib. fuerant habitatores anteq̄ ad eos puenissent, q̄ in aliis suis possessionibus & si habuerunt eandē vel aliā, hoc ex inspectione priuilegiorū suorū ualet cognosci, & s̄m, qꝫ inuenitur in priuilegio, ita est obseruādū. In fine d t papa: sic uolumus eos tenorē suorū priuilegiorū seruare, qꝫ fines eorū n̄ trasgrediāt no. qꝫ priuilegia seruāda sūt s̄m qꝫ cōtinet in eis. Et sicar. qꝫ priuilegia stricti iuris sūt. Itē ar qꝫ nulli priuilegiato credēdū ē, n. si priuilegiū suū inspiciēdū cōcedat. Itē a

forma verborum non est rece dendum. Item fines priuilegij nemo excedere debet, & sic est arg quod fines mandati diligenter sunt obseruandi.
a ¶ Quamuis.] idest, quia in antiqua erat, quoniam, & melius, simile sup. de iureiuran. quemadmodum. ibi, quãuis interdũ, &c. vel quamuis, idest cũ, sed proprie non videtur posse.
b ¶ Libertatem] supple, quã in aliis, immo habẽt eandem in his quã in aliis possessionibus: hæc enĩ deprehenditur ex eorũ priuilegio, ut inf. dicit, & ita res ad eos deuoluta cẽsetur eodem priuilegio cum aliis, ff. de vsuris, cũ quidam, §. si debitores, 1 & ff de iure fisci. fiscus.
[Glo. seq. quatuor notanda
c ¶ Ex inspectione.] & ita inspiciẽda sunt priuilegia, ad hoc, ut sciatur quid cõtineatur in eis inf e. recipimus, & sup. de fid. instrumentorum accipimus, & in Auth. de mand principũ, §. si quis aũt, colla 3. Et est ar. ꝙ iudex debet facere copiam rescripti: quia falsitas posset ibi esse, quæ ex sola lectione deprehendi non posset. Et ex eo quod dicit: ita obserues: nota non esse recedendum a forma verborũ, sup de deci. ad audictiam, & sup. de translation. inter corporalia, & ff de legatis tertio, non aliter. 2 Item ar. fines mãdati diligenter seruandos, sup. de rescri. cum dilecta. Item ar. nulli esse credẽdum qui dicit se habere priuilegium, nisi illud ostendat, sup. de offic. deleg cum in iure & ar. ad hoc 42. d. quiescamus, & 100. d contra morem, & inf. eo cum capella. B.
d ¶ Tenorem] sic sup eo. cum & plantare. in fi. & inf. ea pet stis, & ita priuilegium in sua forma tantum seruari debet, & non ultra extendi: alias priuilegium non defendetur. in aliis. Ber.

† dotati.

† Dictio suorũ, deest in recentioribus, ĩ prædis, sed eam hẽnt veteres codices.

† cõseruare.

1 Debitor priuat, quã minores q̃ semisses præstibat vsuras debitor fisci, soluit semisses. Ioã.

† Cap. r. eo. ti. in 2 cõpi. 2 Vidẽ citatos super. vlt. gl. 2. vide de verbo. sign p p ca. glo. 2. Io. And.

quamuis [a] Templarij, & Hospitalarij multa sint libertatis prærogatiua donati, † non dubitamus, quin aliam libertatem [b] habeant in locis, in quibus antequam peruenissent ad eos, fuerunt habitatores: quod totum ex inspectione [c] priuilegiorum suorum † plenius aduertere potes: & secundum quod inueneris, ita obserues. Sic enim eos volumus priuilegiorum suorum seruare † tenorem, [d] quod eorum metas transgredi minime uideantur.

¶ Idem. † Apostolicæ sedis legato.

¶ Per solutionem census, quæ fit Romanæ ecclesiæ, non probatur exemptio a iurisdictione episcoporum.

CAP. VIII.

Recepimus † litteras, quas de ecclesijs cẽsualibus direxisti. Cæterum diligentiam tuam uolumus non latere, quod sicut non omnes, qui specialiter beati Petri iuris existunt, annuatim Apostolicæ sedi census exoluunt: ita non omnes [c] censuales ab episcoporũ subiectione habentur immunes. ¶ Inspicienda [f] sunt ergo ecclesiarum priuilegia, & ipsorum tenor est diligentius attendendus, ut si fuerit deprehensum, quod ecclesia, quæ censum soluit, specialiter beati Petri iuris existat, & ad indicium † perceptę libertatis [g] census annuus conferatur, non immerito poterit speciali prærogatiua gaudere. Si vero ad indicium † perceptæ protectionis [h] census persoluitur, non ex hoc iuri diœcesani episcopi aliquid uidetur esse subtractum.

¶ Idem.

¶ Priuilegium uni concessum non potest ad alium extendi, propter identitatem rationis. h. d. & solet quotidie allegari.

CAP. IX.

Sane † & infra. Temerarium [i] est, & indi-

Recepimus.] Solutio census non probat quem exẽptum, nisi ex alio deprehendatur, ut quia soluitur ad indicium præceptę libertatis. h. d. primo ponitur consultatio. Secundo responsio ibi, Cæterum. Abb Siculus.

CASVS. Quidam legatus Apostolicæ sedis inuenit plures ecclesias in sua legatione censuales: dubitauit vtrum hoc ipso essent exemptæ a iurisdictione episcoporum: quæsiuit a papa quid iuris sit super hoc, & ipse respondet commendans in hoc diligentiam suam, dicens, ꝙ sicut nõ omnes illi, qui specialiter existunt de iure beati Petri Apostolicæ sedi annuatim censum exoluunt: ita non omnes censuales subtrahuntur a iurisdictione episcoporum: verum tamen inspicienda sunt priuilegia ecclesiarum, & si fuerit deprehensum in eis, ꝙ ecclesia quæ soluit censum, specialiter beati Petri iuris extitit, & ad indiciũ pceptæ libertatis annuatim cẽsus soluat, ecclesia illa libera ẽ & exẽpta. Si vero ad indiciũ perceptę protectionis cẽsus persoluitur, ppea a iurisdõne epi nõ est subtracta. Not. ꝙ per hanc decretalẽ det & põt cognosci ex inspectiõe priuilegiorũ, an sit ecclesia exẽpta vel nõ: qa si dicat in priuilegiis, ꝙ dat censum i signũ libertatis, tũc est exẽpta ecclesia. Si aũt dat in signũ protectionis ñ est exẽpta. Itẽ priuilegia ĩspiciẽda sunt, cũ de eorũ tenore dubitatur. Item exẽptio in protectione parum, vel nihil commoditatis affert.
e ¶ Omnes.] sicut Tẽplarii, & Hospitalarii, & Cistercien. censum nõ soluũt Romanę ecclię, sicut credo.
f Inspiciẽda] De hoc dictũ est sup. ca. pxi.
g ¶ perceptæ libertatis] Vbicũq; inueneris hæc uerba, ĩ priuilegiis, statim intelligas illos esse in toto exẽptos a iurisdictione epõrũ, ut hic patet
[Gl seq. dat simile, quærit, & soluit.
h ¶ Ad indiciũ perceptæ protectionis.] Licet papa recipiat aliquos sub sua protectio ne, 3 non sunt p pea subtracti a iurisdictione epõrũ, inf e. ex parte 2. & sic per confirmationem in forma communi, non præiudicatur episcopo loci, sup. de confir. vti. c. vlt. & quasi per totum, arg. sũ de maio & obedien. per tuas. Arg. contra sup de cleri peregrin. c. vlt. Quid ergo ualet talis protectio? certe parum. sicut parũ valet confiscatio in forma communi. tamen aliqua reuerentia plus debetur illis, quam aliis, arg decret. prędi tuas, & forte citius papa mouetur pro eis, cum iniuriis grauatur, ad litteras concedendas.

Sane.] priuilegium non extenditur ad personas in eo non expressas h d

CASVS Nullus dẽt auctoritate sua sibi p̃sumere, ꝙ alii certa rõne inspecta, a Romana ecclesia singulari priuilegio est cõcessum. No. ꝙ nullus dẽt ppria auctoritate aliquid sibi p̃sumere itẽ priuilegiũ nõ dẽt cõcedi nisi certa rõne inspecta. Itẽ speciale nõ dẽt trahi ad gñale.
[Gl. seq. alleg. 7. concor. signat cõtrarium, & soluit
i ¶ Temerariũ.] Hoc iõ dicit, qa q̃ p priuilegiũ cõcedunt, ñ dẽnt trahi ab aliis auctoritate ppria in exẽplũ vt hic,

† Alias, indicium, in aliquot antiquis.

† Alias, iudiciũ, in eisdẽ antiquis,

3 Vide Angelũ in l. 1. C. de excus. mun. li. 10. & Bar. in 1. constitutione digestorum.

† De materia Bal. in l. nõ tm̃. §. nõ oĩa. ff. de excus. tut. Ancha. col. 109 incip prima facie. A. ge. cons. 272. in ci. qñ dictũ priuilegium Dec. cons 41 & Gemi. in c. ne aliquis. de priuileg. lib. 6.

vt hic, & 16.quæst.1. hinc etiam. quia priuilegia communem legem non faciunt, 16.quæst.2. non exemplo. supra de conces. præbend.constitutus.in fin ff de cobsti.prin.l.1.C.de leg.l.leges.in fi.& 7.quæst.1.petisti, argum.10.distinct. contra morem. Argumen.contra, quia quod vni personæ conceditur, cæteris denegari non debet.5.distinct.ad eius vero, & 4.dist.ad deni que.Non sunt contra, quia loquuntur de cõmuni iure, quod.n.de iure cõi conceditur omnib. cõcessum intelligitur:secus de iure speciali, in quo casu loquuntur primæ concordantiæ.

a ¶ Certa ratione.] No quod priuilegium non est dandum nisi certa ratione inspecta. 1 vt 7.q 1 petisti. & nõ subito, sed cum magna deliberatione 23.dist.communis filius, & 16.q.1.in paro chiæ.

b ¶ Singularibus beneficijs]id est, priuilegiis, quæ singularia sunt & priuata à lege cõi 3. d priuilegia. B.

PArentibus] Duæ sunt partes, consultatio & responsio. Secunda ibi, Respondemus. Abb.

CASVS. Hospitalarii & Templarii, & alii etiã habẽt oratoria in domibus suis: quæsiuit episcopus Abulen. vtrũ liceat pdictis ponere ibi campanas, & publice pulsare: & rñdet papa, qđ nõ licet eis hoc agere, imo cõpellendi sunt, vt ita iure suo sint contenti, quod iustitiam non impediant aliorum. No. quod in oratoriis Templariorum & aliorum non licet habere campanam. Item arg quod exempti si excedant metas priuilegiorum suorum, siue publice delinquant, quod possunt ab episcopis coerceri. Item priuilegium sic est intelligendum & seruandum, vt non lædat vel impediat iustitiam aliorum.

c ¶ Non licet.] nec etiam Missas ibi celebrare, de conse. dist.1. vnicuique, & c.clericos, &c.si quis.

[Glo.seq.arg.& re mittit.

d Potius per te.] arg. quod exempti si excedant metas priuilegiorum, siue publice delinquerint, quod possint ab episcopis coerceri 2 arg.inf.eo. c.proxi. vbi de hoc ar.opt sup de statu regu.c.recolentes.

e Non impediant.] ar. q papa sic indulget priuilegium vt non lædat siue impediat iustitiam aliorũ, ff.ne quid in lo.publ.l.2. §.si qs a principe, & sup. de vsu pal.ex tuarum.9.b.3. si qs vero non obediat 22.q 2.primum. & ff de condi.indebi.nam hoc, & sup.de consuet.cum olim, & sup.de ecc ædi ad audientiam 2

TVarum nos.] in prima ponitur querela & consultatio: secunda respõsio, ibi, Verum, & in prima ponuntur quattuor excessus illorũ Hospitalariorum Abb.

CASVS. Fratres hospitalis sancti Ioannis cũ pro eleemosynis colligendis mittere debeant clericos, & fratres de ordine suo cruce signatos, ipsi mittunt laicos & illiteratos, qui in superbiam elati in multis excedere præsumunt: In quadam ecclesia baptismali sibi ab archiepiscopo Lugdun.concessa, quidam eorũ percussit Vicentium sacerdotem, ipsam ecclesiam sanguinis effusione fœdando, propter quod archiepiscopus prohibuit ibi celebrari diuina, donec fuerit recõciliata.: ipsi nihilominus ibi diuina officia celebrauerunt; Item quosdam præsbyteros ab episcopis suis ab officio suspensos, iidem quãuis laici sint, restituũt ad diuina officia exequenda: Item quosdam laicos, qui olim vxorib. proprijs commorant pro eo q sibi soluunt aliquid annuatim, ita eximere contendunt, vt aliis secundum legẽ terræ de sibi obiectis respondere nõ teneantur: Consultus papa respondet, cum priuilegiũ mereatur amittere, q permissa sibi abutitur potestate, mandat archiepiscopo Lugdun.quatenus si aliquos clericos aut laicos inuenerit missos à prædictis fratribus pro eleemosynis colligendis falso cruce signatos, interdicat illis, qui eos miserũt, officium prædicationis in tota prouincia sua: & missos, si laici fuerint, excõmunicationis mucrone percellat; Si clerici, ab officio & beneficio suspendat, non obstante aliquo priuilegio appellationis. Illos vero, qui post interdictum suum in ecclesia prædicta celebrauerunt diuina, eadem pęna suspensionis inuoluat, & in eadẽ diuina officia celebrari non permittat, donec fuerit reconciliata: presbyteros ab episcopis suis suspensos, & per fratres illos ad officia sua temere restituros, in eandẽ sententiam reducat. Alios vero, quos propter præmissam causam ad respondẽdum aliis ſm legem terræ asserunt non teneri, compellat aliis rñdere, nõ obstãte appellatione No. qđ priuilegium meretur amittere, q vb utitur ipso. Itẽ illi, qui mittunt ad colligendas eleemosynas a fratrib hospitalis sancti Ioannis, dẽnt esse de ipsis fratrib. cruce signatis vere & nõ falso; alioqn repelluntur cum pęna hic statuta. Item ar. qđ licet aliquis portet habitum regularẽ, nõ obligatur, dũmodo cõstet, qđ aio obligandi hod nõ facit Et sic est hic ar. qđ habitus non facit monachum. Item priuilegiũ non excusat in delictis. Item appellatio non tuetur aliquẽ in delicto. Itẽ arg. quod ordinarius possit punire exẽptos, cum publice delinquũt. Itẽ in ecclesia sanguinis effusione polluta celebrari nõ dẽt, donec recõcilietur. Item absolutio uel restõ facta ab illo qui nõ hẽt ius absoluẽdi vel restituẽdi, non valet. Itẽ priuilegio cõuersorum gaudere non debet, qui non sunt conuersi.

f ¶ Collata.] non pleno iure, ut infra patet.

---

gnum, aliquem sibi sua auctoritate præsumere, qđ Romana ecclesia alicui, certa ratione [a] inspecta, singularibus [b] voluit beneficijs indulgere.

¶ Celestinus iii. Abulen. epo.

¶ *In oratorijs priuatis campana publice teneri non possunt, etiã per religiosos. h.d. & tene menti hunc textum, quia quotidie allegatur, & est in vsu.*

CAP. X.

PAretibus † litteris certificari desideras, vtrũ Tẽplarius, Hospitalarijs, & alijs oratoria in domibus suis habẽtibus, liceat cãpanas in eis ponere, publiceque pulsare: Respondemus autem cõsultationi tuæ, quod non licet [c] eis hoc agere: quin † potius [d] per te, per cẽsuram ecclesiasticam, appellatione remota, coercẽdi sunt, vt ita sint suo iure contenti quod iustitiam non impediant [e] aliorum.

¶ Inn.iij. archiepiscopo Lugd.

¶ *In tota prouincia exhortationis officio priuatur Hospitalarij, qui mittunt pro eleemosynis cruce falso signatos & si missi sunt laici excõmunicantur, si sunt clerici, ab officio & beneficio suspenduntur, & eadem suspensione puniuntur qui ante reconciliationem in polluta ecclesia celebrant: & suspensi per episcopos exemptos absolui non possunt, & fratres priuilegiatorum, qui ad eos se omnino non transferunt, priuilegiati non sunt.*

CAP. XI.

TVarum † nos tenor edocuit litterarum, quod fratres hospitalis sancti Ioannis, laicos & litteratos mittũt pro eleemosynis colligendis: & infra. ¶ Cum in quadam ecclesia baptismalis, eis à pdecessore tuo collata, [f]

---

1 Facit ad hoc q not. Bart. in l.1. C. de colla. lib.10.

† Ca.2.e.tit. in 2. compi. de materia & intellectu vide Alberi cũ in Dictio nario, verbo cã panis. ver si audiui qđ magna.

† Aliàs ita: quinimo po tiꝰ p te, &c.

2 Dicit Inn. & Abbas qđ hoc ideo qa licet psonę sint exẽptæ ipsorum oratoria vel ecclesiæ nõ, vide sup.eo.c. te

† Ca 1.e.tit. in 3.comp. Et de fratribus Hospitalis sancti Ioãnis vide citatos in c.cum & prælatore. sup.eo.ti.

[Glos.seq.exponit, obiicit, & soluit.
a ¶ Ad reconciliationem.] per aquam benedictã cum vino & cinere,& per simplicem sacerdotem sup.de cõse.eccle. vel alta proposuisti. & c.aqua. Sed nonne ex priuilegio saltem semel in anno possent ibi celebrare ante reconciliationẽ: vt sup eo.cum & plantare.§.quod si.& infr. eo. vt priuilegia? Dicas, quod priuilegium nõ extenditur ad hũc casum quamdiu fuerit sic execrata: videtur inf eo.cap.ibi,donec reconciliata fuerit,&c. & quia hoc est interdictũ iuris, & nõ hoĩs: qui celebrat in tali ecclesia, nõ est suspensus nec irregularis. 1 hic tamẽ ecclesia fuit interdicta a iure,& ab hoĩe, & sic diuersa est hęc pęna arg. s̃.de cler.excom.mi. si celebrat. & c.postulastis. §. quæsiuisti Ber.
b Emancipare.] id est liberare de potestate episcoporum.2.
c Amittere. 11. q. 3. priuilegium.
[Glo.seq.no.signat cõtrarium, & solit. Iterum soluit obiect. de tribus iuribus, vlt.dicit hic solui quæstionem.

dat licentiam delinquendi.quæst.7.exigunt. de pœn. dist 3. sane. Et dicit Imperator:non permittas delinquentes aliquibus priuilegiis vti. in Authen. de man. princ.§.quod si delinquentes. coll.3. Sed contra uidetur quod non possint illos punire. 16. quæst.1. frater noster.& sup. de supplenda neglig prxla. sicut nobis,& infr.eo. cum capella si.n.tales possent puniri vt alii,inutile esset eorum priuilegium.Item proconsul non potest se intromittere de causis fiscalibus,qui est maior omnibus post principem, ff de offic. proconf.si in aliquam.§.2. aliàs est lex.& incipit, nec quicquam. Vinc. dixit quod ordinarius non potest interdicere eorum ecclesias,quando totam terram subiicit generali interdicto Sed cõtra hoc est sup. de consue.cum inter vos. & infr.de verbor signifi. cum in partibus. Sed verius dicas, quod licet non possit interdicere illorum ecclesias, ipsi tamen de iure communi tenentur

quidam eorũ percutiens vicarium sacerdotem, ipsam ecclesiã sanguinis effusione fędasset, vsque ad reconciliationem [a] diuinam ibidem interdixisti officia celebrari: sed nihilomin⁹ ipsi† in ea diuina officia celebrarũt. Alios vero presbyteros ab officio suspensos per episcopos suos ijdẽ cũ sint laici,ad diuina† officia resti tuunt exequenda. Quosdã præterea, qui cũ vxoribus suis in domib. proprijs cõmorantur, eo qđ eis de suis aliquid conferũt annuatim, ita emãcipare [b] cõtẽdũt, vt aliquibus secundum legẽ terrę sibi obiectis rñdere minime teneantur. ¶ Verum, quia priuilegiũ meretur 10 amittere, [c] qui permissa sibi abutit̃ potestate, fraternitati tuæ mãdamus, quaten⁹ si quos clericos, aut laicos à dictis fratribus ꝓ colligẽdis eleemosynis cruce falso signatos [d] ĩueneris, à quib. ip 20 sos missos esse cõstiterit, per totã prouinciã tuã† exhortationis [e] officium interdicas:missos, si laici fuerint, excõmunicationis mucrone percellas: si clerici, ab officio benefi 30 cioque [f] suspendas:nullo prorsus priuilegii [g] beneficio,vel appellationis

d ¶ Signatos.] per hoc patet,quod licet portet aliquis habitum regularem, non obligatur,dummodo constet quod non animo obligandi hoc faciat, vt isti faciebãt, quia in tali casu habitus non facit monachum, sup de reg porrectum.ar.contra,sup.eod.tit statuimus. Sed illud verum est, cum constat quod animo vouendi habitum recepit professorum. Nec obstat 27.distin. quod interrogasti.& sup.de regula vidua.20 q.1. quem progenitores, quia illa intelligebantur olim quando ob initio factum erat ambiguum. Et per hoc videtur solui quæstio de eo qui simulando se monacham, corrupit monialem,quia non est compellendus 3 ad monachatum,alias tamen puniendus est exilio, etiam si iocose schemate monachæ vsus est,in Auth. de sanct epi sco.§.vlt collat.9.Lau.
e ¶ Exhortationis] id est prædicationis.
f ¶ De officio beneficioque.] Puniũtur.n.isti tamquam falsarii sup.de crim fal.cap.2. laici.n.excommunicantur.eo.tit.ad falsariorum.
[Glo.seq.alleg. ꝙ ordinarii puniant exẽptos delinquẽtes.Secundo alleg contrariũ. Tertio ponit opi.Vinc. & Tau.cui signat contrariũ,& soluit Quarto ponit aliam opi.Quinto opi.Ioan.dist. vlt.soluit per ius nouum.
g ¶ Priuilegii beneficio.] sic ergo videtur quod ordinarius possit punire exemptos,cũ publice delinquunt: quia hic priuantur officio & beneficio nuntii istorum, & ipsis interdicitur officium exhortationis ab ordinario,& sup.de hare.ad abolendam.in fi. Sed ibi dr̃ tanquam à sede Apostolica delegatus, vnde non vr̃ ꝙ iure suo & ratione delicti sortitur quis forum.6.q.3.placuit spu.eo cum & plantare in fin & sup c.proxi. rõne delicti perditur priuilegium, vt h̃c dr̃,& 11.q.3. priuilegium Item reatus omnem honorem excludit.C.vbi sena.vel clarissimi.l.1 & qua in prouincia quis delinquerit,illic iuri subiaceat,omni priuilegio cessante. C.vbi de crimi.agi oporteat Auth.qua in prouin nec in prætextu priuilegii flagitiorum crescit auctoritas. C. de priuile. schola,l.2. lib,12, & remissio peccatorum nõ

seruare interdictum in generale, vt dicũt iura duo proxima,aliàs posset illos punire sup.c.prox. cum publice delinquunt Item pro leuib. & minimis causis non possunt episcopi se intromittere,nec excommunicare eos, vel si aliquis illorum esset infamatus, non potest compelli vt se purget. Nam papa nihil aliud eis concessit, 40 nisi quod eos filios suos fecit, 4 sed in aliis cum publice delinquunt,non abstulit eis iurisdictionem,aliàs nihil aliud esset nisi dare materiam delinquendi. Et ꝙ possint puniri quando publice delinquunt, hic patet, & sup.c.proxi & hoc idem dixit Tar. Alii dicunt,quod nullo modo potest eos punire, & papa sibi hoc reseruauit, & hoc volunt sic probare: Papa bene scit,quod Templarii & Hospitalarii, & alii exempti semper sunt in aliena parochia, & scit quod delinquunt, & dicit quod non puniantur vt per iura patet in contrarium allegata:& quia si aliqui dicuntur curiales, puniũtur vbi 50 inueniuntur nisi sint in armata militia,quia tunc conueniuntur sub magistro militum, nisi habeant priuilegium imperiale.C. vbi qs de curiali vel cohortali, alia vel.condi. conue. l.2 & illustres non puniuntur, nisi sub iudicibus à principe spãliter deputatis. C. vbi sena,vel clarissimi.l.2.circa med.Io.distinxit 5 ita, si priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam: vt in cõtractu vel maleficio occidendo hominem, vel adulterando:tale delictum potest punire episcopus loci;quia si persona sit exẽpta,res tamen in q̃ delinquit,non est 60 exẽpta: & ita quasi rõne rei in qua deliquit, sortit̃ qs forũ & c.s̃ de fo cõpet.c vlt.si uero deliquit circa rem, exẽptã.puta male gerẽdo se in offõ suo, vel alienando res ecclesiæ,tunc à solo papa punit̃, qa in his exẽptus est. vbi.n.factũ eorũ ꝑiudiciũ affert non exemptis ibi bñ punit eps eos:secus si non tãgit, & hoc probatur satis ĩ.eo cũ capella.Si vero aliquid spãlius in priuilegiis suis inuenit̃,illud seruet̃, s̃ e.porro. Inn papa statuit, ꝙ exẽpti subsint ordinariis rõne delicti siue cõtract⁹, aut rõne rei, de qua ĩ ipsos cõmouet̃ & corã eis pñt conueniri;sed si delictũ cõmisũ sit in loco exẽpto siue cõtra qu⁹ initus;aut res litigiosa sit ĩ loco exẽpto;tũc nõ pñt conue-

† Alias ita: ipsi ibi ĩ ea: &c.

† Dictio:diuina.de est ĩ antiqorib.

1 De hoc articulo vide c.is q.đ sen. exc.li.6. vbi hoc diffinit.

2 Recte dicit gl. qa emãcipare, ꝓprie est à patris potestate liberare.

3 De hoc articulo ṗter. s an.& alios hic vide Archi. in c qđ interrogasti. 37. dist. vbi plene adde Spe in tit.de statu monachor.hic gl. corrupte legitur in vulgaris,restituta est ex manuscriptis codicibus.

† Suam legitur in vulgatis libris: ex antiquis tuã repositũ est.

4 Nõ est verũ:qa ꝑ hoc nõ essent exempti, sed priuilegiati ĩ.eo. si papa §. similiter. & de verbo. signi. veniẽs 1. rñ. lib 6. Io.Andr.

5 Hic & 6. q 3.ca.vl. & Gofr.hic, & Vincẽ.in secũdo appa. & Phili. Io. And.

conueniri coram ordinariis, 1 vt dr̃ in quadam constitutione Inn.iiij.eo.tit volentes [lib.6.]

a ¶ Pęna suspensionis.] s. officii & bñficii, & potest hoc referri ad factum, cum de iure sint suspensi, violando temere interdictū prout notatur s̃.de excessib. pla. c.vlt. in magna not. sed si scienter celebrarent post interdictū iuris, debent suspendi, & tunc proprie dicitur suspen di. B.

b ¶ Reducas.] i. ostendas illos ab eis non fuisse absolutos, hoc est sicut de facto fuerunt absoluti, ita de facto reducas illos in eandem sententiam.

c ¶ Nolum⁹ excusari.] sic s̃.eo.cū & plā are. §.pen. & su eo. c.pe.

Cvm olim.] Priuilegiū deperditū doc de perditione & e us tenore p testes, innouatur.h.d. Vel aliter, & sic Priuilegiū perditū de cuius veritate, & tenore, & pditione cōstat p testes, pōt innouari h. d. & est casus. nota. In prima parte ponitur processus narratio. In secūda definitio. ibi, Nos. Abb.

CASVS. Abbas monasterii Eugubiñ. olī priuilegiū Lucii præsentauit domino papæ petens illud innouari, episcopus Eugubinus contradixit, asserēs hoc in eius præiudicium redundare, pp quod priuilegiū nō extitit innouatū: tempore procedente abbas iterum constitutus corā papa procuratoribus episcopi præsentibus allegans se prædictum priuilegium Lucii papæ amisisse, petiit vt dñs papa faceret repeti testes sup amissione ipsius priuilegii & tenore: dñs papa commisit hoc Cardinali xii. Apostolorum, qui fideliter redegit inscriptis depositiones x. testium iuratorum: eis publicatis, procuratores epi petierunt indicias ad reprobandos testes abbatis: papa illas eis concessit, vt apud sedem Apostolicam probarent quæ vellent, vbi pars altera suos testes produxerat post hæc dominus. papa manifeste cognoscens, tam per depositiones testium, quam assertionem quorundam Cardinalium tenorem dicti priuilegii tandem fuisse, ꝙ cœnobium illud nullo mediante ad Romanam ecclesiam perti-

nebat, & ꝙ non liceret alicui epo contra monasterium illud, & eius capellas excommunicationes proferre, cum soli Romano Pontifici sit subiectum, & ꝙ nulla in eo diœcesani episcopi mentio habeatur, & præterea Abbas tempore Celestini ad pręsentiam eius accedēs, ipse inspectis priuilegiis ipsius Abbatis: ipsum (licet excommunicatus diceretur ab episcopo Eugubino) tamquam non ligatū admisit ad osculum pacis, quod non fecisset, nisi esset exēptis: istis omnib. consideratis, dominus papa decreuit priuilegium illud Lucii papæ, quod sine reprehensione bullæ chartæ, vel litteræ apparebat, quādo fuit ei ostēsum, illius fuisset tenoris cuius dicitur esse per depositiones testiū & Cardinalium assertionē. Not ꝙ innouatio priuilegii fieri nō debet, si contradictio sequatur; licet p illā innouationem nihil noui iuris acquiratur. Item amissio priuilegiī potest probari, & tenor ipsius. Item æquitas in iudiciis seruanda est, vt vtraque pars in eodem loco suos offerat probationes. Itē post publicatas attestationes testes pñt induci ad reprobationē testium inductorum. Item si Prælatus excommunicatū recipit ad osculum, per hoc pręsumitur, quòd non est excommunicatus. Item sententia à nō suo iudice non tenet. Item instrumētum in trib. præcipue repræhendi tur, in bulla, chatta, & littera.

d ¶ Locum.] quod postea fuit amissum, vt infra sequitur.

e ¶ Onus.] ideo enim isti apud sedem Apo. testes suos producere debent, quia pars altera suos etiam, ibi produxit, vt sic hinc inde seruetur æqualitas.

---

remedio præualente.

¶ Eos vero quos in prædicta ecclesia, lege tibi diœcesana subiecta, post īterdictum tuum diuina celebrare † cognoueris, eadē pęna suspensionis[a] inuoluens: in ea donec reconciliata fuerit, officia nō pmittas celebrari diuina: presbyteros etiā suspensos ab epis suis, & † per prædictos fratres ad officia sua temere restitutos in eandem sententiam suspensionis reducas.[b]

¶ Illos vero, quos ad respondendū aliis secūdum legem terræ, pro præmissa causa asserunt nō teneri, nolumus excusari,[c] qn eos ad respōdendū, sublato appellationis impedimento compellas.

¶ Idem Abbati & conuentui sancti Petri Egubiñ.

¶ Contenta in instrumento perdito probari possunt per testes, qui illud perlegerunt si deponūt de tenore, & quòd erat sine vitio. h.d. Et non est alibi casus ita clarus.

CAP. XII.

Cvm † olim essemus apud Perusium constituti, & tu fili Abbas priuilegiūm Lucii[d] Papę nobis præsentās postulaueris innouari, propter contradictionem Eugub. epi asserentis hoc in suū pręiudicium redundare, non fuit effectui mācipatum: & infra.

¶ Te igitur & præfati episcopi procuratoribus, in 10 nostra pręsentia constitutis, B.† Basilicę duodecim Apostolorū presbytero Cardinali dedimus in mādatis, vt super amissione, ac tenore priuilegiorū † testes reciperet quos duceres producendos, qui 20 fideliter redegit ī scriptis depositiones decem testium iuratorum, quorū depositionibus duplicatis, dicti procuratores ad producendos testes, per quos inductos à parte ad 30 uersa repellerēt, inducias postularunt; quas sub eo tenore illis duximus concedendas, vt apud sedem Apostolicam probarent, quæ vellent, vbi onus[e] probationis pars altera subiisset: & infra. † 40

¶ Nos vero tam per depositiones testium, quam assertiones quorundā fratrum[f] nostrorum liquido cognoscētes, talem dicti priuilegii fuisse tenorem: quòd videlicet cænobiū 50 vestrū nullo mediante ad Romanam ecclesiā pertineret: & quod non liceret alicui episcopo, eidem monasterio, & eius ecclesiis excommunicationem indicere, vt fra- 60 tres illic Domino seruientes ab omnium potestate liberi, Romanæ ecclesiæ libertatis gratia potirentur: & quod nulla in eis

---

[Glossa sequen. recitat per quæstionem: & solutionem.

f ¶ Fratrum.] istis non creditur tanquam testibus, cum iurati non fuerint: quia inducti non fuerunt in testes, sed quia ipsi viderunt priuilegium, credit eis papa tanquam fratrib. suis & honestis uiris: sed non probationem, sed præsumptionem inducunt, &

coadiu-

Host. remittit ad summam eo.tit. §.fi. Io. An.

† Celebrasse

† Aliàs ita: & prædictos fratres, &c. cæterū ex veterib lectio impssa reposita est & refer series ostēdit ita legi oportere.

† Ca.2.eo.ti. in 3.cōp. vide Bald in l. fi. C.de edē. Bar. tract de teste. Spe.ti. de leg §.superē. nu.17. adde doctores in l. vlt. C.de edi.diui Had.toll.

† aliàs P.

† aliàs priuilegii.

† Sub hoc §. paucula hæc cōtinent, videlicet Cæterū qm infdatū terminū, & receptū in pducēdis testib. defecerant, nos tā, &c.

coadiuuant testes inductos.

[G.se.in si arg. & remittit.

a ¶ Diœcesani.] & ideo nullum ius reseruauit ipsi episcopo in monasterio illo, ex quo uerbo plenæ exẽptionis continebãtur in priuilegio illo, ut su. patet, & argum. su. eo. recepimus.

[Glo. sequen. signat contrarium, & remittit.

b ¶ Non ligatum.] cũ non esset iudex suos su. de consue. ad nostram, & 2. q. 1. in primis, & sic ipso facto denũciauit ipsum nõ ligatum, & sic sententia a non suo iudice lata, seruari nõ debet sup. de iud. arg si clerici, argum. cõtra inf. de sent. excommun. cum desideres, §. 1. & cap. ultim. & capit. a aliquando, vbi de hoc.

[Glo. seq. no. ꝙ volens probare, & c solt cõtrarium de l fide possessione, & ponit dictã l. l. vlt. de fi. insti in princ & medio post prin. quærit de legato an possit, & soluit: quærit delegato qũo probetur perditio, & soluit. vbi argu. ad q. delegato.

c ¶ Sine reprehensione] hoc est notatu dignũ, ꝙ si aliqs vult probare amissionem instrumenti oportet ꝙ plura i probet, uidelicet tenorem instrumenti & ꝑterea ꝙ sit sine aliquo uitio. quo posset argui falsitatis vt hic patet & arg C. de fi. inst. l. vlt. Sed nũquid legatus põt ꝓbare pariũ ne amissione instrumenti suæ legationis? 2 Dico quod nõ, su. de offi. deleg cum in iure, argum. C. de mand. prin. l. vnica. quia non est aliquis ibi superior, coram quo fieret probatio, alias tamen si honestus & notus esset, potest & debet ei credi. arg 97 dist. nobilissimus. 1 Item quandoque sufficit probare tã tum amissionem instrumenti, licet alia ratio non probetur. C. de proba. si de possessione, sed hoc est in odium illius qui fuit instrumẽtum furatus. alias non sufficit probare solam amissionem, ut hic patet, & C. de testi. testium, in fin. Item si instrumentum fuit exhibitum in iudicio, & ei fides est imposita, si postea perdat, adhuc potest aduersarius instrumentum reprobare, præstito tamen iuramento, ꝙ malitiose hoc non opponat, C. de fid. instru. l. ult. Si quæras qualiter probatur perditio instrumenti: Dic ꝙ per iuramentum illius qui dicit, argum. prædic. l. pro. sic & amissio aliarũ rerũ probatur per sacrũ C. Vñ vi. si qñ, & su. quod metus cau c vlt. & 2. q. 1. i primis, & hæc eadem rõne vr, ꝙ si impetrasti litteras ad delegatos, & eas miseris, si probas amissionẽ & tenere lrarũ ꝙ fuerit sine aliqua falsitate, & sine uitio suspicionis. ꝑ legitimos testes, q discreti essent cognoscere lras de vitio falsitatis, posset dici quod postea possunt procedere, arg. huius decr. Ber.

† In plerisq; manuscrip. ita. C. papæ, ꝑ. n. i. Celestini Papę ꝑdecessoris nostri.

† Cathelemen.

† Cap 3. eo. ti. in 3. cõp.

1 Præter panor. & alios hic uide Al. cõs. 196. in c. viso testatio in 2. vol. Feli. in c sicut, su. de iureiu ran. et Doc. in authen. si quis in aliquo. Co. de eden.

2 De hoc ar. uide in terminis per Spe. in loco initio capitis citato.

mẽtio diæcesani [a] episcopi habebatur: illud etiam attendẽtes, quod cum tu fili Abbas tempore Celestini, † prædecessoris nostri ad ipsius præsentiam accessisses, ipse inspectis ecclesiæ tuæ priuilegiis, te (licet excõmunicatus ab Eugubiñ. episcopo diceres) tanquã non ligatũ [b] admisit ad osculum (ꝙ præsumitur nõ fecisse, nisi monasterium vestrũ cognouisset ad Romanã ecclesiã specialiter pertinere) Decernimus priuilegium illud Lucii Papæ, quod sine reprehẽsione [c] bullæ, chartæ uel literæ apparebat, quando fuit nobis ostẽsum, illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium & assertiones fratrum nostrorum noscitur extitisse.

¶ Idẽ Cathalã. † electo & abbati trium Fontium.

¶ Innouatio priuilegiorũ nouũ ius non tribuit, sed antiquũ conseruat. h. d. quo ad titulum.

CAP. XIII.

Ex † parte Abbatissę ac sororum Iotren. ecclesiæ extitit intimatum, quod Melden. eṗs commissionis occasione cuiusdam [per litteras †] ad iudices delegatos obtentæ, (in qua nulla mentio [d] habebatur de ipsarũ priuilegiis, quæ illas & earũ ecclesias, clerum & populũ Iotren. ad Apost. sedẽ nullo mediante spectare, declarẽt, quorũ ipse nõ erat ignarus [c]) eas incepit grauiter molestare, obedientiã ab ipsis, ac a clero & populo Iotr. subiectionẽ oĩmodã requirẽdo & inf.

¶ Verum cum iudices ipsas ualde grauarent ad appellatiõis beneficium conuolarunt, & infra.

¶ Sed iudices appellationi non deferentes nec fragilitati sexus compatientes earum, in Abbatissam excommunicationis, & in clerum & in populum Iotren. interdicti sententiã protulerunt. Sane cum nuntii Iotren. ecclesiæ prædicta & alia in nostra præsentia retulissent, priuilegium nobis Apostolicum ostenderũt per quod ecclesiã Iotrẽ. constabat ad Romanam

† Hę duę uoces, per lras desunt in antiquorib. codicib. & in omnib. Vaticanis.

Ex parte.] Primo ponitur appellatiũ qõ, priuilegii productio, & de ipsius innouatione decisa petitio. Secũda ibi. Nos ãt ipsius innouatio, & præstatio. Abba.

CASVS. Eṗ. Meldẽsis ĩpetrauit quasdã lras cõtra Abbatissã & cõuẽtũ Iotren. ecclesiæ ad quosdã delegatos, in quib. nulla mentio fiebat de priuilegiis monasterii, q̃ ipsum monasteriũ & eius ecclesias, clerũ & populũ Iotrẽ. declarant ad Ro. ecclesiã nullo medio ꝑtinere, quorum priuilegiorũ eṗs non erat ignatus corã q̃b. petebat eṗs obediẽtiã ab abbatissa & monialib. & a clero & populo Iotrẽ. subiectionẽ oĩmodã reqrebat: Sꝫ cũ iudices abbatissã & moniales, ualdẽ grauarẽt, ad sedẽ Apost. appellarũt, iudices nĩhilominus ĩabbatissã excõicationis, & in clerũ & populũ Iotrẽ interdicti snĩas ꝓtulerũt, post hæc nũtii monasterii ꝑdicta & alia corã dño papa retulerũt, oñdẽtes eidẽ priuilegiũ libertatis, & petẽtes illud priuilegiũ inouari: dñs papa ꝑ applicationẽ ꝑdictã, nũtios ꝑdictos diutius detinuit, tãdẽ cũ ꝓ altera parte nullus apparet, q defensaret eũdẽ priuilegiũ ecclesiæ Iotrẽ. cõcessum innouauit, ita tñ quod per talem innouationem ecclesię illi non plus iuris accresca tur, q̃ per priuilegia suorũ antecessorũ obtinuit, sed ius antiquũ conseruetur. No ꝙ a grauamine iudicum ꝑt appellari. Item fragilitati sexus compatiendum est. Item sententia lata contra priuilegiũ papæ non tenet, ut hic patet & in præcedenti c Itẽ sententia lata post appellationem ñ ligat, vñ papa istas sẽtentias omittit tãq̃ nullas. Item dña est inter excõicationem & interdictũ, qa excõicatio in personas dẽt ꝓferri, interdictũ in cõitatẽ. Item pendente cã põt peti innouatio priuilegii. Item innouatio priuilegii nouũ ius non tribuit, sed ius conseruat antiquum.

d ¶ Nulla mentio.] vnde uidetur quod literæ non ualebant, su de rescr. cum ordinem.

e ¶ Non erat ignarus.] vñ nõ uidebautur ualere literæ, cum ex certa scientia ueritas sit suppressa, & talis, quæ expressa litteras non habuisset, su. de resc r. super litteris. Vinc.

a ¶ Spe-

ecclesiam specialiter † [a] p tinere. ¶ Nos aũt eosdem nuntios propter appellationem prædictã diutius detinentes: quia tandem nullus apparuit idoneus responsalis, qui partẽ defensaret † aduersam, priuilegium Apostolicæ sedis ecclesię Iotren. cõcessum duximus in nouandum: [b] ita tamen, ut per innouationem ipsius, eidẽ ecclesiæ non plus iuris accrescat, quam per priuilegia prędecessorum nostrorũ obtinuit, cum per hoc nõ nouum ei concedere, sed antiquum [c] ius conseruare uelimus. †

¶ Idem Colubrien. † epo.

¶ Ecclesia utẽs duplici priuilegio exemptionis licet succumbat ex uno, potest nihilominus ex alio se tuare, & obtinere, nec tenetur exemptus promittere obedientiam diœcesano: uigore tamen exemptionis non potest sine licentia diœcesani ecclesiam construere in loco non exempto, & si exemptus de facto in loco non exempto construit ecclesiam, cedit iuri episcopi.

CAP. XIV.

ij Cvm † olim propter quęstiones, quas ad uersus priorem & canonicos monasterii S. Crucis habebas, pro quib. ad audientiã nostram fuerat appellatum, [d] moram feceris

a ¶ Specialiter pertinere] Et ita sñiæ non tenuerunt, tũ quia post appellationẽ, tũ quia spãliter sedi Apo. subiectæ sunt, t sic su c prox de relig. do. cũ dilectus. vñ papa omittit alias sñias tanquam nullas, ut sup c. proxi.

b ¶ Innouandum] Si prædictum fuisset tali innouationi, papa nõ statim innouasset, su. e. c. prox.

c ¶ Sed antiquũ ius] Not. ergo, ꝙ per innouationem nihil iuris acquiritur, sed antiquum reseruatur, ar. di præceptis. & su de confir. vti. vel inuti. dilecta. & inf. eo. quia intentionis.

ij Cvm olim.] Habet multa dicta: Prima pars narrat factum; Secunda ponit diffinitionem, ibi, Iudices, Tertia petitionẽ monasterii contra sententiam, ibi, Tandem. Quarta ponit sẽtentiã papæ & primo interlocutoriam, ibi, Nos igitur. Secundo diffinitiuam, ibi, Distinguentes. Abb.

CASVS. Concilium generale reuocat priuilegia quattuor patriarchaliū sedium, statuendo, vt post Roman. ecclesiam, quæ inter alias obtinet principatū, Constantinopolitana primum locum obtineat, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum: seruata cuilibet propria dignitate. ita quod postquam Prælati illarum a Romano pontifice pallium acceperint, præstito sibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, & ipsi postmodum pallium suis suffraganeis largiantur, recipientes pro se obedientiam canonicam, & pro Romana ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Secundo dicit, quod ante se faciant crucem ubique deferri, nisi in urbe Romana, & vbicunque summus pontifex præsens fuerit, aut etiam legatus utens insigniis Apostolicæ dignitatis. Vltimo dicit, quod in omnibus prouinciis eorum iurisdictioni subiectis, ad eos cum necesse fuerit appelletur: saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis; quibus est ab omnibus deferendum. Not. quod dominus papa est iudex ordinarius singulorum. Item pallium est signum plenitudinis potestatis pastoralis officii. Item suffraganei tenentur præstare iuramentum obedientiæ & reuerentiæ patriarchæ. Item minor iudex non potest exercere iurisdictionem suam præsente maiore. Item ad Patriarcham potest appellari omissis mediis, & hoc intellige de his, qui sunt eius iurisdictioni subiecti. Item omissis omnibus mediis potest appellari ad papam.

†De patriarcharum prærogatiua dignitate & numero uide plene p Barth. Cassaneū in catal. gloriæ mūdi par. 4 cōside 9. ad de N. cola. Boetium in tra. de auctorit. magni cōsilii n. 30 & seq. ver. secundum, locum.

g ¶ Renouantes.] vigesimasecunda distinct. renouantes.

[Glo. sequen recitetur per contrarium de decre. cognoscentes, & c. soluit, quod illud regulare casualiter fallit, & ponit & exponit uersus. per quos sex casus comprehendit.

a ¶ Alexan-

a ¶ Alexandrina secũdum:].s. post Constantinopolitanam, & Constantinopolitana primum: s. post Romanam. olim vero Alexandrina fuit prima post Romanam: vt 22. dist. renouantes, & hic priuata fuit iure suo sine culpa, quod esse non debet regulariter. s. de const. cognoscentes, & s. de eo qui cogno. cõsang. vxo. suæ. discretione. &c. vlt. & 16. q. vlt. in uentum & 56. dis. satis peruersum. hoc tamen non fit sine causa, vt hic non conte. quoniã. §. 2. quod fit pluribus modis. Vnde versus.

Paupertas, odium, vitium, fauor, & scelus, ordo,
Personas spoliãt, & loca iure suo.

Vnde propter paupertatem vniuntur 1 duæ ecclesiæ, vt vnus sit sacerdos vtriusque, 10 q. 3. vnico. cum vtraque cõsueuit suum habere proprium, propter odium, vt 70. dis. neminem 16. q. 7. decernimus. Propter vitium, vt sup. de cle. ægro. tua. Propter fauorem, vt hic, & 22. dist. renouantes. Et ꝓpter vim seu fauorem consecrationis, 14. q. 5. cõperimus. Quandoque etiam fauore religionis. s. de eccles. ædific. ad audiẽtiam, Propter scelus ẽt puniuntur illi, qui nõ peccauerũt. 25. q. 2. ita nos ꝑꝑ ordinẽ priuatur dñs ser uo suo. 54. dis. ex antiquis. & cap. frequens. Qñque propter defectu sacramenti. 34. dis. si cuius & cap. lector.

politana primum, Alexã drina [a] secundũ, Antiochena tertiũ, Hierosolymitana quartũ locum obtineat. Seruata cuilibet ꝓpria dignitate: ita quod postquam antistites earũ a Romano Põtifice receperint pallium (quod est plenitudinis † officij põtificalis insigne) præstito sibi fidelitatis & obedientiæ [b] iuramẽto, licenter & ipsi suis suffraganeis palliũ largiãtur: recipientes pro se professionem [c] canonicã, & ꝓ Rom. Ecclesia sponsionẽ obedientiæ ab eisdẽ. ¶ Dominicæ † vero Crucis uexillũ ante se faciãt vbiq; deferri nisi in vrbe [d] Romana: & vbicunq; summus Pontifex præsens extiterit: aut eius legatus vtes insignijs Apostolicæ dignitatis. ¶ In oĩbus autem prouinciis eorundẽ iurisdictioni subiectis, ad eos, cum necesse fuerit, prouocetur: Saluis appellationibus ad sedẽ Apostolicam interpositis: quibus est ab omnibus [e] humiliter deferendum.

¶ Idem † in eodem.

¶ Priuilegium religiosis concessum, vt possint sepelire cõfratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus qui licet maneant in seculo, obtulerunt se tamen ordini mutato habitu seculari; vel de illis, qui bona sua eis dederunt vsufructu retento. hoc primo. Priuilegium religiosis concessum quo eis euenientibus ad locũ interdictum semel in anno aperiantur ecclesia, vt celebrentur in eis diuina, intelligitur, quod vna tantum sola ecclesia aperiatur in loco. hoc secundo.

CAP. XXIIII.

Vt priuilegia, quę q̃busdã religiosis Romana concessit Ecclesia, permaneant inconcussa, quędam ĩ eisdẽ duximus

dam regularibus concessit quædam priuilegia, sed quia ipsi fines priuilegiorum suorum excedebant, ea minus bene intelligentes, papa ea in concilio generali declarat qualiter sint intelligenda, ne illa per istam trahantur ad abusum: quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Secundo ponit verba priuilegiorum. Concessum est ab ecclesia Romana quibusdam regularibus s. Templarijs, & Hospitalariis, vt his, qui fraternitatem eorũ assumpserint, non negetur ecclesiastica sepultura, nisi sint excommunicati, vel nominatim interdicti: Si forte ecclesiæ ad quas pertinẽt, fuerint interdictæ, ipsos quoque confratres quos ecclesiarum Prælati apud ecclesias suas nõ permiserint sepeliri, ipsi ad ecclesias suas deferant tumulandos, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti: Declarat hic papa de quibus confratribus sit intelligendum, s. de illis, qui adhuc morantur in seculo, & eorum ordini sunt oblati mutato habitu seculari, vel de his, qui sua bona eis dederant inter viuos, retento sibi quãdiu vixerint vsufructu: isti quidem sepeliantur apud ecclesias ipsorum regularium, vel apud ecclesias aliorum non interdictas, si ibi elegerint sepeliri: Si enim de quibuslibet confratribus ipsorum fraternitatem assumẽtibus intelligeretur, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis, nimium vilesceret ecclesiastica disciplina: tamen & ipsi certam obtinent remissionem ab Apostolica sede concessam. Vltimo ponit alium articulum, in quo excedebant fines priuilegiorum suorum: Continetur enim in priuilegio ipsorum, vt si quis fratrum ipsorum pro colligendis eleemosynis ad aliquam ciuitatem, castellũ vel vicum aduenerint, si forte locus ille a diuinis fuerit interdictus, in eorum aduentu semel in anno aperiantur ecclesiæ, vt exclusis excommunicatis & interdictis, diuina officia celebrentur: Verba illa, aperiãtur ecclesiæ semel in anno: sic debent intelligi, vt vna tantum ecclesia eiusdem loci semel in anno aperiatur: quia licet dictum sit pluraliter: aperiantur ecclesię, non tamen de qualibet ecclesia eiusdem loci intelligẽdum est: ne si hoc modo intelligeretur, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti: qui uero cõtra istas delarationes quicquam sibi vsurpare præsumpserint, graui subiaceãt vltioni. No quod priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Item aliquis habet habitum monachalem, non tamen est monachus. Item vilescere non debet ecclesiastica disciplina. Item pluralis locutio exponitur de vno.

b ¶ Fidelitatis & obedientiæ.] Sic ergo Patriarchæ, & illi qui nullo medio subsunt dño papæ, iurant ei fidelitatem & obedientiam: vt hic dicitur, & s. de iureiur. ergo N. sic & suffraganei suo metropolitano obedietiã & reuerentiam præstare debent, secundum, quod isti præstant papæ. sup. de ma. & obe. c. dilecti.

c ¶ Professionem.] id est obediẽtiam & reuerẽtiam. s. de simo. ne Dei ecclesia, ad quam non tenentur exempti episcopo diœcesano, cum illud sit contrariũ libertati. sup. eo. cum olim. 2. in fi. Ber.

[Gl. seq arguit & signat contrarium.

d ¶ Nisi in vrbe.] Argu. ꝙ minor non potest exercere iurisdictionem præsente maiore. 21. distin. denique. & 95. dist. presbyter. ff de offi. procons. l. vl. 2. & sup. de offic. lega. volentes. Arg. contra 95. dist ecce. & 11. q. 1. peruenit, C. de dona. in hac sacratissima.

e ¶ Ab omnibus.] hoc est priuilegium Apostolicæ sedis, vt omissis omnibus possit appellari ad ipsã, vt hic innuitur, & 2 q. 6. ad Romanam. Sic etiam intelligitur quod dicit imperator, quod habet similia priuilegia cũ Romana ecclesia. 2. in Auth. de eccl. tit. in princ. coll 9. & 65. dist mos antiquus.

Vt priuilegia.] Diuiditur vt in rubro Secũda pars: ibi, [Illud.] Ab. CASVS Romana ecclesia quibus-

† Vide c. cũ sis. s. de auc. & vsu pal.

1 De hoc arti. vide cõci. Tri. citatũ in c. sicut vnire s. d excessib. præla. & late ibidẽ per doc.

† Vide clemen. vlt tit. de priuileg.

2 Proconsul portã Romę ingressus deponit imperiũ. Io. And.

† Idẽ. s. Inn. 3. in eo cõci. Lat. c. 57. & c. 7. eo. tit. in 4. comp.

a ¶Intellecta.] Qui malitiose priuilegium principis interpretatur, infamis efficitur, C. de legi. & const. l. 2.
b ¶Non negetur.] Ex hoc loco patet, quod tempore interdicti denegatur ecclesiastica sepultura, ex quo per priuilegium istis conceditur, sup. eo. cum & plantare, §. quod si. 1 Be.

interdicta, nunquid praescribitur contra illos: videtur quod sic. s. e. accedentib. ubi isti Templarii produnt istud priuilegium, quia non sunt usi isto spatio xl. ann. ar. ff. de nudi. l. 1. Sed contra 3. credo in casu isto, quia non nocet eis. Sed nunquid de auctoritate episcopi posset aliquis celebrare in ecclesia interdicta ab episcopo: Videtur quod sic, eadem ratione. De hoc dixi sup., de appellat ad haec.

1 Idem ar. ex decre. de pe ni. & remis q. 1 in te. tibi de hoc, in 3 gl. in concil. Viē de sepulturis, eos q. Ioan. And.

c ¶Mutato habitu seculari.] Ita quod habitus illos distinguat ab habitu seculari, licet ex toto non habeat habitum monachalem ar. 33. q. 5. quod Deo pari. & talis largo modo ecclesiastica persona censetur. 28. q. 1. vt lex. & 12 q. 1 duo.
[Gl. sequens querit, arguit, & soluit.
d ¶Pro duob.] Quid si medietatem bonorum darent, nunquid dicendi sunt fratres? non, nisi maiorem partem. ar. ff. de contrah. emp. in modicis, quod non credo, etiam si daret totum, dum tamen non se reddant: quia res, & non persona, sunt accessoriae. Ber.
[Gl. se. recit per quod an relaxetur interdictum, &c. & ponit duas op. Secundo querit, arg. pro, soluit contrarium, Tertio quaerit, ar. pro & remittit.
e ¶Semel in anno.] Sic patet, quod in ecclesia interdicta celebratur, & canonice, quia tunc de speciali priuilegio relaxatum est interdictum non sublatum: unde idem interdictum manet, non nouum creatur argu. ff de pœn. sed si manet te. & 24 q. i. Achatius & 12. dist. praeceptis. Sed videtur potius ut dicit Vincen. quod interdictum non relaxetur, 2 sed in ecclesia interdicta celebretur de licentia papae s. e. petistis, in fi. nec tunc committit contra interdictum. Sic aliquis potest praedicare & loqui excommunicatis de his quae pertinent ad correctionem eorum, nec incidit in excommunicationem, inf. de sen exc. 1. responso. & c. cum voluntat. in prin. & semel tantum in anno hoc eis licet, & non pluries, vt hic patet. Sed si centum annos steti sset quod non venissent ad ecclesiam istam, quod saepe fuit

† Oblati, qui dicantur, tradit copiose Couarruuias in c. alma mater. de sent. exc li. 5 in 2. par. relectio. §. 2. circa finem.
2 De hoc articulo praeter tradita hic per doct. vide no. in ca. ad haec quoniam, sup. de app.

declaranda, ne minus sane intellecta [a] pertrahantur ad abusum, propter quem possint merito reuocari: quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

¶Sane quibusdam regularibus, Apostol. sedes indulsit, vt his, qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsan ecclesiae ad quas pertinent a diuinis offic. fuerint interdictae, ipsosq. mori contingerit, sepultura ecclesiastica non negetur, [b] nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti: Suos quoque confratres, quos ecclesiarum Praelati apud ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati, uel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad ecclesias suas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratrib. intelligimus, qui uel adhuc manentes in seculo eorum ordini sunt oblati † mutato [c] habitu seculari uel eis, qui bona sua dederant inter uiuos, retento sibi (quandiu in hoc seculo uixerint) usufructu, qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium uel aliorum non interdictas ecclesias, in quib. elegerint sepulturam, ne si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumentib. fuerit intellectum, pro duob. [d] aut trib. denariis annuatim, sibi collatis, dissoluatur pariter & uilescat ecclesiastica disciplina, certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab Aposto. sibi se de concessam. ¶Illud etiam quod huiusmodi regularib. est indultum, ut si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates siue collectas, in quamlibet ciuitatem, castellum uel uicum aduenerint, si forte locus ille a diuinis offic. sit interdictus, in eorum iucundo aduentu semel in anno [e] aperiant ecclesiae, ut exclusis excommunicatis, diuina ibi officia celebrent: Sic intelligi uolumus, quod in eadem ciuitate, aut castro, aut uilla, una tamen eccl. eiusdem ordinis fratrib. semel (ut dictum est) aperiatur in anno. Quia licet pluraliter [f] dictum sit, quod in eorum iucundo aduentu eccl. aperiantur, non tamen ad ecclesias eiusdem loci diuisim, sed praedictorum locorum coniunctim sano referendum est intellectu: ne si hoc modo singulas eiusdem loci uisitarent ecclesias, nimium vilipendi contingeret sollam interdicti. Qui uero contra declarationes praedictas quicquam sibi usurpare praesumpserint, graui subiaceant ultioni.

¶Idem in eodem.

¶Tempore generalis interdicti, episcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti, clam celebrare possunt, & hodie istud non est priuilegium episcoporum, sed commune, ut in c. 1. de sent. exc. in 6. & ibi plene habetur, an & quando, & qualiter possit celebrari tempore interdicti.

CAP. XXV.

Quod † nonnullis est religiosis indultum, fauorem pontificalis officii ad episcopos extendentes, concedimus, ut cum commune [g] terrae interdictum

[Gl. se. no. quod non semper plura, & c. signat contrarium, & remittit.
f Pluraliter.] No. quod pluralis locutio non semper infert suas singularitates 4. sic 1. d. oes leges, sic s. de app. significauit. su. de pbe. cum a dudum, sic 2. q. 1. in primis. ibi, alii accusatores, ff. de conditi. & demonstrationibus, falsa §. si quis legauerit, & ff. de statu homi. l. sum ma Arg. contra sup. de rescri. olim. De hoc plura argumenta inuenies. supra de rescrip. c. secundo.

Quod nonnullis] Diuiditur, quia primo ponit priuilegium. Secundo ponit exceptionem ibi, [Nisi.] Tertio denunciationem ibi [verum.] & hoc cap. nihil hodie habet.

CASVS. Quibusdam regularibus concessum est, vt cum commune terrae fuerit interdictum, diuina possint officia celebrare ianuis clausis, & voce suppressa, & non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis, in fauorem pontificalis officij concilium extendit hoc ad episcopos, nisi eis expresse fuerit inhibitum: verumtamen hoc illis conceditur, qui causam aliquam non praestiterint interdicto nec aliquam fraudem ingesserint cum tale compendium ad iniquum dispendium trahi non debeat Not quod occasio iuris ad iniquum dispendium trahi non debet.
g ¶Commune terrae interdictum] Interpretationem huius uerbi habes infra de verbo signifi. cum in partibus.
[Glo. seq. in princ. & fin. dupliciter expo. illud, quandoque, in medio quaerit. & sol.

3 Hinc notat Pauor. non currere praescriptionem, contra priuilegium, de quo vide Oldradum consil. 172.

4 Quando pluralitas resoluatur in singularitates, vide Iasonem in l. quis, in fine, C. de pub. & alios sub & in l. Gallus, 3. si is, ff. de liber. & posth.

† Inno. 3. in concil. Later. ca. 58 & c. 3 de sen. in 4. cop.
† De materia huius ca. 6 de ca. alma mater. de sen. exc lib adde Nauarrum in Manuali. c. 27 ti. de interdicto, & Syluest. in summa, verbo, interdictum 5.

Quan-

a ¶ Quandoque.] Per hoc videtur quod sæpius possint quam semel in anno, vt sit priuilegium episcoporum maius quam priuilegium præcedentis ca. sed diuersa sunt priuilegia episcoporum & illorum, hoc enim intelligitur de ecclesijs sibi subiectis, sed præcedentes in ecclesia una tantum semel in anno celebrare possunt, & expone, quandoque idest, quãdocunque. Vel dic, quod cum illud priuilegium generale sit in parochia alterius episcopi, poterit episcopus celebrare sicut in sua, si alius episcopus hoc permiserit. Sed nunquid canonici possunt interesse cum episcopo? nõ: ita q ce lebrent principaliter cum ipso more solito, licet intersint ut audiant sicut alii extranei, qui non sunt interdicti: cum ipsi canonici non habeãt priuilegium, ne per hoc vilescat rigor, su. c. prox. vel potest exponi, quãdoque. i. nõ semper, quia ex tali celebratione oriretur scandalum, non debe rent semper celebrare, sed aliquando: ita quod non esset scandalum.

[Glo. seq. reci per q. & ponit opi. quam reprobat.

† Hæc duo verba, doli vel, desunt in antiquorib. codicib. Gregorianis, et in oĩbus Vatic. sũtũ in cõc. et in recentiorib. exemplaribus.

fuerit, excõmunicatis & interdictis exclusis, possint qñq; [a] ianuis clausis suppressa voce, & nõ pulsatis cãpanis, diuina celebrare officia: Nisi & hoc ipsis expresse fuerit interdictũ. ¶ Verũ hoc illis cõcedimus, q cãm [b] aliq̃ nõ pstiterint interdicto, nec quicq̃ [doli † vel] fraudis ingesserint, tale cõpendium ad iniquum [c] dispẽdium pertrahentes.

¶ Honorius iij. archiepis. & episcopis, in quorum diœc. monasteria & Prioratus Cluniacẽ. monasterio subiecta consistunt.

¶ *Priuilegia non sunt uiolanda etiam indirecte. h. d. generaliter*

CAP. XXVI.

QVanto amplius, & j. ¶ Sane dilecti filij abbas & cõuentus Cluniacen. grauem nobis queri-

moniam obtulerunt, q q dã uestrum & vestrorũ officiales, cum eos & sui ordinis monachos non possint excommunicationis, & interdicti proferre sententias, eo q sup hoc Apostolicæ sedis priuilegijs sunt moniti, in eos, qui molũt in molendinis, uel coquũt in furnis eorum, quicq̃d vendendo seu emendo, aut alias eis communicãt sententias proferunt memoratas, & sic Apostolicorũ priuilegiorum non vim & potestatem, sed sola verba [d] † seruantes, dicti ordinis monachos quodãmodo [e] excõicant, dum eis alios cõmunicare non sinũt. Ex quo illud etiam euenit inconueniens, ut ipsi monachi quantum ad hoc iudicentur iudicio Iudæorum: [f] & qui eis communicãt in prædictis, maiorem ex-

quodammodo excommunicant, dum eis alios cõmunicare nõ sinunt, & sic q̃tũ ad hoc Iudæorum iudicio iudicant: & q cõicant illis, maiorẽ excõicationẽ incurrunt, q̃ qui excõicatis participant: pp q monachi Cluniacen. de pdictis Prælatis grauiter dño papæ sunt cõquesti. vnde mandat vniuersis & singulis pdictorũ, quatenus sñias in fraudẽ priuilegiorũ Apostolicæ sedis de cætero non ferant: quia si sup hoc ad ipsũ querela peruenerit, promulgatores taliũ sñiarũ seueritate debita castigabit. No. q nõ tm̃ uerba sed vim & ptãtem priuilegiorũ legis & canonis, seruare debemus. Item fraus legi vel canoni fieri nõ dẽt: qa nihilominus incidit in legem.

[Gl. seq. alle. multa iura, q mẽs ppõderet verbis, exponit litterã & ar. cõtra ciuitates, &c. & fi. ipsius, & gl. vlt reci. per quęst.

d Sola verba.] Et male certe: qa cõsideranda est mens potius, q̃ verba, nam verba deseruiũt intentioni, & non econuerso, j de ver. sig. intelligentia, & 1. q. 1. Marcion. & ff. de leg. & senatus. scire leges, & potior est mẽs, quã verbum docentis, ff. de supel. leg. l. [Labeo. in fi. & ar. ff. de fun. instr l. cũ de lanionis, § asinã, in fi. Et in testamento consideratur potius mens testantis quã uerba ff. de leg. l. pe Et in cõtractib. potius inspicitur volũtas quã verba C. q̃ res pig. ob. non pos. l. pen. & non tm̃ uerba edicti seruãda sunt, immo sñia potius, ff. de l. & senat. contra legem. Hic non seruabant uim & ptãtem verborum, ut vr̃, quia indirecte uidebantur excõicari, ex quo subtrahebatur cõio aliorũ, sic iudæi excõicantur, su. de vsur. post miserabilẽ, & c. quãto, & su. de iudæ. Iudæi, & c. ad hæc, & c. si Iudæos, in fi. & sic indirecte faciebant contra priuilegia papæ: unde pcipitur, q decætero hoc non faciãt: ubi aũt res dubia esset, potius seruanda sunt uerba edicti. ff de exerc. l. 1. §. si is qui. Et est decr. iste contra ciuitates, quæ quandoque consimilia faciunt contra ecclesiasticas personas, & sic uiolant ecclesiasticam libertatẽ, et tales sententiæ non ualebant, nec timendæ erant, sed quod ad factum tantum refertur, quia contra priuilegia papæ, supra de exces. prælat. cum ad quorundam.

† pro intellectu huiu' tex. uide tradita per Barto. et alios recentiores in le. non dubium C. de legibus declarãt qd sit facere cõtra legẽ, et facere in fraudẽ legis, et comittere in legem.

† De ordine Cluniacens. et eius origine et antiquitate, uide Cassaneũ in catalogo gloriæ mudi p. 4. consideratione 31. et 55. adde Ol. consil. 204. et Bellamet. consi. 32.

b ¶ Causam.] per hoc dñt quidam, quod illi qui non deliquerunt, nec aliquã causam dederunt, ut poneretur interdictum, licet forte in loco interdicto interesse non debeant diuinis cum illis, qui priuilegium habent, tamen extra terram illã bene possunt audire diuina, & percipere sacramenta. Credo q non debeant admitti ad aliqua officia vel sacramenta, vt ipsi per hoc citius inducantur ad satisfaciendum, & ut sententia magis timeatur: quia qui suspensus uel interdictus est in vna ecclesia, in omnib. est interdictus vel suspensus, hoc expresse dicitur in tex. & in gl 4. q. 5. quisquis, & ar. bonũ ad hoc inf. de pęni. & remis. q in te. vbi de hoc no. in fin. Bern.

c ¶ Iniquum.] Nota occasionem iuris ad iniquum dispendium trahi nõ debere, C. de vsuca. pro empt. cum qui. sic de translat. inter corporalia. a contrario sensu. & 45. dist. licet 2.

QVanto.] Priuilegiati, quod excommunicari nõ possunt ab ordinarijs, non debent excommunicari etiam indirecte. h d. specialiter. In prima ponitur quæstio: In secunda prouisio: ibi, [Nolentes.] Abb.

CASVS. Abbas & conuentus ordinis Cluniacen. sunt exempti: unde cum epi & archiepiscopi in quorũ diœcesi commorantur, eos excommunicare vel interdicere non possint, in eos, qui molunt in molendinis eorum, vel coquunt panem in furnis ipsorum, & qui uẽdendo vel emendo, aut alias eis communicant, excõmunicationis, & interdicti sententias proferũt, & sic non vim & potestatem priuilegiorum Apostolicæ sedis, sed sola uerba seruantes, monachos dicti ordinis

e ¶ [Quodammodo.] quasi diceret non uere excommunicabant illos, sed subtrahebant alios, ab eorum communione, et ideo excommunicati videbantur, qa excommunicatio 1 est a fraterna societate separatio, 3 q. 4 Engeltrudam. et sic quodammodo excommunicabant eos. Bernard.

f ¶ [Iudicio Iudæorum.] In hoc uidetur iudicari iudæorum iudicio, quia cum ecclesia excommunicare iudæos 2 non possit, quia nihil ad nos de his qui foris sunt, 2 quæst. 1. multi, quandoque

excommunicantur Christiani communicantes eis, vt supra dictum est, ita isti cum non possent istos excommunicare propter priuilegium, excommunicabant cõmunicantes eis.

a ¶Maiorem excommunicationem.] Qui enim participat excõmunicatis, excommunicatus est minori excommunicatione, 11. q. 3 cũ excommunicato, & supra de excep. a nobis. Sed isti qui participant istis monachis in prædictis, erãt excommunicati excommunicatione maiori & ita maiorem excõmunicationem incurrebãt, quã alias participando excommunicatis.

[Glo. seq. fortificat tex. & ponit & exponit iv. modos fraudãdi legem.

b ¶In fraudem.] Et sic patet, quod si non possunt illos excõmunicare, nihil facer debent, per quod ad idẽ redeant, quia si denegatur eis una uia, denegata intelligitur & alia, supra de purgatione. Si ergo isti in fraudem priuilegiorum non sunt excõmunicãdi, sicut nec in fraudem canonis aliquid faciendũ est, sup de cõces. præb. cõstitutus, nec in fraudẽ legis, ff. ad Mace. l. 4 §. is aũt. Vnde not. quod quatuor modis fit fraus legi, siue canoni: De persona ad personam, ut si uxor uelit donare uiro, uel econuerso, cum non possit, supra de do. int. Vi. & vx. c. vlt. & supponit aliam personam cui donat, nõ ualet donatio, ff. de do. inter vi. & vx hæc ratio, § non tantum, 46. dist sicut non suo. De re ad rem: prohibitum est ne filiofam. pecunia mutuetur, si tamẽ aliquid in fraudem factũ fuerit, puta, dedisti frumentum, vel aliud consimile, qđ venderet, ut pecuniam haberet, fraus fit legi. ff ad S. C. Maced sed Iulianus, § mutui, alias : nc. p. t, Item si filius, & l. 4. §. 1. & in usura 14. q. 4 plerique, & 1 q. 1. sunt nonnulli. De contractu ad contractum, ut puta vxor non potest donare uiro, ut dictum est, vult ei uẽdere, ut sic hoc modo possit donare, non ualet, ff de do. iur. vi. & vx. si spõsus. §. circa, sic 19. qõ. 3 si sacerdotes. Item de contractu ad contractum, alio tamen modo quam supra, vt cum mulier pro alio fideiubere non possit, principalem se facit debitricem: hoc nõ ualet: quia facit in fraudem legis, ff. ad S C. Velle quamuis, § si cum essent. Et sic patet, quod q facit in fraudem legis, contra ipsam legem uidetur facere, ff de le. contra legem, & l. seq unde tales sententia in veritate non tenebant, ut hic patet, quia papa non mandauit eos absolui. B.

1 Quot modis fiat fraus legi, pter gl. & Doc. hic, vide Bald in l non dubiũ C. de l. & late p Ancha. in repe c ca nonũ statuta sup. de cõst.

communicationẽ [a] incurrant, qua etiam excommunicatis communicando fuerint incursuri.

¶Nolentes igitur hęc crebris ad nos clamorib. iam perlata vlterius sub dissimulatione trãsire, vobis vniuersis & singulis mandamus, quatenus huiusmodi sentẽtia in fraudẽ [b] priuilegiorum nostrorum de cætero non feratis, qa si sup hoc ad nos denuo clamor ascenderit, nõ poterimus conniuentibus oculis pertransire, quin promulgatores taliũ sententiarum seueritate debita castigemus.

¶Idem V. quondã Anglorum Reginę illustri.

¶Qui in habitu & tonsura, & cæteris, ut laici conuersantur, deprehensi in maleficiis se pro clericis non defendũt.

Ita communiter summatur.

CAP. XXVII.

Ex †parte tua fuit propositum, quod nõnulli litterati, quos nec habitus nec tonsura clericos profitetur, in terra tuæ iurisdictioni subiecta degẽtes, cum deprehendũtur in aliquibus foris factis, [c] † ut iurisdictionem tuam eludãt, & debitam pro delictis ultionem euadant, assumunt, seu etiam resumunt tonsuram abiectam, seu habitum clericalem, licet ante pso laicis ab omnib. haberentur. ¶Ne igit tonsura, uel habitu sic resumpto, malitia foueat, si tuã iurisdictionẽ exerceas in huiusmodi delinquentes, q sine tonsura & habitu in delicto [d] fuerint deprehẽsi, ęquanimiter duximus tolerãdum, cũ maximus

ⱻX parte.] Istud habet uarios intellectus, & potest sic summari. Sola assumptio vel reassumptio tonsuræ post delictum commissum, non facit delinquentem haberi pro clerico. uel sic: Si post clericarum assumptum immiscuit se clericus enormitatibus, & diu in illis perseuerauerit dimissis habitu & tonsura, & in delicto deprehenditur, non poterit se defendere pro clerico, quo minus puniatur per secularem iudicem, & iste intellectus est aliquantulum periculosus, sed potest procedere secundum vnam opinionem, de qua in cap. perpendimus, de sent. excõ. Diuiditur. In prima enim parte ponitur quæstio. In secunda prouisio. Secunda ibi, Ne igitur. Abbas.

CASVS. Indistrictu reginæ Anglorũ erãt qdam litterati, quos nec habitus nec tõsura clericos ostendit, sed cũ ipsi dephẽduntur in aliquibus maleficiis, ut iurisdictionem reginæ deludant, & pęnam debitam pro delictis euadant, resumunt tonsuram abiectã, & habitum clericalem, q antea pro laicis ab oĩbus habebãtur: Regina significauit hoc dño papæ. Rñ. ei papa, quod si suam iurisdictionẽ in huiusmodi delinquentes exercuerit, qui sine tonsura, & habitu in delictis fuerint dephensi, æquanimiter sustinebit: cum malitiis hominum nõ sit indulgendum, nec rõ iura nec habitu sicre sumpto, ipsorũ malitia foueri dbeat. No. q qu tõsura & habitu dimissis i delictis deprenduntur, amittunt priuilegium clericale, & pñi puniri sine pęna excommunicationis. Item malitiis hominum non est indulgendum: sed potius obuiãdũ.

c ¶Foris factis.] id est maleficiis: simile uerbum habes supra de præscrip ad audientiam.

Glo. seq. signat contraria, quia delictum uel secularis habitus non tollit priuilegium, soluit.

d ¶In delicto fuerint deprehensi.] Sed vr contra, q licet clerici in delict fuerint deprehensi, non tñ capi uel detineri pñt sine licentia prælatorum suorum, nec puniri præter pœnã excõicationis, inf. de sent. excom. vt famæ Item cõtra vr infra de sent. exc. si uero, & c. in audientia ubi clericus hẽt priuilegiũ, & si sæculariter uiuat, su. de ui. & ho. cle. c. vlt Dicas, q non contradñt illa, qa loquunt in eo casu, cũ certũ erat illos esse clericos, vnde sẽper retinẽt priuilegium, nisi post trinam admonitionem fuerint incorrigibiles, vt dicit illa decre. in audiẽtia, hic aũt loquitur de his, qui p oĩa tanq laici in oĩb. & ab oĩb. habebantur, vt hic dr, & malitiose assumebant tonsurã, vel si aliqñ fuerant clerici, nõ constabat, & sic ipso facto priuilegio renuntiauerũt clericali, sic su. de cle. coniug. c pen. vnde hic nulla poterat fieri admonitio: ideoq. de fraude vel de malitia sua cõmodũ reportare non dñt, nec incurrũt excõicationem, qui tales puniunt, vt hic patet, quia in delictis deprehendebantur, vñ hoc ipso amittebant priuilegium, inf de sent excõ. cum non ab homine, & ca per pendimus. 2 Contraria intelliguntur qñ contempto habitu incedunt vt laici, nec deprehẽdunt in delictis.

a ¶Malitiis.]

† De materia huius c. u. de late per Couarr. in practicis quæstionib. c. 32. † De voce, forisfactis, eiusque significatione pter glo. hic vide notata in cap. ad audientiam, de præscrip. † Reliq partes huius decretal. su. de magist & ne clerici vel monachi, ca. super specula.

2 Secundum illam decretalẽ põt hæc intelligi tm Philip. 10.

a ¶ Malitiis] Sic ff. de rei uend. in fundo, ff. de rescriptis. plerunque, & c. sedes, & sup. qui matri accus. poss. significante. B.

SVper specula.] Prima ponit prohibitionis rationem: Secundo prohibitionem: Tertio pœnam contrafacientibus. Secunda ibi. Firmiter. Tertia ibi, Et qui. Abb.

CASVS. Quamuis ecclesia sæcularium legum non respuat famulatũ, quæ imitantur vestigia æquitatis: tamen quia in Francia, & in multis prouincijs, laici nõ vtuntur legib. Romanorũ imperatorum, & raro ecclesiasticæ occurrũt causę, quæ nõ possint per canones expediri, vt plenius sacræ paginæ insistatur, firmiter prohibet dominus papa, ne Parisiis, vel in ciuitatibus seu aliis locis vicinis, aliquis docere vel audire ius ciuile præsumat: & q contra fecerit, à causarum patrociniis interim excludatur, & per epm loci excõicetur. Nota ꝙ ecclesia approbat leges, & eis vtitur. Item magis est insistendum sacræ paginæ, quam aliis scientiis. Itẽ arg. q ratione vicinitatis sẽtit qs cõmodũ vel incõmodũ.

† Reliquæ partes huius decretalis s. ne magist. & ne clericiuel monachi. c. sup specula.

† Quatenus glo. & Doct. hic q̃rũt an oSs subsint Imperatori, uide late p Cass. neũ in catalogo gloriæ mundi par 5 cõsid 28 & Coua. ĩ regula pec catũ par. 2. § 5.

b ¶ Non respuat famulatũ.] sup de op. no. nun. c. 1. & 10. dist. lege Imperatoru, & c. si in adiutorium.

c ¶ Nõ vtuntur] cum tamen ab omnibus debeant obseruari C. de ll. leges. & l. leges sacratissimæ. & licet àb omnibus de facto non seruentur, quia non subsunt Imperatori: de iure tamen debent subesse, & præcipue isti, quibus prohibentur, 11. q volumus & dominus totus mundi est, ff. ad leg. Rhod. de precario, & 7. q. 1. in apibus.

† Quæ loca dicantur uicina præter notata hic, uide gl. cum ibi notatis in c. felicis, de pœnis li. 6. adde Ale. cõsi. 22. li. 4.

† Baion.

[Glo. seq. notat quòd ratione vicinitatis, &c. signat contrarium.

d ¶ Locis vicinis] & ita ratione vicinitatis sentit quis commodum vel incommodum, de pœn. dist. 1 sed & continuo. & 44. dist. § 1. & ff de contrah. emp. quod sæpe. §. vlt & 17 q. 4 si quis contumax arg contra, quia lupanaria non infamant castitatem, 32. q 5. tolerabilius. Bern.

QVia intentionis.] CASVS. Dominus papa innouauerat priuilegium cuiusdam monasterij constituti in diœcesi Baiocen. episcopus Baiocen. dubitauit, vtrum per talem innouationem iuri episcopali sit derogatum, quæsiuit a domino papa, an ei præiudicaret: Respondet ei papa, ꝙ innouatio ius nouum non confert, nec tollit vetus: vnde vult eum esse in eo statu, quo erat tpe innouationis impetratæ, sed per hoc nõ intendit papa iuri aliàs competenti eidem monasterio præiudicium generari. Nota, quod innouatio priuileg j nihil noui iuris tribuit, nec ius vetus tollit. Item papa non intendit per litteras suas alicui præiudicium generare.

¶ Idem.

¶ Parisiis & in locis vicinis ius ciuile legi non debet.

CAP. XXVIII.

SVper† specula: & ĩfra. ¶ Sane licet sancta Ecclesia legum secularium respuat famulatũ,[b] quæ ęquitatis & iustitiæ vestigia imitantur: quia tamẽ in Francia, & nonnullis prouinciis, laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur:[c] † & occurrunt raro ecclesiasticę causæ tales, quæ nõ possint statutis canonicis expediri: vt plenius sacrę paginæ insistatur, & inf. ¶ Firmiter interdicimus, ne Parisijs, vel in ciuitatibus seu aliis locis vicinis[d] † quisquam docere vel audire ius ciuile præsumat: Et qui contra fecerit, nõ solum à causarum patrocinijs interĩ excludatur, verũ etiam per episcopũ loci excõicationis vinculo innodetur.

¶ Idem episcopo Baiocen. †

¶ Innouatio priuilegii ius nouum non inducit, sed vetus conseruat.

CAP. XXIX.

QVia intentionis nostrę & infra. ¶ Cum innouatio, † nec ius nouum[e] conferat, nec etiam tollat vetus, te in eo statu esse volumus in quo tẽpore impetratæ innouationis dinosceris extitisse. Cæterum nullum per hoc intendimus iuri alias eidem monasterio competenti, præiudicium generari.

¶ Idem.

¶ Priuilegiati vt vbique possint cum altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia Prælatorum.

CAP. XXX.

IN his, † quę ad cultum[f] diuinũ facere dinoscũtur, nõ maligna, sed benigna esset potius interpretatio facienda. Vñ mirari cõpellitur, ꝙ cum fratribus Prędicatoribꝰ, & Minoribꝰ duximus indulgẽdũ, vt vbicunq, fuerint.

[Glossa sequen ponit duo similia, & causam quæ per confirmationem accrescit.

e ¶ Nouum] Sic patet quòd innouatio priuilegii nihil noui confert sic supra de confer. vti. vel inui. cum dilecta, & supra eo ex parte abbatissę. 12. distin. præceptis. si. 24. quæstio. 1. Achatius sic per protectionem non diminuitur ius episcopi, supra eod. ex parte tua. sic & confirmatio in forma communi obtenta, supra de conces. præben. quia diuersitatem. Quandoque tamen per confirmationem, aliquid iuris accresci, quia trãsactio, quæ erat personalis, per confirmationẽ fit realis & perpetua: vt supra de transact. veniens & c. r.

† Doct. in c. fi. s. de fide nst. & in c. Albericus, & in c. significauit. de testib.

IN his.] Primo ponit exordium, & facti narrationem: Secundo prouidet, & rationem reddit: ibi, Cum autem.

CASVS. Fratres Prædicatores & Minores impetrauerunt indulgentiam à domino papa, vt vbicunque fuerint cum altari viatico valeant celebrare sine præiudicio iuris parochialis: quidam Prælati nimis stricte illam indulgẽtiam interpretantes dicebant quod per illam indulgentiam prædicti fratres præter assensum Prælatorum hoc facere non possunt, vnde non permittunt eos celebrare secundum illam indulgentiam: Cum autem sine indulgentia fratres prædicti possint de Prælatorum licentia celebrare, nihil eis conferret: Mandat dominus papa cuidam episcopo, quatenus interpretatione huiusmodi reprobata, dummodo abstineant ab iniurus aliorum, datam licentiam prædictis fratribus debeat publicare: ita quod dicti fratres ex indulgentia ipsa aliquam uideantur gratiam consecuti Not quod ea quæ cultum diuinum respiciunt, benigne sunt interpretanda. Item beneficium principis late est interpretandum. Item induagentia, siue priuilegium, sine alterius iniuria concedi debent. Item indulgentia, siue priuilegium sic debet intelligi, vt aliquid conferat, alias delusorium esset.

† Gl. & Do. in c oñi. de priuil. lib 6. & Syluest in sũ. uerbo. altare, q 6.

f ¶ Ad cultum diuinum.] De his, quæ ad cultum diuinum relinquuntur in testamento, ipsius fauore non detrahitur quarta, 1 supra de testam. c. vlt.

1 Epalis uel parochialis, ut ibi. Ioan. And.

a ¶ Sine præiudicio.] & ita in præiudicium alterius non damt priuilegium graue: sic supra de vsu pal. ex tuarum, sup. de ecc. ædi fi. ad audientiam. 2. ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. si quis à principe. & ff. de admi tut. impuberi. 1 & C. de eman. lib. nec auus, & C. de præcib. impe. off. quoties, & inf. c prox.

b ¶ Nimis stricte.] qđ esse non debet, quia principis priuilegiũ latissime interpretandum est, inf. de verb. sign. olim. & ff. de const. prin. l vlt. & 2. q. 3. c. si quem, §. notandum, in fi. nec nimis large interpretari debet, sup. eod. vt priuilegia. ibi, aperiantur ecclesiæ. & illud verbum non ita large accipitur, vt ibi dicitur.

c ¶ Publicare.] vt nullus possit per ignorantiam excusare, sup. de postu. c. 1 & 16 dist. ꝙ dicitis, & 12 q. 3. qui & humanis, ff. de insti. sed & si, § pro scribere.

d ¶ Ex indulgentia.] Indulgẽtia .n. semper debet aliquid conferre, vt hic patet. & C. de thesau. l. 1. li. 10. & ff ad municip. l. 1. & ff. de leg. 1. si. quando & ff. de vsu. & habit. diuus. & potius laborandum est, vt res valeat, quam vt pereat. sup. de fi. instru inter dilectos. & inf. de ver. sign abbate. ff. de reb. dub. quotiens, 2. & ff de act. & obliga. quotiens, & ff. de reg. iur. in contrahenda. alias delusoria esset indulgẽtia Principis. Ber.

1 Priuilegiũ quo miles restari põt quõ vult respicit bona nõ tutelas filiorũ, qa illę fiunt iure pꝛię ptãtis, nõ pmio militari, & priuilegium litũ ad alienã iniuriam porrigi non oportet. Io. And.

sine parochialis iuris pręiudicio,[a] cũ altari valeãt viatico celebrare: quadã nimis stricte[b] interpretãdo indulgẽtiam nostram, nitũtur asserere, quod p eam prędicti fratres præter Prælatorũ asséſum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare iuxta indulgẽtiã Apostolicã nõ permittunt. ¶ Cũ autem nihil eis cõferret memorata ĩdulgẽtia, sine qua id prælatis annuẽtibus liceret eisdẽ: Fraternitati tuę mãdamus, quatenus ĩterpretatione huiusmodi reprobata, dũ tamen ab alijs, quæ iure parochiali proueniũt, prorsus abstineant, datam eis sic licentiam celebrandi, auctoritate nostra nõ differas publicare:[c] ita ꝙ dict. fratres aliquã ex ĩdulgentia[d] nostra videatur in hoc gratiam cõsecuti.

¶ Gregorius IX. maioris ecclesiæ & Christianitatis Decano, & archidia. Lincon.

¶ *Priuilegium de decimis nouarium non soluendis, non comprehendit decimas tempore priuilegij impetrati possessas ab alijs; nisi de possessione vlterius in priuilegio fiat mentio.*

CAP. XXXI.

Dudum inter Prioré, & conuentũ de Bute † ex parte vna, & Priorissã & moniales de Cãpesse ex alia, super decimis lite mota; & infra. ¶ De cõsilio fratrum nostrorum decernimus, iuri prædictorũ prioris & cõuentus super decimis noualium,† in quarum erãt possessione tẽpore illo[c] quo indulgentiæ † Apostolicæ impetratę fuerũt a parte altera de decimis noualium non soluẽdis, non debere per eas non facientes[f] de hoc aliquã mẽtionem, præiudicium generari.

¶ Idem.

¶ *Confratres priuilegiatorum nisi se ad eos in totum transtulerint, ad episcopalia iura tenentur.*

CAP. XXXII.

Quidã †(sicut asseris) in priuilegiatorum fraternitate recepti, nolunt tibi de iuribus epali bus rñdere: Verũ quãdiu hmõdi fratres moram[g]

Dvdum.] In prima ponitur facti narratio: In secunda decisio ibi, De consilio. Abbas.

CASVS. Inter Priorem & conuentum de Butele ex parte una, & priorissam & moniales de Campesse ex parte alia, coram iudicibus quæstio super decimis noualium uertebatur: Lite pendente coram iudicib. moniales impetrauerunt indulgentiam super decimis noualium non soluendis, nullam de lite mota in indulgentia mentionem facientem, per quam indulgentiam uolebant repellere priorem & conuentum a lite: dubitabant iudices, quid iuris esset: papa de consilio fratrum suorum decreuit iuri prædictorum fratrum per indulgentiam illam non facientem mentionem de lite mota, nullum præiudicium generari super decimis noualium non soluendis, quas possidebãt tempore indulgentiæ à parte altera impetratæ. Not. ꝙ litteræ siue indulgentia super re litigiosa impetratæ de lite mota non facientes mentionem, non ualent, nec impediunt processum iudicis: quia tacita ueritate sunt obtentæ. Et sic nota, quod papa cõcedendo alicui indulgentiam seu priuilegium, non intendit alium lædere.

[Glo. seq. reddit rationem litteræ, & arg à contrario.

e ¶ In quarum erãt possessione tempore illo.] Si enim possidebant decimas illas iure suo tanquam sibi debitas, priuilegium super his obtentum, siue indulgentia non valet, quæ absorbet ius alterius, C. de pre Imp. off. quotiẽs. 2 quia contra ius est, C. eo. tit. rescripta. 25. q. 2. rescripta. ac si lite pendente fuissent impetrata: quare non valẽt, sic s̃ de testi. cãm quæ. in Auth. ne ĩ medio litis fiãt sacræ formæ, aut sacræ iussio. §. si vero, coll. 8. & s̃. vt lite pend. c. vlt. sic priuilegiũ obtentũ tacita compositione nõ valet, su. de decim. ex multiplici sed super illis de quib. nondum fuerãt in possessione, valebãt, à contrario, sẽsu vt sic aliquẽ fructum habeãt ex talib. indulgentiis: alias inutiles essent: vt su c. pximo.

f Non facientes] Vnde per surreptionem obtentæ fuerũt, & talẽ videlicet, quæ si expressa fuisset, eas non habuissent, & maxime si læderet Prior & cõuentus, su. de rescr. super litteris, inf. de verb sign. si quid per nouale, & ita indulgẽtia nõ ualet tacita ueritate, sicut nec rescriptum, vt in c. sup litteris. sic & priuilegiũ non ualet, nisi faciat mentionem alterius priuilegii sup. de præscript uenięns. Et sic patet, ꝙ papa cõcedẽdo indulgentiam seu priuilegium nõ intendit alium lædere: ut s̃ c. proxi. ubi de hoc inuenies cõcordãtias.

2 Vide in c̃ causam, statim alleg. & per gl. ul. Io. And.

† Aliàs đ Buten.

† Nouale ager est nunc primũ praecisus. c innouatę. inf. de uerb. sign. & ibi late Doctor.

† Hinc nota ꝙ qui pleno iure nõ sunt oblati, non gaudent priuilegio illorũ, in quorũ societate sũt recepti.

Qvidam.] Cõis diuisio: Scđa pars: ibi. uerum Abb.

CASVS. Quidam priuilegiati, ut templarii & Hospitalarii: quosdã receperunt in fraternitatẽ ipsorũ, ꝑꝑ ꝙ nolunt diœcesano epo de iurib. epalib respõdere: dicit papa, ꝙ quãdiu fratres isti morã faciunt in domib. suis diœcesanos eos cõpellat ad iura sibi integraliter persoluẽda. No. ꝙ nõ sufficit receptio priuilegiatorum ad eui tãda iura epalia, nisi recepti ad priuilegiatos trãseant.

[Glo. seq. inducit tria similia, ad primum & ultimum inducit contrarium.

g ¶ Morã.] Et ita non sufficit sola receptio, nisi sequatur translatio plena, sic 21. q. 2. si qs iã translatus Sicut nõ dr̃ qs esse de numero militũ, priusquã sit inter eos numeratus, ff de test. ex eo tpe. Et sola rõ possessionis non est idonea ad munera iniũgẽda, ff ad munic libe. §. sola. sic & miles pmeatu accepto si remaneat ĩ domo sua nõ hẽt priuilegiũ, ff. ex qb. cau. mai. l miles. At cõtra, ff. de bon poss. ex test. mil. l. unica, ĩ fi ubi dr̃, ꝙ priuilegiũ militis hẽt, qui nondum peruenit ad milites.

Per cl-

a ¶ Persoluenda.] Sic s. eo. cum & plantare, § pen. sic s. eo. ex parte, & s. eo. de ma. & obed. per tuas.

Consultantem.] Primo ponit dictum. Secundo rationem Secunda ibi, cum alias. Abbas.

CASVS. Aliqua terra de nouo redacta est ad culturā per aliquos religiosos, de noualib. decimas non soluentes, de qua non extat memoria, quod culta fuissent: dubitatur an perpetuo illa dici debeat noualis, quo ad decimas nō soluēdas? Rñ. Papæ, quod perpetuo terra illa deat censeri noualis, quo ad immunitatē de decimis non soluendis, alias cōtingere posse aliquā indulgentiam de noualib. plus eis dispēdij, quam vtilitatis afferre. No. quod semel est nouale, semper erit nouale quo ad immunitatē de decimis nō soluēdis. Et sic nota hic argu. quod principium considerandum est. Ite ar. quod ex quo res semel est priuilegiata, semper est priuilegiata, quia priuilegia perpetua sunt.

b ¶ Non extat memoria.] j de ver. sig. quod per nouale.

Gl. seq. aperit dubitationem, & elicit duo argumenta.

c ¶ Perpetuo dēt.] Sic ergo patet quod ex quo fuit semel nouale, semper erit nouale quantum ad hoc, quod decimæ non soluātur de tali terra. Hæc videbatur forte dubitatio, si post longa tpa, quę sufficerent ad præsumptionem canonicam, debet talis terra dici nouale, vt postea censeretur iure cōi cum aliis, vt decimæ postea soluerētur, quod hic determinatur. Et est arg quod principium considerādum est, sup. de censi. sciẽtes, s. de cle. dudum. in quibus de hoc. Item arg. quod ex quo res est semel priuilegiata, semper erit priuilegiata. Priuilegia enim perpetua sunt. 25. q. 2. cap. 1. & 2. nisi perdantur: quia illi, quibus concessa sunt, eis non vtuntur, 1. sup. eo. accedentibus & c. si de terra.

d ¶ Indulgentiam. Isti enim habebant priuilegium de non dandis decimis noualium vnde dubitabant, vtrum lapsu temporis redirent illa noualia ad ius commune cum aliis terris: quod si esset, contingere posset, quod plus dispendii consequerentur ex illo nouali quam vtilitatis: puta per magnas expensas, quas facerent in reducendo terram illam inutilem ad culturam.

† Alias, noualis, vt hic agnoscit Hostien.

1 Vel ab vtūtur, s. eo. tuarū idē in aliis casib. no. de deci. suggestum, in 1. gl. io. And.

in domibus suis fecerint, eos compellere poteris ad dicta iura tibi integre persoluenda.[a]

Idem Arelaten. capitulo.

¶ Quo ad priuilegium retentionis decimæ semel nouale semper est nouale.

C A P. XXXIII.

Consultationi vestræ breuiter rñdemus, quod terra, de qua nō extat[b] memoria, quod aliquando culta fuisset, redacta per religiosos viros nouiter ad culturā, perpetuo[c] dēt quo ad immunitatē de nō soluēdis decimis noualium † iure censeri. Cum alias nonnunquā contingeret indulgentiam[d] de noualibus plus eis dispendij, quam vtilitatis afferre.

TITVLVS XXXIIII.

De purgagatione canonica.

DE PVRGATIONE CANONICA.

¶ Supra uisum est de uariis delictis tam prælatorum, quam subditorum, uerum quia infamati ex delictis, qui conuinci non possunt, debent compelli ad se purgandum, ideo subiicitur ista rubbrica.

De hac materia tractatur 3. q. 5. per totum, & 15. q. 5. De secunda parte tractatur 2. q. 5. consuluisti. § hoc autem, usque ad fi. quæstionis.

Nobilis.] Duæ sunt partes: Secunda ibi. si autem. Abbas Siculus.

CASVS. Statuit concilium Tributieñ. quod nobilis hō, vel ēt ingenuus accusatus fuerit in synodo, & crimen negauerit, deficiente accusatore, cum 12. hominib. ingenuis se expurget, si de hoc fuit infamatus. Secūdo dicit, quod si ante fuit depræhēsus, aut in furto, aut in periurio, aut falso testimonio, vlterius ad iusiurandū non admittatur, sed ei sicut qui ingennus non est, purgatio indicatur. No. quod dephensus in furto, periurio, aut falso testimonio ad iurandū vlterius nō admittitur. Et sic est arg. quod psumitur contra aliquē ex antecedenti vita. Item arg. quod propter crimen perditur nomen dignitatis.

¶ Ex concilio Agathẽ. †

¶ Infamatus fide dignus per iuramētum se purgat: alias secus, & censetur non idoneus enormiter peccans.

C A P. I.

Nobilis † homo, vel ingenuus,[e] si in synodo accusat[9] crimen negauerit, si[f] fidelē eum esse sciuerit,[g] cum duodecim[h] igenuis se expurget.[i] Si autē antea deprehēsus fuerit ī furto,[k] aut periurio[l] aut falso testimonio, non admittatur ad iusiurandum: sed ei (sicut qui ingenuus[m] non est) purgatio indicatur.

¶ Ex concilio Agatheñ.

¶ Infamatus tertio monitus se non corrigens, vsque ad purgationem ab officio debet suspendi.

e ¶ Ingenuus.] Ingenuus est, qui statim vt nascitur liber est. Insti. de inge. in princ. & dr hic ingenuus, qui aliàs non est nobilis, vt differat sic ab eo quod dicit, nobilis.

f ¶ Fidelem.] id est fide dignum, qui de facili non deieraret.

g ¶ Sciuerit.] Ipsa synodus, vel aliàs extra synodum iudex.

h ¶ Duodecim.] Hoc intellige, si visum fuerit iudici quod tot habeat, quia numerus compurgatorum arbitrarius est. argum. supra eod ex tuarum, & 2. q. 5. omnibus.

i ¶ Expurget.] intellige de eo, qui infamatus est.

K ¶ In furto.] Qui enim condemnatus est uel pactus de furto, infamis est ff. de his qui no. infam furti. § pactus, & l. 1. quare ulterius ad iuramentum non admittitur.

l ¶ Periurio] periurus non admittitur amplius ad iurandum, ut sexta quæstio. prima, quicunque: & 22. quæst. quinta, paruuli, quia præsumitur contra ipsum ex antecedenti uita, artic. 2. quæstio. 1. in primis, ad fin. ff de accu. si cui, & ff. de re mili. non omnes §. a Barbaris. Idem est de eo qui falsum tulit testimonium qui periurus est & in tribus peccat. supra de crim. fal. cap. 1.

m ¶ Ingenuus non est.] Argument. quod propter crimen perditur nomen dignitatis, sicut per monachatum amittit 2 quis nobilitatem, vigesimaseptima quæstio. secunda, scripsit. unde priuilegio ingenui gaudere non debet, qui ingenui mores abiicit, infra de senten excommun. in audientia, & supra de uir. & honesta. cleri. capitul. ultim. & supra de cler. coniug. capitul. penultim. & supra de aposta. capitulo primo. & supra ne cler. uel monach. capitulo secundo, expurgauit, ergo se quasi seruus uel libertinus ad arbitrium iudicis, & aliter quam ingenuus.

† Referunt Burchar. lib. 16 dec. c 19. & Gratia. siue palea 2. q. 4. c 15. & hr c. 1. tit de purgation e vulgari, in j compil.

† In cōc iliis impressis ex. suo ne additur hoc decretum concil. Agathẽsi.

2 Hūc articulum late disputat And. Tiraq. tract. de nobilitate. c. 26 adde Ro. Ling. 37. incip Vtrū nobilis p ingressum.

SI quis.] Suspectus qui tertio monitus se non corrigit, cum possit, ab officio suspenditur Abb.

CASVS. Statuit concilium Agathen. vt si presbyter fuerit infamatus negligens famam suam, episcopus populum iuramento seu banno Christianitatis astringat, vt eius infamiam patefaciat. qua patefacta si accusator defuerit, episcopus illũ seorsum admoneat: & si nõ correxerit, adhibeat duos vel tres: & si se non emendauerit, eps eum publice admoneat: & si sic no curauerit se corrigere, ab officio suspẽdatur vsque ad debitam satisfactionem, ne populus in eo scandalũ patiat. No. ordinem per istã decretalem, qualiter Prælatus procedere debeat contra subditum infamatum, antequam eum ab officio suspendat.

† Obserua hic ordinem fraternę correctionis, de quo plene B Th 2 2 q. 33. ar. 3 45. & seq.

f ¶ Non erat illi indicenda.] quia nec probatione opus erat, 2. qõ. 1. de manifesta. sup. de accu. euidentia.

†Cõcor. l. 2. & ibi Bart. C. de ędi. & ꝓc. ꝑdic. fis. gloss. ord. & idẽ in l. plata C. de ien. & int. omn. iu. l.

2 De hoc 2. q 2. in sum. Io. Ane.

†Prę sumpserunt in. uulgatis, sed in antiꝗorib. manuscriptis, ꝑsũpserint.

†Alias, ipsarum.

3 De materia notorij, ꝗd sit, & quar in delictis notoriis sit procedendũ, vide plene per Cy Sal. & alios in l. ea quidẽ, C. de acc. & ꝑ Iul. Clarum in pract. cri. §. fi. q. 9.

† publicatũ.

tia, citatio tamen facienda est, 24. q. 4. de illicita, & 2. qō. 1. Deus omnipotens, & sententia proferenda, ut hic dicitur. & sup. de app cum sit Romana, c de manifesta. Nec requiritur purgatio, vt hic, quia illa non habet locum nisi cum factum dubium est deficientibus accusatoribus & testibus, ut supra patet in multis ca. nec probatio, ut 2. q. 1. Deus omnipotens, & cap. scelus, de manifesta. Et sic patet, quod in notori, s quantum ad sententiam tantū aliquæ sunt partes iudicis: Quandoque tamen recipiuntur probationes ex abundanti, sup. de elec. bonæ, 1. 24. q. 1. pudenda, in fi. & ff. de manu. causam. in prin. nihil. n. tā indubitatū est, q̄d non recipiat quandā sollicitam dubitationem 4 in Authen. de tabell. in medi. collat 4.

4 Licea vere cētiudex, ne dubiū ꝓ notorio recipiat, de app. ꝯsuluit 1. ſm Ho. Io. And.

5 Nec iuuat quo minus alia sit pstā da ēt si nulla pstita fuisset ſm Inn. & Host. Io. And.

[Glo. seq. notat, si gnat contrarium, ponit opin. & sol.

a ¶ Apud bonos, & graues.] No. quod dicit, apud bonos & graues fuerit infamatus, per hoc videtur ꝙ non refert vndecūque orta fuerit infamia, ex quo apud tales iam laborat, sufficit ad purgationem indicendam, 24. q. 3. ecce, & sup. eo. accedens. Arg. cōtra. sup. de accus. qualiter & quando & 11 q. 3. in cunctis, 2. q. 5. omnibus. Per hæc iura secundo inducta dicūt quidam, quod si infamia orta sit a vilibus & ęmulis, non compellitur, ad purgationem Alii dicunt (quod uidetur verius) quod ex quo aliquis infamatus est apud bonos & graues, compelli debet ad purgationē, ne apud illos incredibilis remaneat ꝑ iura primo inducta & 2. qō. 5. oīb. &c. qualiter & qñ. non ꝯtradicit.

† Vide Bart. in l. j. § accusationis, ff. ad Senatusc. Turpilli. vbi citat hūc tex. in pulchro casu.

ues [a] super prædictis criminibus, uel ipsorum altero infamatum: purgationem ei canonicam indicatis: non obstante, quod coram prædicto electo dicitur se purgasse: cum iudicibus delegatis, non debuerit ordinarius [b] purgationem indicere infamato.

¶ Idem.

¶ Non sufficit prælato de criminibus infamato, iurare cū se purgat, quod sit immunis ab illis criminibus, sed iurare debet quod post suam promotionem illa crimina non commisit.

CAP. XVI.

Accepimus † literas, quibus nobis intimare curastis, [c] quod Apostolico mandato super indicēda purgatione archiepiscopo Bisuntin. recepto, ipsū citastis. ut decuit, qui ad diem præfixum comparuit coram uobis, † iuramentum purgationis offerens sub hac forma: uidelicet, quòd immu- 10 nis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat: & infra.

¶ Ipse vero ad præsentiā nostram accedens, humiliter supplicauit, vt saltem 20 super purgatione incontinentiæ dignaremur temperare rigorem: quia non deberet asserere, quòd à natiuitate [d] sua nunquam passus fuerit lapsum carnis. Porro cum ab eo non credatur exactum fuisse huiusmodi iuramētum, potius 30 forte præsumimus, [e] quod alia de causa volebat sub præscripta forma iurare: videlicet, quod immunis erat ab illis criminib. de quibus fuerat infamiatus, tanquam dimissis per pœnitentiam iam esset immunis ab il- 40 lis: sed hoc iurare non paruæ temeritatis existeret: cum B. Iob dicat: Etiam si simplex fuero, nec ipsum

papa mandauit quibusdam, ut super prædictis se purgaret coram ipsis: recepto mādato ipsum citarunt ad pñtiam suam, ipse ad diem comparens, purgatio nem obtulit sub hac forma, videlicet, quod erat immunis ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat, sed iudices talem purgationem admittere noluerunt, significantes hoc dño papæ, ipse uero ad Aposto. sedem accedēs, proposuit, quod ipsi uolebāt, ut assereret. ꝙ nunquam a natiuitate sua passus fuerit lapsum carnis: vñ petebat quatenus saltem super purgatione incontinentiæ mitigaret rigorem: sed Papa non credidit, ꝙ sub illa forma exactum fuisset iuramentum ab ipso, sed potius, præsumit, ꝙ alia de causa sub illa forma se purgare volebat: videlicet. ꝙ immunis erat ab illis criminib. tanq̄ dimissis ꝑ pniam iam esset immunis ab illis: Sed hoc iurare temerarium erat cum ēt B. Iob. dicat: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat aīa mea: vñ Papa ꝑscriptā formā ſm quam iurare volebat, reprobat, vt pote ī discretā, & ineptā, mādās pdictis iudicib. ut si voluerit & potuerit se purgare, ſm hanc forma se purget, s. ꝙ illa cria grauiora. s. simoniā, vēditionē iustitiæ, & incōtinētiā, de q̄b. extitit infamatus, iuret se nō ꝯmisisse, postq̄ fuit in archiepm assumptus & ꝯpurgatores iurēt ꝙ credunt illū verum iurasse, quo facto illū dimittāt in pace: alioqn 50 ipsum ab eccl'a Bisuntina dēant remouere. No. formā, ſm q̄ infamatus de crīnib. dēt se purgare. Item licet qs pñtiā de commissis receperit, adhuc nescit vtrū peccata sint ei dimissa: & in hoc est argm̄, ꝙ licet quis hēat remissionem vnius anni: aut ēt totius tpis pniæ sibi impositæ, nihilominus ieiunare tenetur. Item non licet vendere iustitiam.

† Corā nobis legit in pleri sq; codibus series indicat legē dū corā nobis.

b ¶ Non debuerit ordinarius] cum causa illa delegatis iudicib. commissa fuisset: & sic episcopus nullam habebat iurisdictionem quantum ad causam ea pendente, uerum purgatio tanquam a suo iudice indicta non ualet, sup. de consuet. ad audientiam, cum suis ꝯcor. & sup de off leg. licet. & ita purgatio minus iusta non facit fidem, 5 sup. eo. ex tuarum, nec etiā delegatus ipsam tenetur audire, quia eo omisso accessit ad ordinarium, ff. de arb. sed & si. §. vlt. & l. seq. immo vr̄, quod talis causam perdere debet. C. de asser. tollē. l. 1, §. vlt. & arg. sup. de præscrip. ex tenore.

Accepimus. Quattuor sunt partes. In prima iudicū consultatio super forma purgationis, quam purgandus offerebat. In secunda ibi. ipse uero, ipsius purgandi supplicatio. In tertia ibi, porro ipsius formæ reprobatio. In quarta ibi, ideoque. causæ commissio cū expressione debitæ formæ. Abb.

CASVS. Archieps Bisuntinus infamatus erat de simonia, de incontinentia, & quod iustitiam uendebat:

c ¶ Curastis.] De isto Bisuntiñ. habuisti, vt credo, s̄. de accus. licet, & ibi commisit papa inquisitionem contra ipsum, & eidem iudicib. scribit hic. Ber.

d ¶ A natiuitate.] Immo sufficeret, ꝙ post baptismum 60 illud vitiū nō cōmiserit, ēt si taliter se purgare dēret, 25. dist. c. vlt. sed hodie rigorib. canonis non seruatur, quia defectus nostri corporis districtionis illius nō patit manere cēsurā, 34. di. fraitas. Et sine vitio carnis pauci inueniunt 50. di. q̄a sanctitas tua, qa difficile e ſi ꝯtinere, 33. q. q. sitit, quare dicit Papa, ꝙ non creditur ab eo taliter iurm exactum, quia nec debuit, vt patet, j.

[Gl. seq. arguit.]

e ¶ Præsumimus.] Ar. ꝙ ea q̄ dubia sunt quo aīo fiant ī tutiorē partē faciēda est interptatio, 1 j. de reg iu. c. 2. ff. eo. ti. ſgin dubijs, & l. ea q̄. Verbū illud, ꝙ erat immunis

1 De hoc vide B. Th. & ibi plene Caiet. 2. 2. 1. 69. art. 4

manis,dubiū erat,vt patet iō Papa interptatᵉ illud ī se curioré partē,quia sic iurare fatuū esset,vt sequitur.

[Gl.seq.signat contrarium,& soluit.

a ¶ Ignorat anima mea.]Et ideo semp debet timere: quia bonarum mentium est, ibi culpam timere, vbi etiam culpa nō est.s. de obseruat.ieiu. cōsilium,§.2.& 5.dist. ad eius vero.quia si dixerimus ꝙ peccatum nō habemus, veritas in nobis non est,de pen. dist.2.si enim inquit vbi sunt verba Iob.ꝯtinentia hanc sententiam.Et sæpe dimisso peccato alicuius punitur ille post peccatū dimissum,de peni di. l.si peccatum, & du biam purgationē volebat subire, quasi anceps periuriū. quod fieri non debet, ff.de in li.iur.videamus.& ideo papa talē reprobat purgationem tam quam ineptam & dolosam.Contra. sup.c. constitutus.huic stan dū est, & expone ibi à crimine immunis, id est nō commisit illa crimina, de qbus ī famatus erat episcopus,vt credunt: & ita debet intelligi illa littera,vt ibi notatur.& sic potest præstare.

† Ignorat, hēntoīa Gregoriana exēplaria sed ī vulgata editione legiē, ignorat.

† Extitit,legitur.in vulgaris, sed in antiquis ꝯstāter habetur, existit.

b ¶ Grauiora, id est, simoniā.]cuius comparatione cætera crimina pro nihilo reputantur,1.q.vlt c.vl.Et ita simonia inter grauiora peccata reputatur,& homicidio quādoque comparatur, sup.de accus.inquisitionis.

† De materia huius ti. & qualiter sit illicita vulgaris purgatio, vide B. Thomā 2.2. q.95.arti.8. ad 3.arg.

c ¶ Venditionem iustitiæ.] Iustitia.n. vendi non debet,14.q.5.non sane,& 11.q.3.non licet,& sup.de vita & hon.clericum ab omni specie.& in tantum reprobata est,ꝙ venalis etiam snīa nulla est,2.q.6. ca. ei qui §.venales.ita ꝙ non est appellare necesse. C. quando prouo.non est neces.venales,& nō solū iustitia,immo iurisdictio non debet vendi,sup.ne præla. vi.suas ca pi.1.& 2.

d ¶ De quibus infamatus existit.]super his tantum & super alijs debet se purgare, nec inquisitio nec exce ptio testium super aliis fieri debet:quod si fiat, nō valet,sup.de accus.inquisitionis,§.1. & 1. & c. qualiter & quando,2. Ber.

e ¶ Minime commisisse.]hæc est ergo debita forma purgandi sine aliquo scrupulo duplicitatis, quia & si egisset sic de illo crimine pęnitentiam,adhuc infamia remaneret de facto,quæ per pęnitentiam non tollitur 2.quæst.2.c.Euthemium.§ hinc colligitur, ff.de obse. a li.& li.præstan.l.2.vnde purgatio dicta non sufficiebat directe.ergo debuit se purgare secundum hanc formam,sic sup.eo.quotiens.

f ¶ Postquam]ergo de præterito se non purgabit: q̄a cum tpe suæ promotionis nō fuit infamatus: quoniā aliàs non debuit promoueri, 81.dist.tantis,& sup.de accus.Omnipotens.& tali modo purgabitur,quia approbauerunt mores ipsius:vnde ipsum postea reprobare non possunt, 8.q.2.dilectissimi,& 32. q. 5. horrendus, & sup.de iureiu.quemadmodum.ff.de adult.l.si vxor, in fine.

g ¶ Credunt.simile s. eo.quotiens.

ignorat [a] † anima mea: & infra.

¶ Ideoque præscriptam purgationis formam,secundum quam idem archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus:vtpote indiscretam,temerariam, & ineptā, iniungentes eidem,vt si voluerit,& potuerit, secundū sanum intellectum, quem ei duximus exprimendum, videlicet,quod illa crimina grauiora,[b] idest simoniā venditionem [c] iustitiæ, atque incontinentiam,de quibus infamatus existit,[d] † iuret se minime [e] commisisse, postquam [f] ad archiepiscopalem promotus est dignitatem,& compurgatores sic iurent,quod credunt [g] eum verū iurasse: quo facto vos illum dimittatis in pace: alioquin,&c.

TITVLVS XXXV.

De purgatione † vulgari.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Duella,& alię purgationes vulgares prohibitę sunt quia per eas multoties cōdemnatur absoludus, et Deus tētari videtur.h. d. totus titulus.*

CAP. I.

CVra † susceptι regiminis:& infra. ¶ Cū tua fraternitas duxerit sedem Apostolicam consulendam,vtrum super ecclesiarum possessionibus duella debeant sustineri: Tuæ duximus solicitudini respōdendum, quod in eo casu, vel alijs,etiam hoc non debes aliquatenus [h] tolerare.

¶ Innocentius tertius Priori Sancti Sergii Spoletañ.

¶ *Summatum est supra c. prox.*

CAP. II.

SIgnificantibus † V. laico & fratribus eius ad

DE PVRGATIONE Vulgari.

¶Quia duplex est purgatio,quædam canonica,quia canon inuenit eam,de qua supra dictum est: quædam vero est vulgaris: q̄a vulgus introduxit eā ideo sequitur videre de ea Abb.

† Ca.vnico, eo tit in 2. cōpilation.

CVra]Duę sunt partes huius c. ꝯsultatio, & responsio.secūda ibi,Tuę Abb.

CASVS. Quærebatur vtrum super possessionibus ecclesiarum possint fieri duella ? Respondet papa, quod nec super illis nec super aliis debēt fieri Nota,quod duella secundum canones sunt prohibita.

[Glossa sequens reciretur per obiectionem,cui respōde, & respōsioni dat duo similia.

h ¶ Aliquatenus tolerare,] In nullo enim casu talis purgatio debet tolerari. Nec obstat,quod possit obijci de Goliath. qui pugnauit cum Dauid.3.quæst.5. monomachiam.quia illud fuit factum instinctu Spiritus sancti:sicut Petrus excusatur,qui geminum fecit homicidium,23.quæst.vlt. occidit. Et Patriarchæ excusantur ab adulterio,supra de diuort.gaudemus.Hæc purgatio ab ecclesia reprobatur,cum Deum potius tētare videātur,infra eodem capitu.vlt.& fabricante diabolo facta est vulgaris purgatio,2. quæst.5. mennam,& capitulo consuluisti.vnde qui in culpa nō est,punitur. infra capitulo,prox.nam quandiu habet homo quid faciat,nō debet Deum tentare.23.q.2.quæritur cur Patriarchæ & athletæ secundum leges non habent locum, C. de glad.l.vnica,lib.12.

† Ca.vnico, eo.ti.in 3.cōpil.adde omnino ꝙ de pugnantib.ī duello sancīuit nouissime Concil. Trid.sessio. 25.de refor. cap.19.

SIgnificantibus.]In prima ponitur quæstio:in secunda prouisio:ibi,Vnde,Abq.

CASVS. Quidam accusauit V. laicum & fratres super quodam furto:cum quo coacti sunt subire duellum:in quo peccatis aliis prædientibus ceciderunt propter quod fuerunt per consules Spoletanæ ciuitatis bonis propriis spoliati,sed postmodum furtum illud apud alios est inuentum,& reuelatum quod fuerant innocentes:isti fratres significauerunt hoc domino papæ petentes sibi super hoc prouideri: vnde mandat consulibus illis,vt ablata restituant vniuersa. No. quod sententia quæ nulla est,lata contra canones non

liberat aliquem, nec condemnat, nec transit in rem iudicatam, nec necesse est appellare ab ipsa.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.

a ¶ Restituant.] Sed qualiter hoc esse potest, quod retractetur sententia, à qua non fuit appellatum, cum iam transiuerit in rē iudicatam, licet veritas aliter se habeat, & iam ex ipsa sententia ius factum est quantum ad litigantes sup. de re iudi. cum inter vos, & per ea quæ postea emergunt, sentētia non retractat, supra de re iud. inter monasterium, & c. fi. talis error detectus sentētiā nō retractat. ff. fam. erc. cum putarem. 1 C. de cond. in de. l. 1. ad hoc dicas, ꝙ propter probabilē errorem bene retractatur sentētia, supra de frig. fraternitatis. 23. q. 1. c. 2. ff. quando ac. de pecu. est an. l. 2. aliàs est. §. prima legis & incipit quæsitum. & plerunque veritate comperta retractatur sententia, ff. de cond. sine cau. si fullo. & etiam propter delictum aduersarii. sup. de diuor. ex litteris, & ff. de iureiur. admonen l. C. de transac. si ex falsis. Sic ergo modo apparet, quod sententia falso lata nullius fuit auctoritatis & reprobatæ probationis de vtroque iure, ergo debuit meri to retractari. Io.

1 Hęc aliter cōciliat hic Io. And. ex Vincētio, eū videto.

† In aliquot recentioribus legitur fauēte, sed facientē, habent oēs antiq. codices, & emendatiores impressi.

† Vide Iuo. parte 10. ca. 15. & B. Thomā citatū super titulo ī hāc decretalem.

Dilecti.] In prima parte ponit querelam: In secunda dat iudicem ibi, Cum igitur. Abb.

CASVS. Liunienī. de nouo ad fidem cōuersi grauem querimoniam ad sedem Apost. transmiserunt, ꝙ fratres Templi & alii, qui super eos temporalem habent potestatem, si aliquādo de aliquo crimine infamantur, compellunt eos subire iudicium ferri candentis: & si aliqua ex inde sequitur adustio, pœnam legalem infligunt: Cum igitur iudicium istud sit interdictum, in quo Deus tentari videtur: mandat papa cuidam iudici, quatenus dictos fratres, & alios per censuram ecclesiasticam compellat, vt ab huiusmodi conuersorum grauamine omnino desistant. Nota, quod iudicium ferri candentis prohibitum est.

† Dictio, alio deest fere ī omnib. manuscriptis.

nostram noueris audientiam peruenisse, quod eum quidam eos super furti crimine accusaret: cum eo coacti sunt inire duellum: in quo aliis peccatis suis præpedientibus ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos bonis fuerunt propriis spoliati: nunc vero furtum apud alios est inuentum, & quod ipsi fuerint innocentes, est (faciente † Domino) reuelatum: Vnde consulibus ipsis dedimus in mandatis, vt ablata restituant [a] vniuersa.

¶ Honorius tertius.

¶ *Summatum est supra cap. primo.*

CAP. II.

Dilecti † filii nouiter [b] in Liuonia baptizati, grauem ad nos querimoniam destinarunt, quod Fratres Templariorum & alij, qui temporalem in eis potestatem exercent, si quando de aliquo alio † crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium subire compellunt: quibus si qua exinde sequatur adustio, ciuilem pœnam infligunt.

¶ Cum igitur huiusmodi iudicium sit penitus interdictum, [c] vtpote in quo Deus tentari [d] videtur: Mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, vt ab huiusmodi conuersorum grauamine omnino desistant, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas.

TITVLVS XXXVI.

De iniurijs, & damno dato.

¶ In Exodo.†

¶ *Propter eius breuitatem non summatur.*

CAP. I.

Si rixati fuerint homines, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus nō fuerit, si iacuerit in lecto: qui percusserit, operas eius, & impensas [e] in medicos restituat.

¶ In eodem.

¶ *Breue est, et ideo nō summatur.*

b ¶ Nouiter.] propter quod cum eis mitius esset agēdum, ǯ. de pęn. & remis. Deus qui. & supra, de diuor. Deus qui. quousque fuerint in firma radice plantati, 35. quæst. v. quod scripsi.

c ¶ Interdictum.] vt 2. q. 4. Mennam, & c. consuluisti, sup. tit. proxi. ex tuarum, & sup. ne cle. vel mona. sententiam, & C. de gladia. l. vnica. lib. 15.

d ¶ Tentari.] Quod fieri non debet, iuxta illud: Non tentabis dominum Deum tuum, & capitu. 22. quæstio. 2. quæritur cur Patriarcha. & 23. quæstio. vlti. si nulla. L. B.

DE INIVRIIS, & damno dato.

¶ Supra de variis excessibus dictum est, tam Prælatorum, quā subditorum: Verum quia ex eis frequenter iniuriæ & damna inferuntur, merito de his subiicit. Abb.

De hac materia tractatur. 23. q. 2. & 15. q. 1. illud.

Si rixati.] CASVS. Ista quinque c. primo posita, sunt veteris legis, in primo dicitur, quod si homines rixati sunt adinuicem, & alter alterum percusserit, nec mortuus fuerit, sed iacuerit in lecto, percussor soluat illi operas deperditas, & impensas in medicos No. hic pœnam percutientis hominem secundum veterem legem, quia percussor præstabit operas amissas, & impensas factas in curatione.

e ¶ Operas eius & impēsas.] Operas autem amissas, & impēsas in curatione pstabit vt hic dr, & ff. si quadru. pau. fec. dic. l. ex hac. & ff. de his qui deie. vel effu. l. vlt. & ff. ad l. Aquil. qua actione, in princ. Deformitatis autē ratio non habebitur, quia liberum corpus non recipit æstimationem, vt in primis duabus legibus, & ff. ad leg. Rho. de iac. l. 2. §. corporum. & ff. de his qui deiec. vel effu. l. §. sed cum liber homo. Tamen si liber homo perit, 50. aureorum fit cōdemnatio; vt d. §. sed cū liber homo. Illud fit pro pœna, nō pro ęstimatione.

† Exodi ca. 21. & c. titu. de dāno dato. l. 1. cōp. refert Iuo parte 16. c. 348.

† Aliàs ita: sed iacuerit.

† Exodi ca. 21 & c. 3. tit. de dāno dato, in 1. cōp. refert Iuo par. 16. cap. 349.

Si

SI quis.] CASVS. Si aliquis effoderit cisternam, & non cooperuit eam, & bos alterius vel asinus in eam ceciderit, dominus cisternæ debet pretium animalis, & illud quod mortuū est, illius erit. No. quod qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.

a ¶ Reddet pretium.] si hoc fecit ī publico si vero in priuato loco, vbi cōsueuerunt, fieri, nō tenetur. ff. ad leg. Aquil. q. foueas quia qui occasionem dāni dedit, tenetur, ff. ad l. Corn. de sic. nihil interest. & ff ad legem Aquiliam, q oc cidit, §. pen. inf. eod. cap. vlt.

CAP. II.

SI quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritq; bos vel asinus ī eam: dominus cisternæ reddet [a] pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

¶ Idem. †

¶ *Breue est, & ideo non summatur.*

SI bos.] CASVS. Si alicuius bos ab hæri & nudiustertius cornupeta est, & dominus illū nō custodierit, si alium bouē occiderit, reddet bouē pro boue, & mortuū bouem recipiet. No quod quis tenetur ex negligentia.

b ¶ Non custodiuit] supple, & alterius bouem occiderit: vnde tenetur, qa culpa siue negligētia ipsius, damnum datum est, qui debuit diligētiā adhibere: vt in. c. vlt.

c ¶ Reddet bouem.] hoc intellige cū bos ille, qui damnum dedit, aggressus est aliū, & occidit, sed econuerso nō tenetur, ff si quad. pau. fe. di. l 1. §. cum arietes, ff ad leg. Aquil. l. itaq;. seu cū dubium est, qs bos primo aggressus ē ff. ad leg. Aquil. scientiam, §. cum stramenta. Et si alias animal tuum mihi damnum dedit, tu teneris. inf. eo. c. vlt. ver. qđ si & inf. eo c. proxim.

† Idē, in eodem Exodo c. 21. refert c. 1. ti. de dāno dato, 1. cōpil. & apud Iuo par. 16. c. 150.

CAP. III.

SI bos alienus cornupeta esset ab heri & nudius tertius, & non custodiuit [b] eum dominus suus, reddet bouem [c] pro boue, & cadauer integrum accipiet.

¶ Idem. †

† Idest, in eodē Exodo c. 22 & c. 5 ti. de dāno dato. in 1. cōpi. refert Iuo parte 16. c. 353.

CAP. IIII.

SI læserit quispiam agrum, vel uineam, & miserit iumentum suum, ut depascat aliena: pro damno æstimationem [d] restituet.

¶ Idem. †

¶ *Breue est, & non summatur.*

SI læserit.] CASVS. Si iumentum alicuius læserit agrum vel vineam alterius, restituet æstimationē dāni. No. qđ quis tenetur de pastu pecoris sui: quia tenet soluere estimationē damni.

d ¶ Aestimationem restituet.] nisi dando animal uelis liberare teipsum, inf. eo. cap. ult. ultra enim æstimationem non tenetur conuentus de pastu pecoris, & actione in factum conuenitur, ff. de præscript. uerbo qui seruandarum, §. si glaus, & expellere debet animal, quod damnum dedit, & tanquam suum non includere illud: cum dominus illius teneatur ad damnum ff. ad leg. Aquil. Quintus Mutius. §. Pomponius. 1 Bernardus,

† Idest, in eodē Exodo c. 22. & c. 6 ti. de dāno dato, in 1. cōpi. refert Iuo parte. 16. c. 354.

1 Alias est text. & incipit quamuis

SI egressus.] CASVS. Si aliquis apposuerit ignem in agro suo, & damnū dederit in segetes vicini sui, damnum restituet. Nota, qui occasionem damni dat, &c.

e ¶ Reddet damnum.] Si fuerit in culpa 2 dum apposuit istū ignem, nec adhibuit diligētiam quam debuit, ff. ad l. Aquil. qui occidit, §. in hac, & inf eo. cap. vlt. alias si nihil de contingentib. omisisset, non tenetur. inf. eo. c. vlt.

cōtrariū seruatur apud nos & đ hoc in Spe. de actio. §. 1. ver. sed pone, inuenio. & dic vt ibi Io. An.

2 Vt si posuit in stipula sua ignē tpe ventoso. Io. An.

CAP. V.

SI egressus ignis comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet [e] damnum, qui ignem succēcerit.

¶ Ex Pœnitentiali Romano. †

¶ *Breue est, et quasi idem cum præcedenti.*

SIgnis.] CASVS. Si aliquis voluntarie incenderit domū alicuius, totum damnum restituet, & tres annos pęniteat. No. quod in dānis illatis attenditur voluntas.

f ¶ Voluntarie.] secus si contra voluntatē, dum tamen nihil de contingentib. omiserint. inf. e. c. vlt. in fi.

g ¶ Restituat.] In quadruplum infra annum, post annum in simplum, ff. de incē. l. 1. Sed si negligentia, in simplum: sed si dolo fecerit, secundum leges concremabitur, ff. e. qui ædes.

† Similis sententia reperit apud Burch. li. 19. decr. c. 5. tit. de sacrile. §. concremasti domu. & ca. 7. tit. de dāno dato, in 1. cōpilat.

CAP. VI.

SI quis domum, vel aream cuiusquam incenderet uoluntarie: [f] sublata, & incensa omnia restituat, [g] & tres annos pœniteat.

¶ Honorius tertius episcopo Bononien.

¶ *Secularis potestas, qui clericum banniuit, condēnari debet per iudicem ecclesiasticum secundū æstimationem iniurię in expensis et damnis. Et hodie adde pœnam in Clemen. prima, de pęnis.*

OLim.] Diuiditur, quia primo recitat processum delegati, quem secundo reuocat, & causam diffinit ibi, Quare. Abb. CASVS. Florentini olim posuerūt in bāno episcopum Fesulanū, damna & iniurias ei alias plurimas irrogantes. Super his commisit papa causam episcopo Mutinen. vt eos compelleret ad satisfaciēdum super prædictis epō prædicto: Episcopus vocatis partibus cæpit in causa procedere, & recepit testes lite nō cōtestata: deinde causa delata est ad dn̄m papā: ipse examinato processu, qa lis cōtestata nō fuit, processum illum reuocauit: quia & commune Florentiæ banniuerat epm Fesulanum contra Deum & ecclesiasticam libertatem, pp iniuriā banni. & pp expensas & alia damna propter hoc sub secuta, condemnauit cōe Florētin. in mille libris usualis monetæ pmissa taxatione, & pstito iuro ab epo Fesulano. No φ non tenet processus lite nō cōtestata. Itē nō tenet bannū datum in ecclesiasticam personam, cōtra ecclesiasticam libertatem. Item condemnatio expensarum semper facienda est taxatione præmissa, & iuramento secuto,

† De materia huius decretalis, vide plenissime φ sancitu ē in Cle. 1. de pęnis. adde c̄ grauis sup de rest. spol.

CAP. VII.

OLim † scribentib. nobis episcopo Muti. vt potestatē, Cōsiliarios, & populū ciuitatis Florētin. ad satisfaciedū de dānis & iniuriis irrogatis epō, & ecclesiis Fesu. cēsura ecclesiastica coarcta-

a ¶ Reuocato.] lite vero non contestata, non valet processus: ut hic patet & sup. vt lit. non conte. accedens, & sup. de elec. dudum, & 2. sup. de purg. cano. cum dilectus.

b ¶ Banniuerat.] Tale bannum nullum fuit: quia nullam habet iurisdictionem in ipsū: Laico† enim nō licet de clerico legem dare 96. di. bñ quidem & 16. q. 7. non placuit. Immo tanquam sacrilegus fuerat puniēdus eadem causa & q. si quis principū, & qa in eo offendit ecclesiasticam libertatem, & propter hanc iniuriā punitur ad expensas, quas propter hoc fecit & damna quæ pertulit tali occasione, ut patet.

c ¶ Taxatione.] debet iudex primo taxare de expensis & dānis in iudicio petitis, 3. q. 3. offeratur, ver. qđ fieri. & postea debet iurare; & tali iurō stabitur, tanquam legitimæ probationi. C. vnde vi. si quā do. & 2. q. 1. in primis. supra, de his quæ vi metusue cau. fiunt. capitulo. vlt. ubi de hoc. Ber.

d ¶ Vsualis monetę] Et si de hac nō fuisset dictum, de illa tamen intelligeret, ff. de lega. 1. si seruus pluriu, §. vlt & ff. de ɔtrahe emp. imperatores, & si plures essent vsuales monetę, videt de minori intelligendum, ff. de leg. 3. nūmis. & sup. de censi. ex parte.

† De hoc articulo uide plene p Frāciscū de Victoria in relectione prima de potestate ecclesiastica, par. vi.

† Vide glos. in c. si canonici uerbo dānis & iniuriis de of. ord. li. 6.

† Dictio, ꝓdest in vetustioribus codicib.

ret: idem testes lit. nō cōtesta. recepit. Quare nos eius processu penitus reuocato, [a] cōe Florentin. quia banniuerat[b] episcopū Fesulanen. cōtra Deū, & ecclesiasticā libertatē, propter iniuriam banni, expēsas & damna tali occasione secuta, taxatione[c] iuramēto pręmissa, in mille libris vsualis[d] monetæ, prædicto episcopo sententialiter duximus condemnandum.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Qui iurat statutum, super non repetendis damnis, hoc non obstante, expensas repetere poterit. h. d. Vel sic. Statutum super damnis non repetendis, ad expensas non extenditur.*

CAP. VIII.

IN †nostra & fratrū nostrorū præsentia proposuistis, qđ olim ciues Brixien. pro † restaurationib. damnorū illatorū adinuicem, qui propter multas ciuiles discordias incurrerāt, plurimum aggrauati: statutū editum, de non petendo vel recipiēdo in posterum restaurationes huiusmodi a communi generaliter approbarunt, & firmarunt etiam iuramento, & infra.

¶ Cum igitur aliud sit dānorum[e] restauratio, quā satisfactio expēsarum, & ideo in iuramēto exhibito super damnorū articulo intelligi non debeat, quod factum expēsarum fuerat cōprehensum; Mādamus, quatenus iuramēto non obstāte prædicto, auctoritate nostra prouideas, ꝙ dictū commune pro bono concordiæ[f], ad expensarum satisfactionē aliquid† contribuat, iuxta tuæ discretionis arbitrium, a te sicut expedierit moderandum.

¶ Idem.

¶ *Habet plura dicta, & se summat.*

CAP. IX.

SI cul-

[Glo. seq. distinguit damnum & expensas, & damnum subdistinguit circa rem, & extra rem, concludēs expensas hic non includi, quia de his non agebatur.

e ¶ Damnorum.] No ergo, qđ drīa est inter dannū, & expensas, vt hic patet, & sup. c. proxi. ar. inde iurm suᵱ vno factū nō extēditur ad aliud cum sint diuersa, puta, si ꝑꝑ discordiā domus aliqua destructa fuerat possessio, aliqua sterilis remansit, vel qa negotiari nō potuit, huiusmodi damna remissa sunt, & iuro firmata. Quoddā. n. dānū sine interesse dr̄ circa rē, puta, subtraxisti istra, q. b. possessio ecclesiæ firmatur, vel alterius, teneris ad illud dānū ꝙ contingit ꝑꝑ absētiā instrorū 12. q. 2. si qs de clericis. & ff. de actio. emp. & vē. Iulianus. ī prin. Qddā e extra rē: puta, debui tibi frumētū, et qa ñ dedi suo tpe, familia tua fame perit, illud dānū nō cōsequeris sed pciū frumēti vel vini, ff. e si sterilis, §. cū per vēditorē. Expēsę dicūtur quas quis facit circa sūptus litis, & circa aduocatos, C. de iud. sācimus. De istis expēsis fit mentio sup. ut lit. nō cōte qm §. in alijs, & s̄ de dolo finē. Et ɔsimiles expēsæ fuerūt hic, quas faciebāt eūdo & redeūdo. Vel expendendo pecuniā suā faciēdo maiores expensas, q̃ consueuerunt: ad istas expensas iurm nō extendit: tñ si intellexisset de huiusmodi expēsis & de his intēderūt iurare, & hoc cōstaret, sup his fieret interpretatio, sicut credo. Sed hic simpliciter dictū est de dānis, quare ad ea tantū restringitur iuramentum Et sic est aliud damnum, & aliud expensæ, sicut dicitur aliud mulcta, & aliud fraus, & aliud dolus, ff. de verbo. signific aliud fraus.

f ¶ Contribuat] pro bono concordiæ: ut hic dicit, sic fit contributio quando iactus mercium factus est, ff. ad l. Aho de iac. l. 1 & 2. §. cum in eadem, & l. amissę. Sic ergo in casu isto, æquum est fieri contributionem propter bonum pacis & concordiæ, ne forte hac occasione concordia non seruetur.

† Dictio aliquid, deest in antiquioribus exemplaribus.

IN nostra.] Diuiditur, quia in prima parte ponitur decisa consultatio: in secunda responsio ibi, Cum igitur. Abb Sicul.

CASVS. Brixienses multas discordias olim habuerūt inter se, quarū occasione multa dāna sustinuerūt illata adinuicem, propter ꝙ cōiter statutum fecerūt de nō petēdo uel recipiendo ulterius restaurationes damnorū a cōi: & statutum hmōi firmauerūt etiam iurō, sed præter dāna occasione huius discordiæ multas fecerunt expensas, quas petebant sibi reficia cōi: dubitatum fuit, an obstaret eis iurm super damnis nō repetēdis, propter ꝙ eps Brixien propoluit hoc in præsentia papæ Cū ergo aliud sit damnorum restauratio, & aliud satisfactio expensarū, iurm præstitū super articulo dānoram, non dēt intelligi factū expensarū: vnde mandat papa, quatenus iuro prædicto non obstāte, eps prouideat auctoritate papæ, ꝙ dictū cōe pro bono pacis & cōcordiæ contribuat expēsarum satisfactionē, ad arbitriū ipsius, sicut uiderit expedire. No. ꝙ iurm non extenditur ad aliud, q̃ iuratum sit. Item aliud est damnum, & aliud expensæ, & ideo iuramentum pręstitum super uno, non extenditur ad aliud Item propter bonum pacis multa fiūt, quæ alias fieri nō dēnt.

SI culpa.] CASVS. Aliquis culpa sua damnū dedit alicui, aut iniuriā irrogauit, seu alijs irrogātib. iniuriam opem tulit, aut hæc imperitia uel negligentia euenerunt, dicitur, quod super his satis facere tenetur nec ignorantia ipsum excusat, quia scire debuit ex facto suo iniuriam posse contingere, vel iacturam

¶ Quod si an malia. Ecce si animalia tua dānū dederūt, nihilominus satisfacere te oportet, nisi tu velis liberare te ipsū dādo aīalia tua dānū passo; sed si aīalia tua fera fuerūt, & q̃ cōsueuerūt nocere, ñ sufficit ad liberatio

berationem eã dando, quia non curasti, quam debueras diligentiam adhibere. In fine dicitur, quòd licet ille qui occasionem dedit, damnum dedisse videatur, tamen secus est in illo dicendum, qui diligentiam, quam debuerat, adhibuit, ne damnum contingeret.

tiens manus infertur: verbis, quotiens conuitium dicitur. ff. de iniur. l. 1. & sup. de re iud. cum te & iniuria per dissimulationem aboletur. ff eod. non solum, §. r. Et illud scias, quod conuentus de damno dato, si negauerit & probatum fuerit, condemnatur in duplum ff. ad leg. Aqui. l. 2. & C eo. tit. contra negãtem.

No. q quis tenetur si culpa sua damnum dedit. Item tenetur qui iniuriam irrogauit, vel aliis opem tulit, & ignorantia in talibus non excusat. Item sufficit dare animal pro damno dato ab ipso, sed in feris animalib. hoc nõ sufficit. Item qui occasionẽ damni dat. damnum dedisse uidetur, cum diligentiam non adhibuit quam debuit. Item non est ei imputandum qui de contingentib. nihil omisit.

pa [a] tua datum est damnum, vel iniuria irrogato, seu alijs irrogantibus opem forte tulisti, [b] aut hæc imperitia [c] tua siue negligentia euenerũt iure super his satisfacere te oportet; nec ignorantia [d] te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse cõtingere, vel iacturam.

¶ Quod si animalia tua nocuisse proponas, nihilominus ad satisfactionẽ teneris: nisi ei dando passis damnum, velis liberare te ipsum quod tamen ad liberationem nõ proficit, si fera animalia, [e] vel quę consueuerunt nocere, fuissent, & quam debueras non curasti [f] diligentiam adhibere.

¶ Sane licet qui occasionem [g] damni dat, dãnum videatur dedisse: secus est tamen in illo dicendum, qui vt non accideret, de cõtingẽtib. nil omisit. [h]

TITVLVS XXXVII.

De pœnis.

¶ Ex concilio Toletano. †

CAP. I.

RA, quæ frequẽti p̃uaricatiõe iterant̃, frequẽti sen-

e ¶ Animalia tua.] sic ergo si quadrupes tua siue animal damnum dedit, ad æstimationem teneris: quia non custodiuisti animalia tua: tamẽ si velis dare animal pro damno, liberare te potes, vt hic dicit. & ff. si quadru. pau. fe. di. l. 1. circa prin. & Insti. eo. tit. in prin vnde sumpta fuerũt hæc verba Et hoc habet locũ in his animalibus, quæ contra naturam mouentur, vtpote si bos cornupetere solitus fuit, vel equus calcitrosus, vt dr̃ in prædictis legib. In feris autem animalibus quæ naturali sua feritate damnum dederunt, hoc non habet locum, quia illud aĩal non dando liberaberis, quia nõ adhibuisti diligentiã quã debuisti, vt hic dr̃, saltẽ directa actione vel vtili potius. Si vero aufugit & nocuit, nõ potest dñs quõdã cõueniri bestiæ sũt, vt vrsus, & cerui, q̃a desinit dominus esse, ff. vt eo l. 1. §. in bestiis & inst. eod. tit. in prin. ui. 4 quæ sint animalia siue volatilia fera, dicitur inst. de rer. diui § feræ. & in alijs § sequentibus. Cum. n. liber homo damnum dat, locum habet actio legis Aqui. dum vero quadrupes siue animal, locum habet actio de pauperie: cum vero seruus, tunc locum habet actio noxalis, & tunc licitum est seruum dare pro damno dato Instit de nox. circa princ.

f ¶ Non curasti.] quia huiusmodi animalia non debent teneri in publico, vbi publicum iter est. Institu si quadru. pau. fe dic. § hic quoque. aliàs §. cæterum si vero teneantur in publico, & damnum dederint, tenetur dominus in duplum, & nihilominus actio de pauperie locum habet: quia cum plures actiones concurrunt pęnales in eadem re, vna non tollit aliam Inst. eò §. fin.

g ¶ Occasionem.] ff ad l. Aqu qui occidit §. in hac & sup. de homic. de cætero vbi de hoc, sup de test. sicut. in gl. quæ incipit, at quod qui.

h ¶ Nil omisit.] No. quod non est imputandum ei, qui de contingentibus nihil omisit, ff ad l. Aqui qui occidit. §. in hac & l. qui foueas & l. si putator & 50. dist. si duo & sup. de hom c vlt. & antepen. Ber.

a ¶ Si culpa.] Nota, quod ad hoc vt teneatur qui damnun dedit, seu iniuriam irrogauit, necesse est culpam interuenire, alioquin non tenetur. vnde infantes & furiosi non tenentur si damnũ dederint, quia iudicium animi non habent, ff ad l. Aqui. sed & si. § iniuriã & §. igitur. & 15. q 1. illud. impubes tamen doli capax tenetur, vt hic, & c. illud 1 & § igitur & ille non tenetur, de culpa, qui ad sui defensionem, & incontinenti, & eodem modo damnum dedit, ff eod scientiam. §. qui cum aliter. & leuissima culpa quis tenetur in casu isto, ff. eodem l. 2. & ille excusatur a culpa, qui alterius impulsu vel violentia uentorum damnum dedit, ff. eo. quemadmodum Labeo.

b ¶ Tulisti.] No. quod non solum qui damnum dedit, seu iniuriam irrogauit, sed qui opem tulit tenetur, puta si unus tenuit, & alius interemit, ille qui tenuit quasi causam mortis dedit, ideoque actione in factum tenetur ff. eo. item Mela, §. si alius, & §. item cũ eodem. & ff de iniur. non solum. in princ. & §. si mandato. ac & ope. & consilio furtum committitur. inst. de ob. quæ ex delicto. nas. §: ope. & homicidium ope. & consilio committitur sup. de homi. sicut dignum §. illi. qui & §. vlt. & §. hi qui simile. ff. de adul. is cuius, §. vlt.

c ¶ Imperitia.] quæ annumeratur culpæ; Instit de leg. Aqui. §. imperitia. & ff. de reg. iur. imperitia. & ff. loca. si quis fundum. 2. §. Celsus. Item intellige de negligentia prout hic dicit, ergo siue culpa siue imperitia uel negligentia damnum dederis, uel si iniuriam irrogaueris uel dantibus opem dedisti, teneris, si negligentia tua aliquid minus benefecisti, & ob hoc damnum datum sit, teneris, ff ad leg. Aqui. si seruus. 2. § si ex plaustro, & l qui occidit § in hac. & negligentia imputatur, inf. de pœ. & remissio. quæsitum. vbi de hoc.

d ¶ Ignorantia.] hic non excusat ignorantia a culpa si potuit scire ex facto suo contingere iacturam vel iniuriam: puta, mihi licet percutere 2 percutientem me, si cum vellem eum percutere. alium percussi, imputatur mihi. ff ad leg. Aquil. scientiam. § penul. & ff. eo. si cum seruo, debuit ergo adhibuisse diligentiam in facto suo, vt dicit in si & hic non imputaretur. Et illud scias, quod iniuria fit aut re, aut verbis. Re, quo-

DE POENIS.

¶ Supra visum est de variis excessibus propter quos pœnæ debentur, merito subiicitur inde rubrica de pœnis.

De hac materia tractatur, 23. q. 4. & q. 5. per totum. 23 dist. quanquam, 12. q. 2. in antiquis vsque ad §. verum id. 16. q. 1. & 6. quasi per totum. 81. dist. in multis capitulis.

RA quæ.] Pone exemplum in capi pia. de except. lib 6. vbi excõmunicationis exceptio potest contra actorem pluries opponi, & ibi dicitur, quod quotiens deficit in probando

1 Et in clemen. de homic. si furiosus. Io. An.

2 Alias, si qs domũ, vide ne p̃lati vic. tuas. c. vlt. super gl. 2. Io. And.

† Ex quo Toletano cõcilio hoc sũptũ sit nondũ inuẽtum est, referunt Buchardus li. 19. decre. ca. 148. & Iuo. part. 15. c. 160 & c. 1. eo. ti ĩ 1. cõpil.

3 Hoc intelligas sano modo, videlicet & licet p̃cutere percutientẽ legitime se defendẽdo. vide doctores in l. vt vim ff de iust. & iure.

4 De ceruo deposito q aufugit, quẽ post tp̃s, depositari⁹ cæpit: tenent Pileus q 55. & Bar. in domi 55 quòd si noĩe deponentis id fecerit: restituere tenetur: secus si proprio: per id q̃d hic d. gl. Io. Andr.

totiens debent puniri in expensis. Abb.

CASVS. Quærebatur vtrum vna satisfactio plura peccata comprehenderet: Consultus Papa respondet, quod quotiẽs quis peccat, totiens puniri debet. No. quod frequenter frequens delictum puniri debet.

[Glos. seq. alleg. duas concor & duo similia & arguit.

a ¶ Condemnentur.] sic 6. q. 1. imitare. 1. & de pę. dist. 1. mensurã. Et ita quotiens quis deliquit, totiens puniri debet. sicut in cõtractib. consueuit dici, vt pœna soluta cõtractus maneat in sua firmitate. ff. de transactio. qui fidem. Sed etiã arbitrio quis stare non cogitur pœna soluta, nisi id expresse dicatur. ff. de arbitr. si duo. in fin. Et sic est argum. quotiens clericus in delicto repertus fuerit, totiens exigatur ab eo pœna. ar. 23 dist quamquam. in fin. & ff. de verb. obli. f. sic stipulatus.

†Est in concilio Triburiẽ. sub Arnulpho Imperatore ca. 4. sed aliis verbis referũt Burchardus lib. 6. de cr. c. 11. Iuo part 10 cap. 140. & Gratia siue Palea. 17. q. 4. oẽs presbyteri.

tentia condemnentur.[a]

¶ Ex concilio Triburien.

¶ Interficiens presbyterum, puniendus est, pœna pars ecclesiæ cui præfuit alia pars pro eius anima distribuitur.

CAP. II.

Presbyteri interfecti compositio,[b] episcopo ad cuius parochiam pertinet, soluatur, ita vt medietatem vtilitatibus [c] ecclesiæ, cui [d] præfuit, tribuat: & alterã in eius eleemosynam iuste dispertiat: Quia null⁹ eius hæres proximior videtur, quam qui ipsum Domino sociauit.[e]

Presbyteri.] Dicit quid faciendum sit de pœna quam soluit interfector presbiteri: hoc dicit. primo ponitur vnum dictũ: Secundo ratio: ibi, Quia. Abb.

CASVS. Si aliquis interfecerit presbyterũ & cõpositio inde fiat, accepta pecunia soluatur illi episcopo, ad cuius parochiam pertinet, ita ꝙ medietatem tribuat in vtilitatem illius ecclesiæ cui præfuit, & alteram pro anima defuncti pauperibus erogeт: quia nullus hęres eius proximior est quam ille qui ipsum domino sociauit. No quod pęnam pecuniariã, quam recipit episcopus ab aliquo, sibi met appropriare non debet, sed in vtilitatem ecclesię distribuere. Item ecclesia est hæres clericorum, vnde in rebus eorum succedere debet.

b ¶ Compositio.] hæc compositio per legem Lombardam est sexcentorum solidorum. 17. q. 4. qui subdiaconorum.

[Glos sequens arguit.

c ¶ Vtilitatibus ecclesiæ.] hoc ideo, quia & sic ecclesię iniuria facta fuit, & in suum ministrum, iuxta illud: Qui vos tangit, me tangit. 2. quæst. 7 accusatio. Et est argum quod pœnas pecuniarias, quas recipit episcopus, non lucratur ipse, 1 sed in vtilitatem ecclesiæ conuerti debent, vel diuidet illas, ar. dist. ius militare. & 16. q. 5 cap. 1.

d ¶ Cui] scilicet ecclesiæ.

e ¶ Sociauit. [baptizando & ordinando illum.

Alex. 3. Cantuarien. archiepõ.

¶ Non debent prælati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiã correctionis causa ex cupiditate pœnã pecuniariã imponere.

CAP. III.

Licet † iuxta Apost. & infra. ¶ Accepim⁹, ꝙ

† Cap. 3. tit. ĩ 1. cõpil. & post cõciliũ Lateranen. sub Alex. 3. par. 2. c 3.

† Vide ꝙ notat Specul. titu de sent. pla. §. 2. ad finem & ti. de contu §. fin. versic. se pone, iudex.

1 Et ideo nõ vr̃ ꝙ possit alias ĩmittere d̃ hoc no. & dixi d̃ of. leg nisi in 1. gl. 10. Andr.

Licet.] Archidiaconi, & alii Prælati, qui in criminibus dispensare nequeunt, pœnam pecuniariam imponere non possunt, vbi a iure alia statuitur. Primo ponitur archidiaconorum actus reprehensibilis: Secundo mandat illos inhiberi, & compesci: ibi, Mandamus. Abbas. Siculus.

CASVS. Archidiaconi Conuentren episcopatus pro corrigendis excessibus a clericis, & laicis pœnam pecuniariam exigebant: Item pro annua exactione quandoque rectores ecclesiarum suspendunt, & ecclesias interdicunt, à vicariis denarios exigunt, vt eos in ecclesijs celebrare permittant: hæc & alia committebãt cõtra canonum instituta. Mandat Papa Cãturien. archiepiscopo, quatenus hæc prædictis archidiaconis districtius interdicat: Si autem contrauenire præsumpserint, eos ecclesiastica cen. compellat. No ꝙ excessus clericorum sunt puniendi pœna spirituali secundum canones, & non pecuniaria.

archidiaconi Cõuentrẽ. episcopatus pro corrigẽdis excessibus, & criminibus puniendis, à clericis & laicis[f] pęnã[g] pecuniariã exigunt, & pro annua exactione pecuniæ † personas quãdoque suspendũt, ecclesias interdicũt, a vicariis[h] denarios, vt eos in ecclesijs cantare permittat, exigere nõ formidãt, & alia agunt, q̃ canonũ obuiãt ĩstitutis, & de radice cupiditatis, & auaritię ꝓdire uidenť: & if. ¶ Mandamus, quatenus archidiaconis prædicti episcopatus hoc districtius interdicas: si autem contrauenire pręsumpserint, eos appellatione cessante, ecclesiastica censura compellas.

†Dictio pecuniæ deest in antiquioribus exemplaribus.

[Glossa. seq quærit, & dupliciter soluit.

f ¶ Laicis.] Sed quare a laicis, quia forte sunt de sua iurisdictione temporali, vel de consuetudine hoc habent.

[Gl. seq. notat pœnas pecuniarias &c. signat cõtrarium, soluit distinguendo, ponit opi. Hug. quã determinat.

¶ Idem in concilio Turonen.

¶ Victus condemnatur victori præsenti in expensis, etiam in causis pecuniarijs, & vnũ casum excẽpit.

g ¶ Pœnam pecuniariã.] Ex hac decretali vr̃, ꝙ pro criminibus pœna pecuniaria exigi non debet, cum papa hic eam ꝓhibeat, arg. 16. q 6. cognouimus. & ca. de lapsis. cap. episcopo. c illud 1. q. 1. nullus episcopus. & supra. de simo nemo. & 83. dist. si quis episcopus, arg. contra. 23. q. 5. ñ uos. Vnde no. quod cum ius statuit pœnam pecuniariam infligendam, quicunque cognoscit de illo crimine, illam potest infligere, ff de iudic. l. 2. §. vlti. sup. de rap. in archiepiscopatu. & 12 q. 2. cum deuotissimam. 18. dist. qm̃ 1. Si vero ius solam pœnam spiritualem vel corporalem super crimine statuit, iudex nec debet nec potest illam in aliam commutare, sed ille tantum qui de illo crimine, potest dispensare. Et cum de pœna criminis nihil de iure cautum est, an pecuniariam vel aliã infligat, iudicis arbitrio committitur. sup de off. deleg de causis Cum iudex super crimine dispensare potest, bene potest infligere pœnam pecuniariam, vel aliã. Sed archidiaconi isti super his criminib. dispensare non poterant: vnde non debebant pœnam pecuniariam infligere. sed imponere spiritualem secundum quod qualitas criminis exigebat, ar. tu de iud. ar. si clerici. Hug. dicit, ꝙ illa pęna est infligenda, quæ magis timeatur, arg. 23. q. 4 ea vindicta, & q 5. prodest, & su. vt l t non cont. qm̃, in fi. Sed hoc intellige hr̃e locũ cum iudex talis est, qui possit dispensare, & commutare pęnas, sed isti archidiaconi hoc non possunt Ala.

h ¶ A vicarijs.] Hoc erat simoniacum, cum ordo sit sacramentum, cui adhæret executio. si ergo vnum vendunt, & reliquum 1. q. 3 si quis obiecerit. & c saluator.

Calum-

Calumniam] Primo legem recitat, quam secundo approbat ibi, Quoniam. Abb.

CASUS. Qui calumniose litigant, condemnādi sunt in expensis, & de calumnia puniuntur, secūdum q leges præcipiunt, & quia istud sacris consonat institutis, p̄cipit papa ut decætero in pecuniariis causis victus victori in expensis condemnetur, nisi feratur snīa pro absente. Not. q q calumniose litē agit, in expēsis alteri parti condemnari debet.

e ¶ Alio] Ita vt præter expensas de calumnia puniatur, C de calum. l. 2. & inst. de pæ. te. lit. §. aduersus, qa infamis efficitur, vt ibi dr̄, de quib. legibus hic facit mentionem.

[Gl. seq. ponit opi. suam, & contrarium, & remittit.

b ¶ Victori] victus victori in expensis condemnari dēt, si per calumniam, & malam fidem appareat eum mouisse litem, ut hic expresse dicit litera. in prin. & in auth. de iu. § oportet, col. 6. & ff. de iudic. eum quem temere. Alii dicunt, q eo ipso q suc cūbit, præsumitur calumniari: vnde condemnari debet in expensis. De hac materia plene dictum est, su. de dol. & contu. si nem.

c ¶ Nisi snīa p absente.] Sicut cauetur, C. de iud. properādum, §. & si quidē, ibi dicitur, q victus præsens sumptus suos de cōdemnatione deducat.

Quod in dubiis.] CASUS. Sacerdotes, q gubernāt naues ad pugnam, & qui p sonaliter conflictum exercēt, & alios incitant ad pugnandum, oēs sunt deponendi. No quod non solum ille est homicida, qui interficit, sed etiam ille, qui incitat ad interficiendum.

d ¶ Incitant.] in bello iniusto, arg. su. de hom. sicut dignum, §. qui uero, & ff ad l. Aquil. item Mela. §. item cum eod. 2. secus si esset iustum, quia tunc licitum est hortari, 23. q. ult. hortatur & c igitur & c. et pridem & interesse bellis ea causa. q. 3. Maximianus.

Tuæ.] Abbas & clericus in magnis criminib. deprehensi, post depositionem detrudi debent in monasterium ad agendum pænitētiam. Et diuiditur. Primo ponitur consultatio, secundo responsio ibi, Respōdemus. Abb.

CASUS. Clerici aliquando deprehenduntur in latrociniis & aliis magnis sceleribus, quærit qualiter sint puniendi? Respon. papa q a suis sunt ordinib. degradandi, & in arctis monasteriis detrudendi ad agendum pænitentiam. No. q clerici deprehensi in latrociniis, & magnis criminib. degradari debent, & in arctis monasteriis detrudi.

[Gl. seq. ponit duas lect. & secundam declarat.

e ¶ Deprehensi] & cōuicti, sola n deprehensio non sufficit, sup. de iud. cum non ab homine. Vel intellige, deprehensi, ita q factum sit notoriū per euidētiam facti: tales enim statim cōdemnari possunt, C. de defen ciu. l. detentores Et argu. sup. de coha. cle. & mul. ca. ul. & 2. q. 1. de manifesta, & talis deprehensio auctoritate sui p̄lati 3 fieri dēt, ne ultra se extendat uiolentia, quam exegerit defensio clericorum, inf de sentē. excommun. ut fame, alias capientes essent excommunicati, vt ibi.

f ¶ Monasteriis] sim. 16. quæst. 9 de lapsis, & 50 distin. si ille, & si incorrigibiles fuerint, per secularem iudicem postea dep̄hendantur, sup de iudic. cum non ab homine.

Constitutus.] Primo ponit diffinitionē. Secundo cām interserit: ibi, Et cū. Abbas.

CASUS Episcopus Lauitanus concessit monasterio Cryptæ ferratæ omnes ecclesias in eius diœcesi sitas, pertinentes ad monasterium illud, & quicquid iuris habebat in illis in emphyteusim sub ānua pensione reddēda, ita q sola pensione contentus esset, sub certa pęna apposita in instrumēto inde confecto, postmodū orta fuit super his contentio inter eos, per confessionē vtriusque partis constitit, quod pars monasterii subtraxit episcopo pensionem, & episcopus exegit a monasterio pensionem, sic utraque pars commisit in pænā, vnde dominus papa utramque partem a pæna illa reddit absolutam. no. quod confessio in iure facta præiudicat. Item pæna cum pæna compensatur.

g ¶ Ex confessione.] confessio enim in iure facta præiudicat, su. de transactio præterea 2. & sup. de confess. cum super & c. ult. ubi de hoc, & C. eod. l. unica. & ff. eo. l. 2.

[Gl. seq. opponit dupliciter, & soluit.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cōp. & post cōcilium Lat sub Alex. 3. par. 3. c. 2.

† Alias ita: in expensis litis alias ita: ī expēsis omnib sed ī manuscriptis ut est impressum, uno excepto.

3 vide glo. ibi. & c. si qs cuiuslibet. 21. q. 5. & Hostiē in sūma ti. de [illegible] §. qd ptinet & in c. p humani. de homicid. lib 6.

† Cap vnico e. tit. ī 3. cōp. Et an clerico pugnare liceat, explicat B. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 2. adde ibidē Caietanum.

† Ludeñ. archiepiscopo.

2 vide su. tit. 1. c. in fi. sup gl. 2. Io. An.

† Ca. 3 ti. dē vita & hon. cle. in 3. cōp. vide Ber. D az in practi. crim. cā c. 84.

3 Quod ītēllige ut dixi de iud. cū n ab homine, snpcr 1. glo. Io. An.

† pars c. constitutus. su dē relig. dom. vbi inuenies varietates dē voce Lauitani.

CAP. IV.

Calumniam † & audaciam temere litigantium condemnando in expensis, & alio [a] multiplici remedio sanctio imperialis compescit.

¶ Idem Valēt. & Burgen. episcopis, & abbati de N. Cistercien. ordinis.

¶ Abbatissa moniales benedi cere, confessiones audire & publice prædicare non potest.

CAP. X.

NOuat quædā nostris sunt auribus intima ta, quod abbatissæ monia les ꝓprias benedicūt: ip sarum quoq; cōfessiones in criminib. audiūt: & le gētes Euangeliū, [d] præsu munt publice prædicare. [e] Cum igitur id absonum sit, pariter & absurdū: Mā damus, quatenus, ne id de cætero fiat, curetis firmi ter inhibere: Quia licet beatissima virgo Maria di gnior, & excellētior fue rit Apostolis uniuersis, nō tamen illi, sed istis Do minus claues regni cęlo tum commisit.

NOua.] Primo ponit excessus, quos secundo prohi- bet ibi. Cū igitur. Tertio causam reddit ibi, Quia licet Abb. Sicu.

CASVS. In quibusdam partib. abbatissæ moniales proprias benedicebant, & ipsarum confessiones audie bant, & Euāgelium legere ac prædicare præsumebant: ista noua & inaudita peruenerūt ad notitiā dñi papæ: vnde super hoc scribit epīs in quorū diœcesib. hæc fie bant, mandās eisdē, quatenus cū hoc sit absonū & ab surdū, ne decætero id fiat, firmiter inhibere procurēt, quia licet beatissima vigo Maria dignior, & excellen tior fuerit ap̄lis vniuersis, n̄ tñ illi, sed istis d̄ñs claues regni cœlorum commisit. Not. q̄ abbatissa moniales benedicere non pōt, nec confessiones audire, nec præ- dicare publice, nec Euangelium legere. Item beata vir go dignior est, & excellentior oīb. Apostolis Item of- ficium clauium non cadit in sexum fæmininum.

d ¶ Euangelium.] In matutinis forte poterant legere Euangelium: vnde etiam diaconissæ appellantur 27. q. 1. diaconissam.

[Gl. seq. numerat. 8. quæ non licent fæminis, submit tens regulam generalem In fi quærit, & remittit.

e ¶ Prædicare.] Mulier enim nec prædicare, nec do- cere potest, quia hoc officium extraneum est a mulie- ribus 3 nec sacra vasa contingere, 23. dist. sacratas, & c. mulier, & 33 q. 5 mulierem, imo nec laici prædicare vel docere dēnt ē de hær. cū ex iniuncto, nec pōt vela re moniales, 20. q. 2. statuimus, nec absoluere eas j. ti. prox de monialib. nec iudicare 33 q. 5. mulierem, nisi forte aliqua nobilis hoc habeat ex con- suetudine. supra de arb. dilecti filii, nec arbitrium, in se susci pere, ut ibidem, & C. de arb. l. vlt. Nec pro curatrix esse p̄t in iu dicio, C de proc. qd̄ de absente, & l. alie- nā, nisi forte ꝓ patre morboso aut ætate īpedito ageret, ff. ¶ ꝓ cur. fęminas. Nec ad- uocare p̄t in iudicio. 3. q 7. infamis, § tria. & generaliter viri of ficium mulierib. est interdictū, ff. de reg. iur. l. 2. Sed nunquid abbatissa potest insti tuere vel sus ē Jere? De hoc dictū est sup. de mai. & obe dilec.

3 Adde quæ eis interdi- cta sint no. in le. 1. & 2. ff. ad Velle. & gl. in l. fæminæ ff. de reg iur.

¶ Idem.

¶ Tempore generalis interdi cti conceditur pænitentia, & uiaticum morientibus, hoc primo. Clerici, q̄ seruauerīt interdictum possunt cum silē tio in cæmeterio sepeliri, hoc secundo. In conuentualib. ec- clesiis clerici bini uel trini possunt horas submissa uoce dicere, hoc tertio. Cruce signa tis & peregrinis tempore in- terdicti pænitentia concedi po test, hoc quarto.

CAP. XI.

QVod † in te: & infra. ¶ In illo verbo ꝑ q̄ pęnitētia moriētib. nō ne gęmus, viaticū ēt, q̄ vere pęnitētib. exhibet̄, intelli gi volumus, ut nec ipsum sit decedentibus? Respondet papa, quod in verbo illo, per quod pænitentia morientibus non negatur, scili- cet cum dicitur, præter pænitentias morientium, viati cum etiam, idest, Eucharistia intelligitur, quod dece- dentibus concedit: Secundo dicitur, quod tempore generalis interdicti omnibus tam vnctio, quam ec- clesiastica sepultura denegatur: Tamen papa ex gratia concedit, ut clerici decedentes, qui tamen interdictū seruauerunt, in cæmeterio ecclesiæ sepeliantur sine campanarum pulsatione: cessantibus omnibus solem nitatibus. Tertio dicitur, q̄ t̄pe interdicti clerici in conuentualibus ecclesiis bini, uel simul tres possunt dicere horas canonicas, ianuis clausis, excommunica- tis & interdictis exclusis, vt potius videantur legere quam cantare, ita quod exterius audiri non possint, quia & quibusdam regularibus simile priuilegium a sede Apostolica est concessum. In fine dicit, quod recipientibus signum crucis pænitentia, si eam postu- lauerint, non est deneganda, quod aliis peregrinis po test de gratia concedi. Not. quod pænitentibus uiati- cum denegari non debet. Item nomine pænitentiæ via ticum intelligitur Item clerici interdicti t̄pe possunt sepeliri in cæmeterio. Item interdicti tempore potius debent legere horas canonicas, quam cantare. Item cruce signati & peregrini tempore interdicti, possunt accipere pænitentiam.

QVod in te] Qua tuor sunt partes, prout quatuor sūt di cta: Secunda ibi, Li- cet Tertia ibi, Et in cōuentualibus. Quar ta ibi, Recipiētibus. Abb.

CASVS. Contingit aliquando, quod ter- ra supponit̄ interdi- cto, & prohibētur di uina officia celebra- ri, p̄ter baptisma pa- ruulorum, & pęnitē tias morientiū, quæ- situ fuit a papa, utrū tūc uiaticum, id est, corpus Domini dādū

† Cap. 3 eo. tit. in 4. ꝯpi. Et de mate- ria huius de creta listene id q̄ statutū est in c. vlt. de sent. exc. lib. 6.

a ¶Denegetur.] tempore interdicti, inf. tit. proxi. premittimus.

b ¶Concedimus.] Ista enim duo sacramenta siue tria semper excipiũtur in quolibet interdicto, s. baptisma paruulorum, & pœnitentia morientium, in quo intelligitur viaticum pro ut hic patet: Et dicitur viaticum, quasi a via, quia sunt in via recedẽdi de hac vita. Nec tamen est istud sacrm necessitatis, tamen concedendum est decedentibus etiam tempore interdicti, ut patet hic.

[Gl. seq. arg. quod si ex gratia, &c.

c ¶Ex gratia] si ex gratia cõceditur clericis, qui seruauerũt interdictum, ergo uidetur, quod ius non sit cõmune, ergo non competit nisi impetretur, cum nemo sit exemptus ab illa generalitate interdicti, nisi, qui per priuilegium exemptus est, vel potest dici, quod per istud ius clerici canonicis regularib. æquiparentur, sim. sup de priu quod nõ nullis. Io. And.

d ¶Audiri] patet ergo, quod cũ excommunicato non licet stare extra ecclesiã, cum etiã interdicto prohibeatur audire exterius. Io.

[Gl. seq reddit rationem specialitatis, quã etiam ampliat. Secundo quærit, & sol. ponit opi. contrariam, quã reprobat.

e ¶Pœnitentia] hoc est speciale in istis personis, vt sine necessitate, vel periculo mortis admittantur ad pœnitentiam. Sed hoc facit necessitas, quia hoc eis non conceditur, nisi cum proficiscuntur, & ita quasi in uia dicuntur, sicut illi quib. datur uiaticum. Item potest dici, si aliqui proficiscuntur ad iustum bellum, quia ibi est i iusta cã timoris. Item idem esset si aliqui essent excõicari, ut in iusto bello, quia possunt absolui a quocunq; alio quam ab excõicatore, arg. inf. titu. proxi. decætero, de consec dist. 4. sanctum est baptisma, & 33. q. 2. c. in adolescentia. Sed quid si in ciuitate interdicta aliqui uellent satisfacere, nunquid in eis relaxandum est interdictum? Non: quia aliqui sine culpa sua interdicuntur, sup. de spon. non est uobis, & quia sic rigor ecclesiæ dissolueretur, ar. sup. de priuil. vt priuilegia Io. T. dixit, ꝙ si aliqui uellẽt iurare stare mandato ecclesiæ, ꝙ essent admittendi. Sed finis iste videtur contradicere, quia hic specialiter hoc concedit recipientib signum crucis & peregrinis, ergo aliis intelligitur prohibere, sicut quod de uno negatur, de alio conceditur, 25. distin. qualis, quod uerius puto, licet inuenias contrarium dictum.

r Vide B. Tho. 3 par. q. 56. ar. ult.

† In oĩb. Vaticanis, & plerisq; aliis ita: ualeant legere potiusquã cantare.

† Ad reuerentiam.

a Videto hic latius

decedẽtibus denegetur.[a] ¶Licet aũt ꝑ generale interdictũ denegetur oĩb. tã unctio, q̃ ecclesiastica sepultura, cõcedimus[b] tñ ex gratia,[c] ut clerici decedẽtes, qui tñ seruauerint interdictum, in cæmeterio ecclesiæ, sine campanarũ pulsatione, cessãtib. solẽnitatib. oĩb. cum silẽtio tumulentur. Et in conuentualib. ecclesiis bini & bini, uel simul tres, horas canonicas ualeãt † legere, non cantare, ianuis clausis, interdictis & excõmunicatis exclusis, & uoce ita demissa, ꝙ exterius audiri nõ[d] possit, cũ & regularib. f. n priuilegiũ sedis Apost. sit indultũ, ut cum generale interdictũ terræ fuerit, liceat eis ianuis clausis, excõicatis & interdictis exclusis, non pulsatis cãpanis, supressa uoce celebrare diuina. ¶Recipientib. aũt signũ crucis nõ negamus, quo minus eis ob† reuerẽtiam crucifixi pænitẽtia[e] cum postulauerint, iniungatur; quod & aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

10 ¶Idem† in concilio generali.

¶ *Famosum est, & multum allegabile, & hoc dicit. Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri ꝓprio sacerdoti, uel de eius licẽtia alteri, & Eucharistia sacramentum ad minus in Pasca recipere. Et sacerdos reuelans confessionem deponendus est, & in monasterio ad agendum perpetuam pęnitentiam detrudendus.*

CAP. XII.

Omnis† vtriusq; sexus fidelis, postq̃ ad annos discretionis[f] puenerit, oĩa[g] sua solus peccata saltẽ semel in anno fideliter cõfiteatur proprio[h] sacerdoti, & iniũctã sibi pænitentiã ꝓpriis uirib. studeat adimplere, suscipiens reuerẽter ad minus[i] ĩ Pascha Eucharistiæ sacramẽtum, nisi forte de proprii sacerdotis cõsilio, ob aliquã rõnabilẽ causam ad tẽpus ab hmõi† pceptione duxerit abstinendum:

20 30 40 50 60

Omnis.] Tria sunt dicta principalia: Secundum ibi, Si quis. Tertium ibi, Sacerdos. Abb.

CASVS. Statuit cõciliũ gñale, quod qlibet fidelis vtriusq; sexus postquã discretionem habuerit, saltem semel in anno sua solus confiteatur peccata proprio sacerdoti, & ad minus in Pascha sacrm Eucharistiæ suscipiat reuerenter, nisi de consilio sacerdotis duxerit abstinẽdum: Alioquin ab ingressu ecclesiæ arceat, & moriens careat ecclesiastica sepultura: Scdo dr, ꝙ si aliquis alieno confiteri voluerit sacerdoti, licentiam prius obtineat a proprio sacerdote, cũ aliter ipse illum ligare nõ possi, uel soluere. Sacerdos ãt sit discretus, ut diligenter inquirat circunstantias peccatoris & peccati quib. prudenter intelligat, quale cõsilium sibi debeat adhibere, præcauẽs diligenter, ne verbo vel signo ꝓdat aliquatenus peccatorem, & si cõsilio prudentiori indiguerit, illud requirat sine alicuius expressione psonæ, qui. n. peccatum in pænitentia sibi detectum manifestare præsumpserit, ab omni officio sacerdotali deponatur, & in arctũ monasteriũ ad agendum pniam detrudatur. No. ꝙ qlibet fideli s semel in anno pniam accipere debet & cõronẽ. Itẽ fallit hic regula illa: Cui cõicamus uiuo & mortuo cõicarẽ debemus. Itẽ ab alieno sacerdote nemo põt absolui uel ligari sine obtenta licẽtia proprii sacerdotis. Itẽ sacerdos tenetur inquirere circunstantias peccati, & peccatoris. Itẽ signis loquimur, item aliquid licet in genere, quod nõ licet in specie, item sacerdos qui peccatum in pęnitẽtia sibi detectum reuelauerit, debet deponi, & in monasterium detrudi ad pniam peragendum.

per Io. An. & doctor recentiore

† Idẽ. s. In 3. in concil. generali Lateran. c. 21. & c. 2. e. ti. in 4. compil.

† Vide cõcilium Trid. sess. 14. c. 6. confessione & can. 8. sanctissimi pænitẽtiæ sacramento.

† Alias ab eius &

[Glo. seq. exponit, & signat contrarium.

f ¶ Discretionis.] idest, cum est doli capax: quia tunc potest peccare, sup. de delict pue. pueris, C. si aduer. de lic. l. 1. & C. si minor se. ma. dix. l. 3. ar. de conse. dist. 4: eos, & C. de fal. mo. l. 1.

[Glo. seq. recitetur per duas quæstiones.

g ¶ Omnia sua peccata.] alias non esset fructuosa pęnitentia: ut dictum est su. e. quod quidam ubi de hoc. Non tamen uenialia, quia illa tolluntur per orationẽ Dominicã, uel per aqua m benedictã de pęn. di. 3. de quotidianis dist. 6. qui vult. tñ si recolit, cõfiteaẽ illa.

h ¶ Proprio sacerdotii] nisi ille sit ĩperitus: tũc d ipsius Inia (ut hic dicit) qrat discretũ, de pęn. di. 6 placuit. B.

i ¶ Ad minus i Pascha.] de cõc. di. 2. & si ñ frequẽtius.

Sepultura

a ¶ Sepultura.] hoc est contra regulam illam, cui communicamus viuo, communicare debemus & mortuo. Fallit etiam in alio casu. 23 q. 5. placuit. & sup. de sta. mona. monachi & sup. de tornea. c. 1. & sup. de vsuris, quia in omnibus, & supra, de rap. super eo.

alioqn & viuẽs ab ĩgressu Ecclesię arceat, & moriẽs Christiana careat sepultura.[a] Vñ hoc salutare statutũ frequenter in ecclesijs publicetur, ne quisquã † ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. ¶ Si quis aũt alieno sacerdoti[b] voluerit iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat[c] à ꝓprio sacerdote: cũ aliter ipse illũ nõ possit absoluere † vel ligare.[d] ¶ Sacerdos autem sit discretus † & cautus, vt more periti medici superfundat vinũ & oleũ[e] vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circũstãtias,[f] & peccati, quibus † prudẽter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remediũ adhibere, diuersis experimentis[g] vtẽdo ad saluãdũ † ægrotũ. ¶ Caueat aũt omnino, ne uerbo, aut signo, aut alio quouis mõ aliquatenus ꝓdat † peccatorẽ: sed si prudẽtiori cõsilio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ, caute requirat, qm̃ q peccatum in pnĩali iudicio sibi detectũ præsumpserit reuelare, nõ solũ à sacerdotali officio deponẽdum[h] decernimus, verum etiã ad agendam perpetuam pænitentiam in arctum monasterium detrudendum.

¶ Idem † in eodem.

¶ Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarum periculum.

CAP. XIII.

CVm infirmitas corporalis nõnũquam ex peccato proueniat, dicẽte Dño lãguido, quem sanauerat, Vade, & amplius noli peccare, ne d̃terius aliqd tibi cõtĩgat: Præsenti decreto statuimus & districte ꝑcipim⁹ medicis corporũ, ut cũ eos ad ĩfirmos uocari cõtigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ut medicos aduocẽt animarũ, ut postquã fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinę remediũ salubrius procedatur, cũ causa cessãte,[i] cesset effect⁹. Hoc qdẽ inter alia huic causam dedit edicto, q

[Gloss. sequens exponit. quærit, & soluit.

b ¶ Alieno sacerdoti.] executionem habenti, hoc dico propter illos sacerdotes siue seculares siue regulares, qui non habent ordinis executionem sacerdotalis, vt sunt illi qui non sunt à populo electi, vel qui ab episcopo populo nõ præficiuntur, 16. q. 1. cap. adiicimus, §. ecce in hoc. & cap. generaliter, §. ecce sufficienter. Sed ecce, si prædicatores & fratres Minores vel alij rel giosi non habentes populum habent priuilegium, vt alienos parochianos possint recipere ad pœnitentiam, nunquid sufficit priuilegium, vt parochianum alterius possint recipere ad pœnitentiam sine licẽtia proprii sacerdotis? Dicas quod non sufficit priuilegium sine licentia proprii sacerdotis: priuilegium enim æquiparat eos illis, qui à populo sunt electi, vel illis, qui ab episcopis populo præficiuntur, & dat eis solam executionem, & ita necessaria est adhuc licentia proprii sacerdotis, vt hic dicitur. Si enim de duabus seruitutibus, vna tollitur, remanet altera: quod bene probatur, supra de vsu pal. ex tuarum. supra de priuileg. pastoralis. ff de seruit. vrban præd. si domus tua, & ideo dicit, alieno, & non alii. Nec papa per talem indulgentiam intendit præiudicare proprio sacerdoti, vt cap. prædi. ex tuarum, cum suis similibus, & inf. ti. proxi cum desideres. in fi. & hoc idem dixit Hug. 16. q. 1. & in prædicti. §§. Ber.

[Glo. sequens quærit. ar. & soluit.

c ¶ Obtineat.] Quid si ille malitiose recusat? Arg. quod potest ire ad alium, sup. de reg. licet. Vel uadet ad eius superiorem si potest, vt illum compellat: vel ille dabit licentiam, ar. sup. de iure patro. nullus. Ar. C. de temp. app l. vlt. §. vlt. arg. inf. eo. c. vlt. ad fi. Ber.

[Gl. seq arg. & remittit.

d ¶ Vel ligare.] sup eo. quod autem. 9 q. 2. c. 1. & 2. & sup. de parochi. nullus. Et est arg. q clericus sine licentia sui episcopi non potest in non suum iudicem consentire. sup eo quod autem, & sup de fo. comp. si diligenti, &c significasti. vbi de hoc, & inf. eo. c. vlt. Ber.

e ¶ Vinum & oleum.] i. misericordiam & disciplinam, 45. dis. disciplina. 1 & c. omnis qui. & c. sũt namque, & c. vera iustitia.

f ¶ Circunstantias,] Sic sup. eo. Deus qui. & sup de homic. sicut in prin de pœ. dist. 5. consideret. Ber.

g ¶ Diuersis experimentis.] Non tñ sicut imperitus medicus, 29. dis necesse Sed diligẽter experiatur vires ipsius, qualẽ pęnitentiã possit portare, ar 26. q. vlt. alligãt sic vt potius reddat rõnẽ de misericordia, quã de crudelitate, vt ibi. 26. dis. non satis vltra medium & 11. q 3. nemo peritorum Ber.

h ¶ Deponendum.] Olim etiam alia pęna imponebatur, de pęn. dist 6 sacerdos. hodie hæc imponitur.

CVm infirmitas.] Diuiditur: Nam primo ponit vnã constitutionis cãm: Secũdo constitutionẽ: Tertio aliam cãm: Quarto pœnam transgressionis prohibitionis. Secũda ibi, præsenti. Tertia ibi, Hoc qdẽ. Quarta ibi, Si quis, Quinta ibi, Cęterum. Abb. Sicu.

CASVS. Dicitur hic q infirmitas corporis aliquando accidit ex peccato: ideo prohibetur in hoc capitulo, ne medici infirmos in suam curam recipiãt, nisi prius infirmi per medicum animæ se curauerint emendare: quia remota causa remouet effectus, Secũdo dicitur, quod hoc dedit causã huic constitutioni, quia quando infirmatur aliquis, & dicitur ei à medico, vt de salute animæ disponat, cadit in desperationem, & facilius mortis periculum incurrit. Tertio dicitur, q si medicus fecerit contra istam constitutionem, postquã per Prælatos locorum fuerit publicata, excommunicetur vsque ad satisfactionem condignam: Quarto dicitur, q cum anima sit multo pretiosior corpore, nullus medicus suadeat ægroto qd in periculum animæ conuertatur. No q infirmitas corporis aliqñ prouenit ex peccato. Item cessante causa cessat effectus Item transgressores constitutionum domini papæ excommunicari debent. Item anima multo pretiosior est corpore.

i ¶ Causa cessante,] supra de iureiuran. & si Christus.

† In vetustio. quibusdã libris ita. ne quisquã ex ignorãtię cęcitate.

† Alias, soluere.

† Qualis debeat esse cõfessor, tradit Magister sẽ. li 4 dist. 19. § qualem.

† Aliás ita: ex qbus in cõcilio ita: per quas.

† Aliàs, sanandum.

† Vide B. Thomã in qõnib. addit. ad 3 p. q 11. art. 1. & Theologos li. 4. sẽt.

1 Vt ibi dr̃, per viuũ mũdãtur putrida per oleũ sanãda souẽtur secundũ Goffr. lo. A.

† Idem. s. Innoc. 3. in cõcilio gñali Lateranẽ. c. 22. & c 4 e. ti. in 4. cõp.

stus.ad fi. & supra de renunc. post translationem vbi de hoc.
a ¶ Arceatur.] per sententiam, non ipso iure: quod male, vel nullo modo seruatur.
b ¶ Multo pretiosior.] 12. q. 1. præcipimus, 24. q. 3. si habes. C. de sacrosan. eccl. l. sancimus, in fi. & ideo potius, & prius est consulendum animæ quam corpori: quia vbi maius est periculum, cautius est prouidendum, 42. dist. quiescamus. & 7. q. 7. cap. vltim. vt ff. ad Carbo. l. 1 § 2. Ber.

CVm ex eo.] Quatuor sunt partes principales: Secunda: ibi, Formam Tertia: ibi, Qui autem Quarta, ibi, Ad hæc. Abb. Sic.

CASVS. In hoc capitulo dicitur, quòd, quæstores eleemosynarum per prouincias admitti non debent nisi litteris Apostolicis, vel loci episcopi muniantur: nec aliud prædicare debent, quàm in forma contineatur litterarum: forma vero litterarum in hoc capitulo inferius continetur expresse Secundo dicitur, quod quæstores eleemosynarum in tabernis vel aliis inhonestis locis hospitari nec debent, nec magnos sumptus facere, nec falsum religionis habitum simulare. Tertio dicit, quod cùm basilica dedicatur, siue ab vno siue à pluribus episcopis, vltra annum non extendatur indulgentia, nec in anniuersario dedicationis tempore 40. dies excedat remissio ea maxime ratione, quia Romanus Pontifex consueuit hoc moderamen in talibus obseruare. Nota, quod creditur litteris episcopi. item iurisdictio nõ extenditur ultra illud, quod in litteris continetur. Item quæstores eleemosynarum in inhonestis locis morari

† Idem. s. Innoc. 3 in eodem concil. generali Lateran. c. 62. & c 5. eo. ti in 4. comp.

† Quod latet sub hoc ins. habes in c. 2 sup. de reliquiis, & venerat sanc. ian quatenus at tinet ad hos q̃stores, eorum nomẽ & vsum. penitus sustulit cõc. Trid. s. de ref. form. c. 2. in fi. & se s. 21. de reforma. c. 9.

quidã in ægritudinis lecto iacẽtes, cum eis a medicis suadetur, vt de animarum salute disponant, in desperationis articulũ incidunt, unde facilius mortis periculum incurrunt. ¶ Si quis autem medicorum huius nostrę cõstitutionis, postquam per prælatos locorum fuerit publicata, trãsgressor extiterit, tãdiu ab ingressu ecclesię arceatur,[a] donec pro transgressione hmõi satisfecerit competẽter. ¶ Cæterum cũ anima sit multo pretiosior[b] corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute, aliqd ægro suadeat, qđ in periculum animæ conuertatur.

¶ Idem † in eodem.

¶ Eleemosynarum quæstores sine Apostolicis vel diœcesanorum litteris admitti nõ debent. nec tunc proponant vltra id. quod in ipsis litteris contin'tur hoc primo. Et debent esse modesti & à locis, & expensis incongruis abstinere hoc secundo In dedicatione basilicæ vltra annum, & in anniuersario dedicationis & in litteris indulgẽtiarum concessis ob alio quã à Papa, vltra quadraginta dies remissio excedere non debet. h. d. vsque ad finem.

CAP. XIIII.

CVm ex eo: & infra: † ¶ Eleemosynarum quoque quæstores, quorum quidam se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti (nisi Apostolicas vel diœcesani epi litteras[c] veras exhibeant) prohibemus; & tunc præter id, quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere[d] permittatur. ¶ Formã vero, quã cõiter talibus, Apost. sedes indulget, duximus exprimẽdã, ut secundũ eam diœcesani episcopi suas litteras moderẽtur: Ea si quidem talis est: Quoniam (ut ait Apost.) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit, siue malum: oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Dño cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis: firmã † speciẽ, fiduciamque rectam tenentes: quoniã qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet uitam æternam: Cum igitur ad sustentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hospitale, proprię non suppetant facultates, uniuersitatem nostram monemus, & exhortamur in Domino, atque in remissionem uobis iniungimus peccatorũ; quatenus de bonis uobis à Deo collatis, pias eleemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogetis: ut per subuẽtionem uerã ipsorum inopiæ consulatur: & † nos per hæc bona & alia, quę Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire. ¶ Qui autem ad quærendas eleemosynas destinãtur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis † aut in aliis locis incongruis hospitẽtur, nec inutiles faciãt aut sũptuosas expẽsas, cauentes oĩno, nec falsę religionis habitũ gestent † Ad hæc, quia per indiscretãs & superfluas indulgentias, quas quidã ecclesiarũ Prælati facere nõ uerẽtur: & claues ecclesiæ[f] contemnuntur: & pœnitentialis satisfactio eneruatur: Decernimus, ut cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia uel annũ, siue ab uno solo, siue a pluribus[g] episcopis dedicetur: ac deinde in anniuersario dedi-

cationis

non debent. Item indulgentia non debet annum excedere. Itẽ papa obtinet plenitudinem potestatis. Itẽ minores prælati exẽplum accipere debẽt a maioribus.
c ¶ Littera.] Sic ergo credetur litteris episcopi si vere sint. s. de prob. post cessionem. & 11. q 3 curæ.
d ¶ Proponere.] quia in talibus diligens inquisitio facienda est, 42 dist. quiescamus.
e ¶ In tabernis,] Si enim ibi publice deliquerint, possunt à diœcesano puniri, licet sint exempti, supra de priuil. tuarum.
f ¶ Claues ecclesiæ cõtemnuntur] quod esse non debet, s. supra tit. proxi. c. vlt. de priuil. vt priuilegia. Glo. sequen. quærit an negatiue, soluit affirmatiue, solutioni signat contrarium.
g ¶ A pluribus] quid si glibet indulgeat an nũ: nũquid valet huiusmodi indulgentia ꝯtra statutũ istud? & q non.

Roma 14 Com.

† In co Barbatia & in con ita fi mi fiduciam tenentes

† Alias & vos p & alia &c.

† Vide tes i c. ... eo. tit.
† Quia ... at suo inf. not patet.

non, supra de exces. prælat. cum ad quorundam, & c. sane, & c. prox. Credo quod tenet, licet ibi faciant contra mandatum istud, quia non adiicit hic, ꝙ si secus fecerint, decernimus non valere, prout dr̃ in illa decr. cum ad quorundam, arg. ad hoc s̃. de pben. inter cætera, ubi. n. huiusmodi clausula non apponitur in mandato, licet fiat contra mandatū, tñ tenet ꝙ factū est. s̃. de prebē. dilectus, 2. Arg contra inf. e. c. prox in fi.

ADDITIO Hodie p c. fi. e. tit. li. 6. disponitur. ꝙ indulgētia cōcessa a p̄lato vltra numerū hic taxatū, est ipso iure nulla, & vide ibi glossam, q̄ disputat nunquid excedendo hunc numerū corruat indulgentia in totum, an vero teneat vsq; ad facultatē cōcessā? & intelligit ꝙ vsq; ad concessum numerum inclusiue tenet. arg. in regula vtile per inutile li. 6. & l. sancimus, C de do.

Nostro.] Diuidit: primo ponit cōsultatio: Scdo rñsio, secunda ibi. [Nos igitur] Abb. Sicu.

CASVS. Quæsiuit quidam p̄latus, vtrū p suā prouinciā posset cōcedere remissionis l̄ras gñales? Rñdet papa ꝙ hoc liberè pt facere, ita tñ ꝙ statutū gñalis cōcil. nō excedat, ꝙ ex s̃ c. px. No. ꝙ epi pñt concedere litteras remissionis uel indulgentiæ in sui s prouincijs.

[Gl. seq reci p obie. de decie pastoralis.

a ¶ Per tuam prouinciā.] No. ꝙ archieps p totā ꝓuinciā suam pōt facere remissiones, prout hic colligit, & eps in sua diæcesi, licet archieps non sit iudex ordinarius oium de prouincia sua, su. de of ord. pastoralis, & iurisdōnē contētiosam non hēt in sua ꝓuincia, nisi in certis casibus, vt dr̃ in decr pastoralis, sed uoluntariam sicut proconsul cū urbē egressus fuerit, iurisdōnē hēt nō cōtentiosam, sed volūtariā, ff. de offi. proconsul. l. 2. Et legatus pt in sua ꝓuincia facere remissiones, qa & statuta perpetua facere pt, su de off. leg. c vlt. Et est hoc epōrū & archiepōrū, f facere remissiones, nisi ex spāli concessione vel alia ltīma cā cōpetat aliis inferiorib p̄latis, su de excel. prælat. accedētib Et priuilegia pñt concedere epi & archiepi, su. de his quæ fi. a præla. sine cōsensu capituli, quanto, & arg. su. de iure pat. nullus.

b ¶ Concilii.] sup eo c prox.

Ne pro dilatione.] CASVS. Cū nulli possint ligari, vel absolui nisi a suo proprio prælato, & periculosum sit epis, & aliis superiorib. & minorib. prælatis exemptis suos p p hoc prælatos adire, uel licētiā petere ab eispē, ne ꝓ dilatione pniæ periculum immineat animarum, permittit papa prædictis omnibus, vt etiā præter sui superioris licentiam prouidum, & discretū sibi eligant confessorem. No ꝙ p p periculum aīarum multa licent, quæ alias non licerent, item epi, & alii prælati inferiores exempti possunt sibi eligere confessorem sine licentia superioris, itē discretus debet eligi confessor.

[Glo. seq dat duo similia de absolutione & baptismo, & subdit genus vlt. no.

c ¶ Periculum immineat] Sic p p periculū moræ cat absolutio statim, q̄ alias nō daretur, j. ti. ꝓx nuper. ī fi. & c sacro & s̃. de off. ord. ad reprimendam, & p p periculū animæ statim infans baptizatur 5 dist bapti zari, & de conse dis. 4. ne qđ absit, & dilatio p p periculum tollitur, ne interim aliquod contingat periculum, de consec. di. 4. Iudæi. Et est arg. ꝙ vbicunq; pericula timetur, dilatio sine mora uitanda est. 28. idst de Syracusanæ. itē arg ꝙ sacerdos statim dēt currere ad īfirmum, qñ vocatur, quia vitam ad mitiqs quis morienti pęnitentiam denegauit, 26. q 6 si presbyter, & c. seq. & reus erit animarum, ut ibi dicitur.

d ¶ Permittimus.] Sic ergo uidetur, ꝙ epi vel alii inferiores p̄lati exēpti añ istā permissionem non poterant se subiicere alicui confessori sine licentia sui superioris, supra eod. cap omnis vtriusque, quia nullus clericus sine licentia sui episcopi potest eligere iudicium non sui iudicis, personæ uel rerum, supra de foro compet. si diligenti, & cap. significasti, & 3 q. 6 non liceat, ergo multo minus iudicium animæ, quod maius est.

[Gl seq. recitetur per quæstionem.

e ¶ Prouidum.] qui sciat ligare ac soluere, de pęn. distinct. 6. qui vult. & supra eodem, omnis, §. sacerdos, & qui diligenter inuestiget qualitatem criminis, & personæ, de pęn. distinct. 5. consideret.

---

cationis tempore quadraginta dies de iniūctis pęnitentiis indulta remissio non excedat, & infra.

¶Hunc quoque dierum numerum indulgentiarū litteris pręcipimus moderari, quæ pro quibuslibet casib. aliquotiens conceduntur: cū Romanus Pōtifex, qui plenitudinē obtinet potestatis, hoc † in talib. moderamen consueuerit obseruare.

¶Honorius tertius.

¶Archiepiscopus intra prouinciam suam potest concedere indulgentias secundum formam concilii generalis, h. d. & loquitur, de ca. præce. in fin.

CAP. XV.

Nostro † postulasti certificari respōso, vtrū per tuam prouinciā [a] possis concedere remissionis litteras generales. Nos igitur tuę fraternitati breuiter respōdemus quod per prouinciam tuā libere potes huiusmodi concedere litteras: ita tamen, ꝙ statutum generalis concilii [b] non excedas.

¶Gregorius nonus.

¶Episcopus & alii, de quibus in littera, possunt sine licentia superiorum sibi eligere prouidum confessorem.

CAP. XVI.

Ne † pro dilatione pęnitētiæ periculū [c] immineat animarū: Permittimus [d] episcopis, & aliis superioribus, necnō minoribus Prelatis exemptis, vt etiam præter sui superioris licentiam, prouidū [e] & discretum sibi possint eligere confessorem.

TITVLVS XXXIX.

De † sententia excommunicationis.

¶Alexander iij. Senon. Archiepiscopo.

Impubes, qui clericum percussit, ab episcopo absolui potest, & qui ioco uel causa disciplinæ percutit cle-

DE SENTENTIA EXCOMmunicationis.

.] Supra uisum est de pęnis, quæ imponuntur tam in foro contentioso quam pęnali: Veruntamen quia excommunicatio, est pęna delicti, cum fertur a iure, cum uero ab homines, est pęna

---

† Alias ita, & in talib.

† Vide Spe. titu de pęn. & remis. ubi plene de hac materia, adde B. Th in qōnib. additis ad 3. par. q. 26.

† Vide late Paludanū li. 4 sent. & Syluest. uerbo, confessor. 1. qō. 8. adde Turrecre. in c. quē pęnitet. de pęn. dist. 1.

† In duobus manuscriptis ita: De sētentia excōicationis, & absolutiōis.

pœna contumaciæ, merito post rubricas præcedentes subiicitur ista Abb.

De hac materia tractatur, 33. quæstio. 1. & quæstio. 2. & quæstio. 3. & 6. quæstio. 1. & 11. quæst. 3. per totum.

SVper] Tres sunt partes: secunda ibi, nec clerici: Tertia ibi, [Cæterum.] Abb. Sicu. CASVS. Quæsitum fuit a papa si clerici inf. minores annos constituti se adinuicem percusserint, vtrum sint ad Apost. sedem mittendi pro absolutione? Respondet papa, quod si inf dictam ætatem clerici se ad inuicem percusserint, siue unus alterum, non sunt ad sedem Apost. mittendi, quia ætas excusat. Itē nec clerici si sint plenæ ætatis, & adinuicem se percusserit, non ex odio, vel inuidia, sed ex leuitate iocosa, sunt excommunicati. Item nec magister, si clericum causa disciplinæ percusserit, vel correctionis, quia non potest in ipsis iniectio manuum violenta notari. Secus uero si ex odio dicti clerici se se pcusserint, tunc n. ad Apost. sedē ire debent absoluendi. no. quod clerici impuberes si se adinuicem percusserint, possunt a suis episcopis absolui item est arg ætatem excusare non a toto, sed a tāto Item qui ludendo clericū percutit, uel magister, qui causa correctionis discipulum verberat, non est excommunicatus

† Ca. 2 e ti. in 1 compil. post cōci. Late. sub Alex. 3. p. 14. ca. 7.

† In recētioribus intra, legit, sensu penitus contrario decisioni pōtificię, ex antiquis tñ, intra, legi tutum est.

† Adde quod dicat iniect o manuū, uiolēta, p Bar. i l. licitario. §. q illicitę, de publi.

ricum, etiam si sit maior, excomunicatus non est, qui vero ex odio, sic; et per Papam absoluitur.

SVper † eo uero, quod consilium postulasti, & infra.

¶ Respondemus, quod si clerici infra † puberes annos se adinuicem aut unus alterum percusserint,[a] non sunt ad Apostolicam sedem mittendi quia eos ætas excusat.[b] Nec clerici,[c] si sunt plenę ætatis, & non od o, vel in uidia, uel indignatione, sed leuitate iocosa se adinuicem percutere cōtingat, neq; magister, si scholarem clericū intuitu disciplinæ,[d] vel correctionis percusserit, quia non potest in ipsis iniectio manuum uiolenta † notari:[e] Cæterū si ex odio iidem scholares, uel seculares clerici sese percusserint, pro sua absolutione debent ad Apostolicam sedem uenire.

¶ Idem.

¶ Monachos se adinuicem percutientes absoluit abbas, idem in canonicis regularibus, & abbatis discretione deficiente, recurritur ad episcopum.

a ¶ Percusserint] irato animo: alias non inciderent in canonem, prout sequentia verba declarant, & 17 q. 4. si quis suadente

[Glo seq exponit, arg. alle. tria iura, & duo alle. in contrarium.

b ¶ Excusat.] non ab excommunicatione, sed quo ad hoc quod non sunt mittendi ad curiam pro absolutione vt i. f eo. quamuis ... vlt Et ita est arg quod ætas excusat. de consec dist 4. eos. C de [illegible] & 33. q 2. in adolescentia. Arg. contra quia maiorum mores infirmitas animi non excusat C si aduer. delict. l. 2 & ff. de mino. auxil um §. in delictis, Ber

c ¶ Nec clerici] supple, sunt excommunicati, quoniā sola temeritas in hoc casu reprehenditur sine violentia, prout sequitur, & patet ex illo canone, 17 q. 4. si quis suadente.

d ¶ Disciplinæ] Vel ratione prælationis. Idem est et de patre, q filiū in minoribus ordinibus potest corripere sine pœna ista: vel de propinquo, j. eo. ex tenore, & c. cum uoluntate, vbi de hoc, arg. de Pœn. dist. 1. §. aut facta, & 14 q. 5. circuncelliones. Ber.

e ¶ Violenta notari.] Hæc est ratio, quare non incidūt in canonem.

1 Hoc intelligas si sunt doli capaces alias ab excōicatione, excusarent, sm Hosti. Ioā. And.

CAP. II.

MOnachi † vero & canonici regulares, quocūq; mō[f] se in claustro percusserint, non sunt ad Apost. sedē mittendi, sed secundū prouidentiā sui abbatis[g] disciplinę subdātur: & si discretio abbatis nō sufficit † ad eorū correctionē, est prouidētia dięcesani episcopi adhibēda.

¶ Idem.

¶ Ostiarius qui clericū percussit nō grauiter, ab episcopo absolui potest hoc primo: Officialis deliberate iniiciens manū in clericum, per Papam absoluitur hoc secūdo. Qui repellendo uim ui clericum percutit, excōmmunicatus non est, hoc tertio. Qui percutit clericum turpiter inuentum cum propinqua, excommunicatus non est. secus cum remota, & dicitur propinqua, ut in litera.

CAP. III.

SI vero al cuius ptātis ostiarius, sub ptextu sui offic. mal gnat' clericū læserit, non potest sine mandato Rom Pon absolui, quia laico non datur tanta potestas, nisi forte turbam arcendo casu fortuito clericum lædat: Tertio dicitur, quod si clericus uel laicus uim ui repellendo, clericum percutiat, non est excommunicandus, nec est excommunicatus, quia vim vi (secundum quod iura permittunt) repellere licet: vltimo dicitur, quod si alis quis in clericum turpiter inuentum cum matre, filia, sorore, uel uxore manus iniecerit uiolentas, non est excommunicatus: si autem inueniat eum in stupro, uel adulterio cum alia, quæ ipsum taliter non attingat, & in eum uiolentas manus iniecerit, est excommunicatus. Nota quod qui prætextu officii sui clericum percutit, ab episcopo potest absolui. Item quod casu fortuito fit, nemini est imputandum. Item vim vi repellendo clericum percutiens, non est excommunicatus. Item percutiens clericum turpiter coeuntem cum vxore, matre, sorore uel filia, non est excommunicatus: in ulterioribus autem personis secus est.

MOnachi. CASVS. Monachi, & regulares canonici si se adinuicē pcusserint, non sunt ad Apost. sedem mittendi, sed p abbatem suū sunt absoluēdi, & si abbas ñ sufficit, episcopus dięcesanus est adhibēd'. Not. quod regulares sese adinuicem pcutiētes per abbatem suū pos sunt absolui.

f ¶ Quocunque modo.] dum tñ nō enormiter: aut in epm, aut in abbatē, aut in clericum secularē manus iniiciāt uiolētas j. eo. cum illorum

g ¶ Sui abbatis.] Si vero monachū alterius claustri pcusserit, per abbatem utriusq; monasterij dēt absolui, īf e. cū illorū, & īf e. canonica, sed si monialis monialē, vel p uersam, vel conuersū aut clericum percusserit, per epm absoluatur, inf eo de monialibus

SI vero.] Quatuor sūt partes Secunda ibi Officialis Tertia ibi, Nec ille: Quarta ibi Cæterum Abb. CASVS. Primo dr quod si ostiarius alicuius potestatis ptextu officii sui malignatus vel malitiose clericū læserit, ab epo suo pt absolui, nisi grauiter eū vulnerauerit: Secūdo dr, quod si officialis cleri ū vulnerauerit, non potest sine mandato Rom Pon absolui

† Ca. 3 e. tit. in 1. cōpil. post cōci. Late par. 14. c. 8.

† sufficiat.

2 Quod dic vt īf eo. religioso, lib. 6. Io. And.

a ¶ Absolui,]ergo est excommunicatus :quare intelligendum est de eo, qui animo iniuriandi hoc fecit. & hoc no.ꝙ dicit, malignatus: alioquin non esset excommunicatus,cum canon dolosos & violentos tantum teneat: vt sup.eo.c.1.& 17.q 4.si quis suadente.

b ¶ Grauiter vulnerauerit.] Casus iste sẽ per exciptur.infr. eo. cum illorum.

c ¶ Officialis.] idest iudex vel apparitor alicuius Potestatis vel principis.

d ¶ Laico.] supple, ẽt qui de mandato sui prælati hoc faceret, nihilominus incidit in canonem, inf.eod. vniuersitatis, nisi clerici deliquerint : nec aliter possint ad iudicium trahi,tunc enim de mandato Prælatorum capi possunt : vt traditur infra eod. vt famæ.

e ¶ Fortuito.] Tunc enim non, imputatur qa casus fortuiti præuideri non possunt s. de homic. Ioannes,& c. vlti. & s de commo. cap.vnico, & ff.de admi re.ad ciui per. l.2. §. si eo tempore, & ff.de cust.& exhibitio reo non est, & l.milites , in fin. quia nulla temeritas vel violentia ĩ eo notari potest, sed excusatur rõne officii :alias non excusaretur: quia debuit præuidere,an ex facto suo posset iniuria irrogari. argum s.de in iur.c. vlt.

f ¶ Vim vi.] Tunc enim excommunicatus non est,cum licitum sit se defendere,inf eo. ex tenore.seruato moderamine inculpatæ tutelæ,sup.de homic.significasti.2.

† An aũt aliquam oĩno habeãt laici in clericos ptãtẽ, tradit Franc. victoria in priori relectione đ potestate eccleũæ,q.vlt.

¹Si tpe noĩationis idoneus fortuito facultatibus laps⁹ dãnũ rei pub. dederit, ꝓcurator rei publice non tenetur, qa est casus fortuito &c Ioan. Andr.

serit, ab episcopo suo potest absolui:[a]nisi forte eũ dẽ clericũ grauiter[b]vulnerauerit.Officialis[c] vero ꝓ in iectione manuũ ĩ clericum non potest sine mandato Rom.Pontificis absolutionis beneficium promereri:quia nulli laico[d] super clericum tãta † datẽ auctoritas: nisi forte turbã arcendo,irruentẽ non ex deliberatione, sed fortuito[e] casu clericũ lędat.¶ Si vero clericum vim sibi inferẽtem vi qs repellat,vel lædat:nõ debet propter hoc ad sedẽ Apost.trasmitti: si in continẽti vim[f] vi reppellat; cũ vim vi repellere[g] omnes leges[h] omniaq; iura permittãt.¶Nec ille compellendus est ad sedẽ Apost.venire, qui in clericum cũ vxore,[i] matre,[k] sorore,uel filia ꝓpria turpiter[l] inuentũ,manus iniecerit uiolentas.Cęterũ si ĩ stupro uel adulterio , quod committit cum ea, quæ ipsũ ita ꝓxima cõsãguinitatis linea non contingit,[m]ceperit,aut in eũ uiolẽtas manus iniecerit, non erit a sententia illius excommunicationis immunis.

¶Idem.

Qui percutit clericum ignorans probabiliter cum clericũ,excommunicatus non est, ignorantiam tamen probare debet per iuramentum,& si hoc præstare recusat, pro excommunicato haberi debet.

CAP. IIII.

ij SI † uero aliquis in clericum nutrientem comã, manus iniecerit uiolẽtas, propter hoc non debet † Apostolico pręsentari cõspectui:nec etiam excõmunicatione notari, † dũmodo ipsum esse clericum ignorauetit : [n] Vel si hoc dubium fuerit,propria[o] manu dũtaxat pręstiterit iuramentum,quod eum esse clericum ignorasse. Ab illo

m ¶ Non contingit.]quia tunc nihil interest eius, imò culpa est se immiscere rei ad se pertinenti . ff.de reg. iur. culpa Ber.

ij SI vero.] Tres sunt partes: Secunda ibi, Vel si.Tertia,ibi.Ab illo.Abb.

CASVS. Si aliquis manus violentas iniecerit in clericũ nutriẽtẽ comã, ignorans,ꝙ clericus fuerit , non erit excõicatus: vel si hoc dubium fuerit,& propria manu iurauerit,ꝙ eũ clericũ ignorauerit. Si aũt nõ iurauerit sicut ab excõicato conuenit abstinere:qa cõstat eũ violentas manus in clericũ iniecisse.No. ꝙ ignorãtia excusat ab excõicatione . Itẽ per iurm̃ purgatur cõsciẽtia alicuius. Et sic ignorãtia ꝑ iurm̃ probatur . Itẽ q̃ ignorantiã allegat, eam ꝓbare debet. Itẽ iuro alicuius statur in præiudicium alterius, sed hoc facit pręsumptio habitus laicalis .

[Gl.seq.exponit litteram , de leg duo iura:quærit & soluit,secundo quærit & soluit, tertio quærit,ponit opi. Alan.quam dicit tutiorẽ, & cõtrariã Tan. quam approbat.

n Iguorauerit] ita ꝙ ignorantia probabilis fuerit, aliàs non excusaretur, su.de cle.exc. min. Apostoli. & su. de eo qui renũt episc. c.1.& 2. Quid 4 si tonsuram vidit, & eũ clericum non credidit ; Rñ.incidit in sñiam, dum tamen ille clericus sit.Quid si in ueritate nõ erat clericus,licet tonsuram deferat & illũ percussisti credens illum clericum? Propter cõsciẽtiam teneris, nisi postea certus efficiaris.arg.11.quæst.3 quoniã multos. secundum vnum casum.Quid si credidit percutere Titium laicum, & in persona errans percussit Martinum clericum? Ala.dixit, quòd in sententiam incidit,quia iniuriari voluit,ff.de iniur.eum qui. §.si iniuria.supra de iniur. cap.vltimo.Tan. dixit quòd non incidit in canonem,quod probat per hanc litteram,quia dicit hic, si percutiat clericum quem credebat laicum , non est excommunicatus , vt hic dicit : Sola enim temeritas & violentia in hoc consideratur. arg.sup eo. c.1. & inf. eo.veniens,& ff.de iniu.illud, §.vlt.& l seq. iniuriam tamen fecit, vt dicit Ala.& per eadem iura potius credo opin Ala. tutiorem .

o Propria manu.] Soli sacramento creditur , quando de conscientia alicuius dubitatur vel quæritur, ut hic patet,& 33.quæst.2.in lectum,31.quæst.2.si verum,ff.de remis.non omnes, § à barbaris, 16 quæst. tertia , dictio & 35 quæstion 3. extraordinaria, & supra de exceptio. pastoralis. argumen. supra , quod met. cau. capitulo vltimo , cum suis concord. positis .bi .

[Gl.seq.signat contrarium, & soluit.

ma gl. Io. A. 3 Et hoc tenet In. d. ẽs in collateralib. vel affinib non extẽdendum . Ioan. And.

†Ca.5.eo.ti. in 1.comp.& post cõc.Lat. par. 14. c.1. Et de intellectu vide citatos super gl.

† Aliàs ita : nõ debet se Apostolico ꝑsentare cõspectui .

† Nodari, in recentiorib. libris .

4 De articulis huius gl. præter Doc. hic, vide Fe. cõs 13. Sylu. verbo, excõicatio. 6. uer. sciendum est quarto . & Couar.ĩ c.al ma mater, de sent.excom. lib. 6 par.1. §.10. nu.15.

g Reppellere.]ff.de iust.& iu.vt vim. & ff ad l.Aquil. scientiam.§ qui cum aliter,& sup.de homic.significasti.vbi de hoc.

h Omnes leges.] De hac materia loquentes,& ita vniuersalis restringitur. sic 1 distin.omnes leges. sic & indefinita,sup de priuil.vt priuilegsa .

i ¶ Cum vxore.] idem est in sponsa de præsenti: quia & lex permittit illã accusare iure mariti. 2 ff.de adult. si vxor §.1.

[Gl.seq.quærit arg.pro,soluit contrarium .

K Matre.] Nunquid noĩe matris intelligimus omnes ascendentes secundum legem? vr̃ ꝙ sic,ff de verb.sign. appellatione, & nomine filii omnes etiam descendentes,vt lex dicit,ff.eo liberorum. per ll. istas vr̃ ꝙ sic in casu isto 3 non credo hoc extendendum ad ascendentes,vel descendentes,cum minor fiat iniuria, vnde non est extendenda licentia,sup.de dec c.tuæ B.

l Turpiter.]Huic.n. parcit canon,quia tam iustum dolorem compescere non posset,C.ad l.Iul de adul.Gracchus, & lex permittit illum occidere sic inuentum , ff. de adul. quod ait lex.§.quod ait , aliàs ex interuallo non liceret .

² Quid si in veritate non sit vxor, putatur tamen vxor , & loco vxoris hr̃. Idem credo: vt ibi dĩ s̃m Vincent. & Gof.facit qđ nõ đ do.int. vir & vx.ple nũq,,ĩ 1 vlti

a ¶Noluerit.] Hoc ipso ꝙ iurare non vult, præsumptio est contra eum in tm, ꝙ tanq̃ excõicatus vitabit. sim. su de hæret. excõicamus. §. qui vero. cum cõstet, ꝙ violentas manus in illum iniecit, sic. n. pro conuicto dr̃ q se non purgat, sup de sim. de hoc, & sup. de purg. can. c. cum P. & c. inter, in fi. Itẽ hic habes, quod licet clericus non seruet habitum suũ, adhuc ret net priuilegiũ suum vnde cõtra inf. eod. in audientia. hoc intellige ante trinam adminitionem, illud cum suis cõsimilibus post: quia tunc perdit priuilegium.

NOn dubium est.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ quicunque violentas manus in clericos, aut cuiuslibet religionis conuersos inijciunt, sñiam excõmunicationis incurrunt, & à solo papa possunt absolui, nisi ĩ articulo mortis. Not. ꝙ percutiẽs clericum vel alicuius religionis conuersum, à solo papa põt absolui. Item propter periculũ mortis multa fiũt, quæ alias non fierent. [Glo. seq. reci per q. an conuersi seculariũ, &c. arg. quòd non, à cõtrario huius litterę. tenet contrarium dicens quòd quidam tenent primum.

b ¶Religionis conuersos.] inf. e. ex tenore. ex eo quòd dicit religionis, vr̃ ꝙ conuersi secularium ecclesiarium nõ habeant hoc priuilegium, arg 27. q. 1. vt lex continentiæ. Sed dicẽdum est, ꝙ ex quo tradiderunt se & sua diuino obsequio, siue in seculari ecclesia siue in regulari, iam censentur ecclesiasticæ personæ, & ex toto translati sunt in forum ecclesię: vnde habent immunitatem ecclesiasticam, 17. q. 4. quisquis. Et dicit decretal. ꝙ tantũ duo sunt genera Christianorũ: Vnum quod dedicatum est diuino obsequio, vt clerici & conuersi. Aliud genus, vt laici, 12. q. 1. duo sunt: Quidã tñ uolunt dicere contra: sed benignius est dicere ꝙ sic, ut eorũ gaudeãt priuilegio, quorum uitã, & religionem assumunt: ut sup de sta mo. recolentes.

c ¶Ex constitutione concilii] 17. q 4. si quis suadente. in qua constitutione nulla fit mentio de cõuersis, sed per hoc & inf. eo ex tenore, extenditur ad conuersos; sic quod dicitur de monachis; extenditur ad regulares, sup de postu. ex parte. & ita per consequens ad omnes conuersos, ut dictum est. Bern.

d ¶In articulo mortis,] & in aliis casibus, qui habentur inf. eo quamuis. vbi de hoc.

MVlieres.] Tria sunt dicta: Secundum ibi, De his uero, Tertium ibi, illi. Abbas.

CASVS. Dicitur hic in primo respõso, ꝙ si mulieres & serui, qui sui iuris non sunt, manus in clericum violentas iniecerint, ab episcopo diœcesano possunt absolui. Secundo dicit: aliqui delicati, & magnæ potentiæ violentas manus, in clericos iniecerunt: sed dicunt, ꝙ laborem veniendi ad Apostol. sedem sustinere non possunt: quæritur, quid iuris sit? respondet papa, quod status personæ & veritas negotii prius est intimanda Romano Pontifici, & secundum eius conditionem erit procedendum. Tertio dicit: Aliqui non iniiciunt violẽtas manus in clericum, sed alii de ipsorum mandato hoc faciunt: quæritur, an isti, qui hoc mandant, sint excommunicati? Respon. papa, quod sunt excommunicati, & sunt ad Aposto. sedem mittendi: cum ille vere delinquat, cuius mandato delictum cõmittitur. Not. quòd mulieres & serui ab episcopo diœcesano pro iniectione manuũ in clericum possunt absolui: & sic not. ꝙ parcitur seruis & conditioni. Item status personæ & veritas facti vel negotii attendenda est: Item qui mandat, tenetur vt faciens hoc edicto. Itẽ idẽ est mandare quod facere.

[Gl. seq recitatur per quæstionem.

e ¶Sui iuris. Vt sunt serui, sed hoc intellige secundum distin. illius decr. inf. eo. relatũ. Nec intelligas hoc hoc verum de filiisfamilias, qui dum sunt in patria potestate, nõ dicũtur sui iuris, quia tales debẽt ad curiam mitti: nisi sint infra pubertatem. inf eod. quamuis. &c. vlt. Bern.

---

autem (si præstare noluerit[a] iuramentũ) quia violentas manus cõstat eum in clericũ iniecisse, sicut ab excõmunicato, donec de mandato summi Pontificis absoluatur, conuenit abstinere.

¶ Idem.

¶ Percutiens clericum vel religiosum excommunicatus est, nec ab alio, quàm à Papa absoluitur, præterquam in mortis articulo.

CAP. V.

NOn † dubium est, ꝙ hi, qui violẽtas manus in clericos vel canonicos, aut cuius libet religionis conuersos[b] inijciunt, ex constitutione[c] cõcilij sentẽtiam excommunicationis incurrunt: nec nisi in articulo mortis[d] sine Rom. Pontifice absolutionis possunt beneficium impetrare.

¶ Idem.

¶ Mulieres, quæ inciderunt in canonem, si quis suadente, absoluuntur ab episcopo. Idem in personis quæ non sunt sui iuris, vel sunt delicatæ, de quibus dubitabatur, quòd non possent commode accedere ad curiam. & h. d. vsque ad §. illi.

CAP. VI.

MVlieres † vel aliæ ꝑsonæ, quę sui iuris[e] non sunt, ab ep̃o diœcesano absolui possunt, si manus in clericũ iniecerĩt violẽtas. De his vero, qui magnæ sunt potẽtię, & ita delicati, ꝙ laborẽ[f] ueniendi ad sedẽ Apostolica nequeunt sustinere: Respõdemus, ꝙ status ꝑsonę prius, & veritas negotij est intimãda Romano Pontifici, & secũdum cõsilium eius tales erunt de commisso scelere corripiendi.

¶ Mandans clericum percuti, excommunicatus est, sicut percutiens. h. d.

¶ Illi vero, qui nõ per seipsos, sed eorũ auctoritate vel mandato. alii violẽter iniiciũt manus in clericos, ad sedẽ Apostolica sunt mittendi: cum is cõmittat vere, cuius auctoritate[g] uel mandato delictum cõmitti probatur.

---

f ¶ Laborem veniendi.] Hoc referas ad arbitrium episcopi. arg ff. de verbor. obligat. continuus, §. cum ita. Et si videbitur episcopo quòd laborem eundi nequeat sustinere, propter pericula moræ, illum absoluere potest, recepta sufficienti cautione, quod parebit consilio siue responso papæ. argum. optimum. s. tit. prox. c. vlt. & ĩ eo. de cætero, & c. sacro. Si vero periculum non timetur, consulatur papa antequam absoluatur: & hoc videtur dicere littera ista.

[Gl. sequen. obiicit, sol quærit, & sol. iterum quærit, & sol. vlt quærit, ponit opin. contra quam alleg. vnam l. & q & soluit.

g ¶ Auctoritate vel mandato.] Sic ĩ. de resti. spo. cum ad sedẽ, ad fin. & ille dicitur facere, qui per alium facit, ff de ad ni. tut. ita tamen. § gessisse, & 16 q. 6 consuetudo, in fin. & inf. eod vt famæ § vlt & C. de accus. non io, & ff ad l. Aquil. liber homo, in prin ff de iurisd. om. iud. si quis id. §. vlt. & qui cãm præbuit vel opem, tenetur.

---

† Ca 6 eo ti. in 1. compil. Ian. qui dicãtur cõuersi, tradunt citati in c. vt priuilegia. sup. de priuil. & Pano.

